¶ Et de prima ſuppõne hactenꝰ. 2° ỽo ſuppõ eſt definitio grauiſſimi ⁊ leuiſſimi. grauiſſimũ qdẽ eſt id qḋ oĩbus ijs ſubſtat: q̃ deorſuz ferunt̃. leuiſſimũ ỽo id: qḋ oĩbꝰ ijs ſuperfert̃: q̃ ſurſuz petũt. ¶ Auer. ỽo in ſuis trãſlatiõibꝰ ſic hꝫ: graue eſt illḋ qḋ ꝗuitate ꝑcedit oĩa grauia ⁊ reſidet ſub oĩbus deſcendẽtibꝰ ad inferiꝰ: hoc eſt qeſcit ſub oĩbꝰ: q̃ deorſuz mouent̃. leue ỽo qḋ leuitate ꝑcedit oĩa leuia: ⁊ eleuat̃ ſup oĩa: q̃ ſurſuz ferunt̃ ſup his ðfinitiõibꝰ, pſa tãgit Auer. quoruz pm eſt qḋ hec eſt alia deſcriptio grauis ⁊ leuis: nã pꝰ fuit cõis oĩbꝰ ſpẽbꝰ grauis ⁊ leuis: hec eſt ꝓpa graui ⁊ leui ſimpłr. 2m eſt ꝙ hec definitio põt eſſe vna: ⁊ plꝭs. ſi vna: hec dat̃ ꝑ qetẽ: q̃ graue qeſcit in loco ꝓpo. pꝰ ỽo ex motu. ſin aũt plꝭs: pꝰ eſt ꝑ motũ: quę dicit graue eſt qḋ ꝑcedit grauitate oĩa grauia. 2° ꝑ qetẽ: quę dicit ⁊ qḋ oĩbus ſubſtat. Addit tñ ꝙ forte hec definitio eſt vna ꝯpoſita ex illis duabꝰ: ita vt definitio ꝗuis ⁊ leuis ex illis duabꝰ ꝓpetatibꝰ ꝯpoſita ſit notior. ⁊ ſic vĩ velle hãc eẽ 2m definitionẽ ꝗuis ⁊ leuis ſimpłr dãns a pꝰ multifariã, ꝗ qꝛ illa fuit cõis oĩbꝰ ſpẽbꝰ grauis ⁊ leuis. hec cõpetit graui ⁊ leui ſimpłr tñ. 2° qꝛ hec data eſt ꝑ qetẽ, ſuperior ꝑ motũ. 3° ꝗ ꝯponit̃ ex duabꝰ ꝓprietatibꝰ: ſuperior ỽo ꝑ genus ⁊ dĩas. 4° hec eſt notior: illa ỽo obſcurior. Nã hec dat̃ ꝑ ꝓprietates notiores. Illa ꝑ genꝰ ⁊ dĩaz. hec ex Auer. ¶ Tu ỽo aiaduerte ꝙ oĩa hec ſunt ſupflua: ⁊ trãſlationibꝰ noſtris ⁊ grecis codicibus diſſona. ſunt. n. ſolũ ab eo ficta. ¶ Quo ỽo ad ỽba attinet: grauiſſimũ hic nõ itelligit̃ illḋ: qḋ eſt gradualr intenſius graue. Naz aqua eſt grauiſſima gradualr: qꝛ grauis vt octo. ⁊ aer leuiſſimus gradualr ſili rõne: ſꝫ itelligit̃ grauiſſimũ ⁊ leuiſſimũ: qḋ eſt tale ſimpłr, ⁊ reſꝑ oĩum: vt recte Auer. q̃ rõne nõ indocte Aui. aſſeruit eẽ duas definitiões grauiſſimi ⁊ leuiſſimi: nã pꝰ erat cõis. 2° ỽo ꝓpria graui ⁊ leui ſimpłr. 2° dixit ꝙ oĩbꝰ ſubſtat eoz: quę deorſuz ferunt̃. adijcit. n. eoz quę deorſuz ferunt̃: nã centrũ terrę oĩbus ſubſtat: nõ tñ eorũ quę deorſuz feruntur. nõ. n. deorſũ fert̃. Silr de leui dixit ꝙ oĩbus emineat, quę ſurſuz petũt, ꝑꝑ cęlũ. nã cęlũ oĩbus eminet: non tñ eſt eorũ: quę ſurſuz petũt. Quibꝰ pꝫ definitiões haſce datas eẽ ꝑ qetẽ: pma ỽo dabat̃ ꝑ motũ. verbũ. n. ſuperfert̃ grece eſt ἐπιπολάζον latine tũ eminẽs, tũ emergẽs. 3. aiaduerte ỽba illa ſurſuz ⁊ deorſuz eẽ ſumpta vt pꝰ. vz deorſum ꝑ medio: ſurſuz pro e medio recedere: ſꝫ vt idicaret vſuz cõez: ſic locutꝰ ẽ. ⁊ de ꝗuiſſimo leuiſſimoqꝫ hactenꝰ.

Margin: E — Qualr̃ Aui. expõ. — Conſideratio ỽboꝝ. — F — ἐπιπολάζον eminens, emergens, ſupernatum.

¶ Neceſſe igit̃ oẽ qḋ fert̃ aut deorſuz aut ſurſuz aut leuitatẽ aut grauitatẽ aut vtrũqꝫ hẽe: nõ ad idem tñ. Ad alia nãqꝫ ſunt grauia ⁊ leuia: vt aer ad aquã: ⁊ aqua ad terrã. Corpus igit̃ qḋ circulo fertur: impoſſibile eſt habere grauitatem aut leuitatem.

¶ Ex dictis ſuppõnibus ſyllogiꝫat ꝓpoſitũ ſic: oẽ hñs grauitatẽ aut leuitatẽ aut vtrũqꝫ mouetur aut ſurſuz aut deorſum hoc eſt aut e medio aut ad mediũ: hec maior ex ſuppõnibꝰ pꝫ. Corpus qḋ circulo fert̃, neqꝫ mouet̃ e medio, neqꝫ ad mediũ. igit̃ corpus qḋ circulo fertur, neqꝫ hꝫ grauitatẽ, neqꝫ leuitatẽ, neqꝫ vtrũqꝫ: ⁊ hoc in 2a figura huius rõnis nõ ponit maiorẽ in ꝓpria forma: ſꝫ eiꝰ ꝯuertentẽ: ⁊ ingt neccẽ igit̃ oẽ qḋ fert̃, aut deorſuz aut ſurſum: aut leuitatẽ, aut ꝗuitatẽ, aut vtrũqꝫ hẽe: ⁊ qꝛ dixit aut vtrũqꝫ qḋ vĩ fortaſſe impoſſe niſi ſit mixtũ: addit nõ ad idẽ tñ: ſꝫ ad alia atqꝫ alia. ad alia nãqꝫ ſũt grauia ⁊ leuia: vt aer ad aquã eſt leuis ⁊ ad terrã: aqua ỽo ad terrã tñ. ecõtra aq̃ eſt grauis ad aerẽ ⁊ ignẽ: aer aũt ad ignẽ tñ. Sic igit̃ corpus ſimplex hẽe põt vtrũqꝫ in reſpectu. Ex his igit̃ vult hẽe hãc maiorẽ, oẽ hñs grauitatẽ aut leuitatẽ aut vtrũqꝫ mouet̃ aut deorſuz aut ſurſuz: vt ex definitiõibꝰ pꝫ. Poſuit tñ nõ ipã: ſꝫ eius ꝯuertentẽ: vt iduceret demõſtrationẽ hanc conſtare ex ỽlibus ⁊ ꝯuertibilibus. Poſuit ẽt ꝯcluſionem dicens corpus igit̃ qḋ circulo fert̃. Impoſſe eſt hẽe aut grauitatẽ aut leuitatẽ: ſed neceſſe eſt eſſe neutrũ: vt e pncipio ꝓbare propoſuit. De ſyllogiſmo igitur tetigit maiorem ⁊ concluſionem. hec de ſyllogiſmo.

Margin: G — I — H

Auerroes aũt eodẽ mõ textũ itroducẽs vult maiorem quo ad ambas ptes conuerti: vt Quę Auer. cõ. 17.

pz ex deſcriptionib⁹:quę ſemp ꝯuertuntur cū deſcriptis.
I dictuz eſt.n.graue eē id qđ ad mediū ferꝰ.igiꝰ p ꝯuerſio-
nē deſcriptionis:qđ ad mediū fertur:ē graue.Siłr leue ē
qđ e medio ferꝰ.igiꝰ qđ e medio ferꝰ:eſt leue p eandē re-
gulā.igiꝰ cōgregādo ambas ptes:oē qđ e medio ferꝰ eſt
leue:⁊ oē qđ ad mediū fertur eſt graue:q̄re p ꝯuerſionez
oē grauitatē aut leuitatē aut vtrūqꝫ hn̄s mouetur aut ad
mediū aut e medio:⁊ ecōtra/oē qđ ad mediū vel e medio
ferꝰ eſt graue aut leue:⁊ ſic pz conuerſio maioris.Quare
accepta maiore.vz oē habens grauitatē aut leuitatez aut
vtrūqꝫ moueꝰ ſurſuz aut deorſuz:quę erat maior.Scđo
aiaduertit Auer.eodē mō eſſe dōm de graui ⁊ leui:q̄ ⁊ de
deſcenſu aſcenſuqꝫ dī.Eſt.n.aſcenſus ſimplr̄:q̄ leue ſim-
plr ſurſuz ferꝰ.aſcēſus in reᵘ:quo leue in reᵘ ſurſuz aſcen-
dit:in reᵘ ⁊ de deſcenſu ſilr.Quare de graui ⁊ leui nō alr
q̄ȝ de deſcēſu aſcenſuve dī:eſt dōz:⁊ hęc quę Auer.dixit:
ſunt ſapide dicta.℄ Quo igiꝰ ad verba attinet/pz vt re-
K cte dicit Auer.optime Ariᵉᵐ adiecisse pticulā igiꝰ.q̄ grę-
ce eſt ☉.Nāqꝫ hoc ex dictis deſcriptionib⁹ ſequiꝰ:quę ſemp
ꝯuertunꝰ cū deſcriptis.recte ēt in ꝯne adiecisse ēt igiꝰ:vt
induceret eſſe perfectū ſyllm.hęc de mente Auer.

℄ Nō eni pōt ipz aut ſm nāz aut ꝑter nāz/aut
ad mediū aut e medio moueri. Recta.n.la-
tio nō cōpetit ipſi ſm nām:qppe cū vniuſcu-
iuſqꝫ ſimpliciū vna ſit. Quare erit idē alicui
corū quę hoc pacto moueꝰ. Qđ ſi ꝑter nāz
ducaꝰ:ſi latio quę eſt deorſuz:ſit ꝑter naturā:
quę ſurſuz eſt:erit ſm nāz. Sin aūt q̄ ſurſuz
ꝑter nām:quę deorſuz ſm nām erit. Poſui-
mus enim contrariorū quorū alterum eſt ꝑ-
L ter naturam:alterum eſſe ſm naturam.

℄ Minor dictę demr̄atiōis erat:ſz corpus qđ circulo fer-
tur nō moueꝰ ad mediū nec e medio:⁊ ideo ꝓbat illam
e ꝓſyllogiȝat ſic:oē qđ moueꝰ ad mediū vel e medio:mo
ueꝰ aut ſm nām aut ꝑter nām recto motu vt ſupiorib⁹ le
ctionib⁹ patuit.Sed qđ circulo ferꝰ.nō moueꝰ recto mo
tu.igiꝰ nec e medio:nec ad mediū.ꝓbat minorē:nā ſi re-
cta rō cōpetit cęlo aut ſm nām aut ꝑter nām.Si ſm na-
turā/tunc cęlū eēt eiuſdē nāę ac ſpēi cū quatuor elemētis
cui⁹ oppoſitū in ꝓmo ꝓblemate eſt deductū:deducit
qꝛ cuiuſqꝫ ſimplicū vna eſt latio ſm nām:q̄re ſi cęlū re-
cto motu moueꝰ ſm nām/ꝓculdubio opꝫ fateri cęluz eē
aut de ſpē ignis vel aeris:aut de ſpē aquę vel terrę:aut di
cere vnaz lationē ſimplicē ſm nām ꝯuenire plurib⁹ ſpē
differētib⁹:quę oīa ſunt ſupius bn̄ diſputata.Sin autē ꝑ-
ter nām latio recta cęlo cōpetit:cū oīs recta latio ſit aut e
M medio:aut ad mediūz:q̄ratur quę harū cęlo ꝯpetit:ſi quę
eſt deorſuz ſit ꝑter nām:quę eſt ſurſuz erit ſz nāz:ſin aūt
ecōtra quę eſt ſurſuz eſt ꝑter nām:quę eſt deorſuz:erit ſz
nām. Nā duoꝝ ꝯtrariorū ſi vnū eſt nāle alicui cōpetēs:al-
teꝝ eſt ꝑter nām eidē ꝯueniens:vt ſupius eſt demonſtra
tū.Quare pz cęlū nō poſſe recto motu moueri:⁊ ſic nec e
medio:nec ad mediū.quę erat minor de ꝓſyllogiſmo.tā-
git ꝯnem quę erat minor ſyllogiſmi ꝑdicti ⁊ inqꝫ:nō eni
pōt ipm cęlū aut ſm nām/aut ꝑter nām:aut ad medium
aut e medio moueri.hęc fuit minor ſylli/quā ſumit vt ꝯ-
nēz ꝓſylli:deinde ꝓbat minorē ꝓſylli:⁊ vtiꝰ diuiſione
dicēs.recta.n.latio nō cōpetit ipſi ſm nām:qppe cū vni-
uſcuiuſqꝫ ſimplicium in ſpē vna ſit latio ſimplr̄ in ſpē.
℄ Qđ ſi ſit vna ſm nām cęli ⁊ elementoꝝ:erit idē alicui
eorū quę hoc pacto.ſ.recto motu moueꝰ:⁊ ſic erit ſpecie
idē alicui quatuor elementorū:cui⁹ oppoᵐ in ꝓmo ꝓ-

blemate eſt demonſtratū:eſt.n.dictuz corpus qđ circulo
ferꝰ eē alteri⁹ naturę ab elemētis.Deinde ꝓbat ꝙ recta N
latio nō ꝯpetit cęlo ꝑter nām:qꝛ vel illa erit e medio vel
ad mediū:⁊ qcqđ dicaꝰ:altera erit ſibi nālis:⁊ ita ſequtur
vt ꝑus ipm eē eiuſdē ſpēi cū alicui vel oībus elemētis.pz
igitur minor dicti ſyllogiſmi.

Mouet Auer.hic dubitationē.nā Ariˢᵉˢ vtiꝰ ad ꝓ- Quę Auer.
bandū cęlū nō recto motu moueri ꝑter na- cō.18.
turā/hac ꝓpōne.vz/ſi aliqs mot⁹ ieſt alicui ꝑter nām op
poſitus ineſt illi ſz nām.vnde ſunt duę ꝓpōnes.Prima
ſi aliqs mot⁹ ineſt alicui ſm nām:ei⁹ oppoſit⁹ ineſt eidē
ꝑter nām.Scđa eſt hui⁹ ꝯuertens.vz ſi aliqs mot⁹ ineſt
alicui ꝑter nām:ei⁹ oppoſit⁹ ineſt eidē ſz nām.Dicit mō
Auer.ꝙ Ariˢᵉˢ poſuit ꝑmā:ſz intendit ꝯuertentē:quā ipe
appellat conuerſaz.nā hęc vī ad ꝓpoſitū.Intēdit eni ꝓ-
bare ꝙ recta rō nō ꝯpetit ei ꝑter nām:qđ eſt 2ᵐ mēbrū
diuiſiōis:⁊ ꝓbat p hāc regulā quę eſt ꝯuertēs ꝑmę ꝓpō- O
nis.vz ſi aliqs motus ineſt ꝑter nām alicui:eius oppoſit⁹
ineſt illi ſm nām.℄ Dicit mō Auer.dubitādo hanc eſſe
occultiorē ꝑma:qꝛ poſſet aduerſari⁹ illā negare:naz dice
ret vtroſqꝫ rectos motus ineſſe cęlo ꝑter nām:⁊ circularē
ineſſe illi ſz nām:⁊ ita negaꝰ ꝙ ſi aliqs mot⁹ ineſt alicui
ꝑter nām:eius oppoſit⁹ ineſt illi ſm nāz:g pōt ambo cō-
petere ꝑter nām:⁊ circularis ſm nām.At in ꝑma nō pōt
ſic dici:qꝛ oēs ꝯcedūt ſi aliqs mot⁹ ineſt ſm nām alicui
eius oppoſit⁹ ineſt illi ꝑter nām:nec aduerſari⁹ pōt hanc
negare:⁊ ſic aſſumptū Ariˢᵉˢ eſt dubiuz.℄ Rn̄det Auer. Sol.Auer.
⁊ dicit ꝙ lz illa propoſitio ſit occultior:tn̄ ſtat ⁊ eſt vera.
alr cęlo ieſſet aliqđ ꝯtrariū:⁊ ſic eēt corruptibile:⁊ dedu-
cit qꝛ ſi illi duo mot⁹ inſunt cęlo ꝑter nām.alicui alteri ie-
runt ſm nām:qꝛ oē qđ ineſt alicui ꝑter nām:ineſt alteri
ſm nāz(vt ſupius dicebaꝰ)⁊ ita illud alterū erit cęlo cō-
trariū:ex quo eis ē aliqđ nāle:qđ eſt cęlo ꝑternaturale:⁊ P
ꝓpꝑea dicit Auer.ꝙ Ariˢᵉˢ adiecit in textu cęlū nō hīe con
trariū.hęc Auer.℄ Sed miror hęc:quę Auer.inqꝫ:naz ⁊ Qual' Ari.
ꝯuertens ⁊ cōuerſa tenet eadē regula.hęc eni ſi aliqs mo expoſitio.
tus cōpetit alicui naturalr:ei⁹ oppoſit⁹ cōpetit eidē ꝑter
nām:tenet hac regula.vz qꝛ duorū ꝯtrarioꝝ ſi alterū cō-
petit alicui ſm naturam alterum competet eidem prę-
ter naturam.Siłr ſi aliquis cōpetit alicui ꝑter naturam:
eius oppoſit⁹ cōpetit eidē ſm nām.ambę eniz hę tenent
vṫute ꝯtrariorū:quę eſt ꝙ ſi alterū alicui nāl cōpetit alte-
rū ꝑter nām cōpetere dꝫ.Quare ambę illę videnꝰ ęque
notę:⁊ nulla eē altera occultior.Cū ambę vim habeāt ꝓ-
prietate ꝯtrarioꝝ.Et quū dicebat ꝙ aduerſari⁹ pōt finge-
re vtroſqꝫ mot⁹ ineē cęlo ꝑter nām:circularē ꝟo ſm na-
turā:dicerē hoc eſt dictū voluntariū:⁊ contra ꝓprietatez
ꝯtrariorū.Qđ ꝟo addit Auer.ſoluēdo ſuā dubitationez:
eſt ſuum:⁊ non repertū in codicibus gręcis.Quare vide- Q
tur mihi Auerroem fruſtra laboraſſe.

℄ Quuz aūt ad idē totū ⁊ ps ſm nām feraꝰ:
veluti tota terra:⁊ ꝑua gleba:euenit primo
vt ipm qdē neqꝫ leuitatē neqꝫ grauitatē hēat
vllā:nā aut ad mediuz aut e medio ſuapte nā
ferri poſſet.Deinde fieri neqꝫ vt ipz moueaꝰ-
tur motu ad locū aut ſurſuz aut deorſuz ꝺtra
ctū:qppe cū motu alio moueri n̄ poſſit:neqꝫ
ſm nām:neqꝫ ꝑter nām:neqꝫ ipm neqꝫ par-
tiū aliq̄.eadē ſiquidē rō ſit de toto ⁊ parte.

℄ Poſſet ad dictā rōnē rn̄deri ꝙ lz totū cęlū nec ſurſum
nec deorſuz feraꝰ:tn̄ eſt graue vel leue:q̄tenus ſi ps e toto
cęlo detraheꝰ reſcidatur qꝫ:moueꝰeꝰ aut ſurſuz aut deor-
ſum

A ſm nã: ⁊ hoc dicebãt veteres celũ eẽ. vʒ graue aut leue: ſʒ
ipm nõ moueri i ꝓprio loco ſurſuʒ aut deorſuʒ: qm̃ nullũ
elementũ in ꝓpria regiõe mouet̃ ſurſuʒ aut deorſuʒ: ſed
qꝛ oẽ elementũ in ꝓpria regione mouet̃ circulo/ ⁊ partes
mouent̃ recto motu: id õ fingi poſſet celũ eẽ aut graue aut
leue: ⁊ ſi in ꝓprio loco moueat̃ circulo: qꝛ ptes ſunt recto
motu moueri apte. ſi e toto reſcinderentur. Rñdet ⁊ duo
ſil' cõplicat: qꝛ rñdet ⁊ epilogat: ⁊ ſumit illud qḋ oibus cõ
ſtat. vʒ ad eundẽ locũ ferri totũ ⁊ pteʒ: ⁊ hoc maxie in ſi-
milarib⁹ corporib⁹ locũ hʒ. ex hoc infert duo: quoꝝ pmũ
eſt ꝙ celũ ipm totũ neqꝫ grauitatẽ: neqꝫ leuitatẽ hẽat vl-
las: pʒ qꝛ nec e medio: nec ad mediũ eſt aptũ ferri. Scḋo
īfert vt neqꝫ ipʒ detractũ atqꝫ reſciſſuʒ moueri poſſit aut
ſurſuʒ aut deorſuʒ: qḋ eſt dicere: vt neqꝫ ei⁹ ps reſciſſa e to-
to moueatur aut ſurſuʒ aut deorſum: neqꝫ natura neqꝫ ꝑ-
B ter naturam: quippe cum vna ſit ratio de toto ⁊ pte ma-
ximе in ſimilarib⁹. Quare pſpicuũ eſt celũ nullã prorſus
grauitatẽ aut leuitateʒ hẽre: eſſe ſimilare in toto ⁊ oibus
Duę Auer. cõ. 19. Expõ Ali. ī ptib⁹. hęc de caſtillo deqꝫ epilogo. ¶ Auer. ỽo cõmẽto
pſenti ait Ari^lem pbaſſe celũ neqꝫ eẽ graue: neqꝫ leue de-
monſtratiõe facta in 2ª figura hoc pacto/ oẽ graue aut le
ue mouet̃ e medio vel ad mediũ. celum neqꝫ ad mediũ:
neqꝫ e medio mouet̃. igit̃ celuʒ neqꝫ eſt graue neqꝫ leue.
Iſtę ſunt duę ꝓpõnes in qbus demonſtrationẽ Ari^lis aiſſe
rit eſſe fundatã: quas vtraſqꝫ rõne pbatas eſſe patet̃. Nã
maior pbata eſt definitionib⁹ grauis ⁊ leuis. minor ỽo
diuiſione: qꝛ ſi celũ mouet̃ ad mediũ: vel e medio: moue-
ret̃ aut nã: aut ꝑter naturã: ⁊ reliqua: ⁊ ſic ambę bona ra-
tione ſunt probatę. dicit 2º ꝙ lʒ ambę ꝓpõnes ſint bona
rõne pbatę: adhuc minor rõne ẽt vlteri⁹ pbatur ⁊ cõpo
nit̃ ſic/ ad quẽcũqꝫ locũ mouet̃ ps: mouet̃ ⁊ totũ. Nulla ps
celi mouet̃ e medio: nec ad mediũ. igitur. in tertia figura
C vel ꝑ ſe vel reductiue: celum nec mouet̃ ad mediũ neqꝫ e
medio: quę erat minor. hęc rõ continet duas ꝓpõnes. vʒ
maiorẽ ⁊ minorẽ. Dicit modo Auer. maiorẽ patere rõne
eſſeqꝫ intelligibilẽ hoc eſt intellectu notam: minoreʒ ỽo
ſẽſu. maior qdẽ pʒ rõne: qꝛ ꝯſtat eũdẽ eẽ locũ toti⁹ ⁊ ptis:
mõ totũ ⁊ ps ſint ꝯſimiles rõne ⁊ ſpẽ: quã vlteri⁹ decla-
rat exẽplo/ qꝛ ad quẽ locũ mouet̃ gleba: ad eum mouet̃ ⁊
vniuerſa terra. ſi eſſet extra locũ ſuum. ⁊ hãc vlteri⁹ rõne
declarat: qua ⁊ exẽplũ ẽt patere põt: eſt ⁊ rõ qꝛ toti⁹ ⁊ p-
tiũ in ſimilarib⁹ vna eſt nã definitiõe: ꝙ ſi nã eſt vna de-
finitiõe: vna erit forma toti⁹ ⁊ ptiũ: qꝛ definitio ſumitur e
forma: vbi vna ſit forma: vna erit actio ⁊ vn⁹ mot⁹ rõne
⁊ ſpẽ. vbi vn⁹ eſt mot⁹ ſpẽ: vnus eſt loc⁹: vnũ. n. motũ vn⁹
ꝯſequit̃ loc⁹. q̃re in ꝯſimilarib⁹ toti⁹ ⁊ ptis vn⁹ eſt loc⁹: ⁊
pʒ maior rõne. vʒ ꝙ ad quẽcũqꝫ locũ mouet̃ ps: mouet̃
⁊ totũ. minor ỽo pʒ ſenſu. nulla. n. ps celi mouet̃ alio mo
D tu ꝙ̃ circulari. Aſtronomi. n. q ſtellas obſeruarũt ab anti-
quo. inuenerũt illas eodẽ ſemꝑ in nũero: atqꝫ eodẽ in lo-
co: ⁊ nullã cecidiſſe neqꝫ aduolaſſe tradunt. Sic igit̃ pʒ
hęc minor ſenſu ⁊ obſeruatione aſtronomoꝝ. obſeruatio
enĩ ſenſu fit: ⁊ inſtrumẽtis ſenſilib⁹. pſentẽ igit̃ textum alr
Auer. alr ⁊ nos expoſuim⁹. nã nos caſtillũ remouiſſe dixi
mus. Auer. ỽo vult Ari^lem hoc in textu pbaſſe minorẽ di
cte demõſtationis: ⁊ ambę expoſitiones cõuenire poſſunt.
¶ Sed occurres pmo qꝛ iam videm⁹ ſtellas cadere: q̃s
appellam⁹ diſcurſus. Scḋo ſol calefacit. igit̃ eſt ignis vel
igneus. tenet argu^m qꝛ ois ignis calefacit. igit̃ p ꝯuerſionẽ
in terminis oẽ calefaciẽs eſt ignis. Sol igit̃ eſt ignis vel
igne⁹: ⁊ ita leuis. Ad pmaʒ rñdet negãdo aſſumptũ. vʒ ꝙ
ſtellę cadẽtes ſint ptes celi. imo ſũt res elemẽtarię: qꝛ ex-
halatiões motu veloci accenſę: vt i methеoris dixit Ariſ.
Cõ aũt nõ ſint ſtellę pʒ: qꝛ ſtellę celi nõ ſunt hucuſqꝫ di-
minutę nũero: imo aſtronomi q̃ illas ⁊ illarũ numerũ ⁊
magnitudinem obſeruarunt: reperiunt eaſdem ⁊ nume E
ro ⁊ magnitudĩe ſp. Ad 2^m rñdet negãdo ꝯuerſionẽ: qꝛ
vl'is affirmatiua nõ ꝯuertit̃ in terminis. vt p poꝝ dictuʒ
eſt. veꝝ cur ſol calefacere poſſit: ⁊ nõ eẽ ignis. 2. lib. hui⁹.
cõ. 42. dicet vlteri⁹ dicit hęc eẽ dicta. vt Alexã. inqt ꝯ eos
q dixerũt celũ eſſe graue: nõ cadere ỽo: qꝛ defert̃ ſup oia
elemẽta: quę tenẽt ipm ne cadat. Ariſ. igit̃ ſumit̃ ꝙ lʒ to-
tũ nõ caderet: ſaltẽ ptes celi cecidiſſent: qꝛ totũ põt ſuſti-
neri ab elẽtis ĩtra ꝯtinẽtis. ptes ỽo minime. hęc igit̃ ſũt
dicta ad illos q ſic ð celo autumãt: vt Alexã. inqt. ¶ Ex
his colligit Auer. duo pᵐ ꝙ celũ nõ eſt aliqḋ elẽtoꝝ ſim-
plicũ: vt pʒ rõne accepta ab illi⁹ motu. 2^m ꝙ celũ nõ eſt
miſtũ: qm̃ cũ nõ ſit eq̃le ad pondus: aliqḋ elẽtoꝝ in illo
pdominari oportebit. ⁊ ſic moueri a pdominãte elẽto. cõ
ſtat aũt celum nõ moueri e medio nec ad mediuʒ nec vt
ſimplex: nec a pdñante elẽto: ⁊ ita pſpicuũ ẽ ipm eẽ nãm
neqꝫ graue neqꝫ leue. ſʒ eẽntiã neutrã. h Ap. ¶ Iuniores Dubitatio iuniorũ.
dubitãt: qꝛ nõ vĩ eundẽ eſſe locũ toti⁹ ignis: ⁊ portiũculę
ignis: qm̃ tũc ps eẽt eq̃lis toti: qppe cũ loc⁹ eq̃lis ſit loca- F
to. ¶ Sʒ de hac dubitatiõe deqꝫ poſitionib⁹ hui⁹ q̃ſiti Solo.
diligenter diſputauimus. 3. phyſicę auſcultatiõis. at nunc
ſufficiat dicẽ q̃ Auer. dic̃. 3. phyſicę auſcultatiõis. cõ. 52. ꝙ
ꝓpõ Ariſ. eſt vl'r vera mõ ps ſit e toto ſepata. ⁊ de eodeʒ
loco ſm ſpẽm: nõ ſm nũeꝝ: ⁊ de toto ⁊ pte ſimilarib⁹. eſt
igit̃ locus idẽ ſpẽ toti⁹ ⁊ ptis: mõ ps ſit e toto diuiſa: dixit
idẽ ſpẽ: ⁊ nõ nũero: qꝛ loc⁹ toti⁹ eſt maior: ptis minor. di-
xit mõ ps ſit diuiſa e toto: nã vbi eẽt in toto: loc⁹ ptis eẽt
oĩno idẽ loco toti⁹: qm̃ tũc ps nõ eẽt in loco ꝑ ſe: ſʒ ꝑ acci-
dẽs rõne toti⁹. dixit in ſimilarib⁹: qm̃ in diſſimilarib⁹ nõ
eſt neceſſariũ/ vt pʒ. hãc ſolõnẽ Auer. e Themiſtio ⁊ a tex-
tu accepit: vt eo in loco dixim⁹. Si qs ỽo copioſi⁹ rẽ hãc
velit: q̃rat nr̃as cõmẽtatiões in. 3. li. auſcultatiõis phyſicę.

Querunt iuniores ſi celũ ſit eiuſdẽ nãe cũ elẽtis. Queſtio.
Arguit̃ multifariã ꝙ ſic. Pͥo qꝛ celũ ge-
nerat elẽta: igit̃ eſt eiuſdẽ formę: qppe cũ gñans ⁊ genitũ
ꝯueniãt in forma vniuoca ſm pipateticos: q̃cqͥd velint
platonici. Qḋ ſi ſint eiuſdẽ formę: erũt ꝓculdubio eiuſdẽ
nãę. ¶ 2º celũ ⁊ elẽta ꝯueniũt yſdẽ in accidẽtibus: vt in
dẽſo/ ⁊ raro/ ⁊ lumioſo/ ⁊ opaco. igit̃ in forma. fluũt. n. acci
dẽtia ꝓpria e formis. ¶ 3º celũ ⁊ elẽta ꝯtinent̃ ſub eodẽ
obto eiuſdẽ po^e: qꝛ ente ſenſibili: qḋ eſt obm intell's. igit̃
ſũt eiuſdẽ nãę. ¶ 4º celi ptes nõnullę ſũt ignęę: vt aries
leo: ⁊ ſagittari⁹. nõnullę aereę: vt gemini/ libra/ ⁊ aquari⁹.
nõnullę terreę/ vt taur⁹/ ỽgo/ ⁊ capricorn⁹. nõnullę aqueę
vt cancer/ piſcis/ ⁊ ſcorpi⁹. igit̃ celũ aut eſt miſtũ: aut eiuſ-
dẽ nãe cũ elẽtis. ¶ 5º celũ calefacit hęc infera corpa. igi-
tur eſt calidũ. nõ. n. nõ calidũ calefacit: ⁊ ſi eſt calidũ. igit̃
eſt ignis vel igneum: ⁊ ſic eſt eiuſdem naturę cum ele-
mentis. ¶ In contrarium eſt Ariſtoteles: qui celum eſſe Titulus.
alteri⁹ nãę ab elẽtis ⁊ aſſeruit ⁊ pbauit. ¶ Nã 2º auſcul Nõnulloꝝ
tationis phyſicę. vno⁹ forma rei di. Alio⁹ mã. 3º mõ geni- poſitio.
turę: quę via eſt in formã: quę eſt pncipalr nã. At nõnul- Qualis hęc
li appellãt nãʒ oẽ ꝯpoſitũ ex realitate ⁊ realitate: q̃ rõne poſitio.
eſt nã generica: ⁊ eſt nã ſpecifica. ⁊ hoc pacto egnitas q̃ H
reſultat ex ꝯpoſitiõe mãę ⁊ formę di nã ſpecifica. Aliali-
tas ỽo generica. Sʒ h expõ eſt poti⁹ ad aures Auicẽ. q̃
Ariſ. nã ſʒ Ariſ. dĩt ens nãę ſiue nãle: ⁊ nã. ens. n. nãę ſiue
nãle vt 2º phyſi. colligit̃. ex ꝯpõne mãę ⁊ formę reſultat:
nã ỽo eſt aut mã: aut forma. ¶ Ad qõneʒ igit̃ rñdẽt nõ- Põ Joan-
nulli ꝙ vnũ dĩ multifariã: vt vnũ nũero: vnũ ſpẽ: vnũ ge nis iãduni.
nere: ⁊ vnũ analogię. Tũc dĩc celũ ⁊ elẽta nõ eẽ eiuſdẽ na
turę ſm nũerũ: vt pſpicuũ eſt. Scḋo dicit illa nõ eẽ eiuſ-
dẽ nãę ſm ſpẽm. vt rõnes Ariſ. pbãt in lr̃a. Tertio dicit
illa nõ eẽ eiuſdẽ nãę ſm gen⁹: qꝛ vt deducet Auer. 2. hui⁹.
cõ. 19. tũc celũ eẽt gñabile ⁊ corruptibile: nã corruptibile

⁊ icorruptibile differũt gñe. Quarto dicit cęlũ ⁊ elẽta eẽ
I vnũ ſm analogiã: qm̃ elẽta depẽdent e cęlo. igit̃ iter illa
Qual pō. eſt ordo cauſę ⁊ cauſati: ⁊ ita vnitas analogię. ⁋ Sʒ q̃ di-
cit hęc poſitio: vera ſunt: non tamen ſunt ad neruum q̃ō-
nis: querit. n. q̃ō ſi cęlũ eſt eiuſdẽ nãę cũ elẽtis vel elẽtoꝝ
aliquo: ⁊ cum nã ſit trifariã dicta nō vi q̃ō itelligi niſi de
Pō Ana- idẽtitate nãę: vt nãʒ accipiũt ꝑipatetici. ⁋ Quare Ana-
xagorę et xagoras ⁊ Plato velle vident̃ cęlũ eẽ eiuſdẽ nãę cũʒ elẽ-
Platonis. toꝝ aliquo. vʒ cũ igne. qua rōne ſeqtur apud eos cęlũʒ ⁊
ignẽ eẽ eiuſdẽ ſpẽi: q̃ppe cũ mã ⁊ ſola ↄueniãt: vtrũq. n.
ignis eſt, aut igneũ. Empedocles cęlũ dixit eẽ miſtũ ex q̃-
tuor elẽtis: ⁊ eẽ a ꝓdñio q̃lite. nō aũt cadere celeritate mo-
tus. Qua rōne cęlũ ſaltẽ ꝓdominãter eſt terreũʒ eiuſdẽq́
Confutatio ſpẽi cũ terra. ⁋ Sʒ has pōnes vbiq́ refellit Ariſ. cõiter
pōnũ ꝑ rō- q̃dẽ in hoc li. ꝓbauit. n. cęlũ nō eẽ eiuſdẽ nãę cum elẽtis
nes Ariſ. vel elemẽtoꝝ aliquo: q: eiꝰ motꝰ ꝓprius ⁊ nãlis dĩt ſpẽ
a cęteris motibꝰ cęteroꝝ elẽtoꝝ: ⁊ cũ motꝰ arguat nãm:
K ſeqt̃ cęlũ differre nã. ſpẽialiť vo ↄ Anaxagorã i lib. me-
teorologiton: q: ſi cęlũ eẽt ignis aut igneũ nãę: elẽtuʒ ſin-
gulũ annihilaret. ↄ Empedoclẽ: q: nullũ violẽtũ eſt ꝑpe
Obiectōes tuũ: h̃ Ariſ. ↄ hos. ⁋ Sʒ occurres ↄ rōnes Ariſ. ꝑ ↄ rōnẽ
ↄtra Ariſ. cõeẽ: nã rō illa ſupponit falſũ: ſupponit. n. circlarẽ motũ
eẽ nãlẽ ⁊ ꝓpriũ cęlo: h̃. n. vʒ falſũ: nã motꝰ cęli ẽ motꝰ aial:
⁊ voluntarꝰ: igit̃ nō arguit nãʒ. vbiq́. n. Ar. ⁊ Ali. dixerũt
motũ cęli nec eẽ nãlẽ nec violẽtũ. ſʒ aialẽ. Quar̃ ſupponit
falſuʒ ⁊ ſibi ↄtrariũ. ⁋ Cõtra rōnẽ qua refellit Anaxago-
rã occurres, q̃d ꝑ annihilari itelligat Ariſ. Aut. n. intelli-
git per annihilari redigi in nihiluʒ. Aut redigi in mãm ⁊
priuationẽ. nō pꝰ: q: ſicut ex nihilo nihil fit ſm peripate-
ticos: ſic nihil ↄuertit̃ in nihil. Sin aũt itelligit corruptio-
nẽ. tũc aliõ q̃dpiã gñabitur: cũ corruptio vniꝰ ſit alteriꝰ
gñatio. ⁋ 2ᵒ diceret Anaxagoras ſolẽ eẽ maiorẽ elẽtis ſʒ
L rei veritatẽ: minorẽ tñ ad actionẽ: q̃ō teſtat̃ appentia: cũ
eni ſol nimis diſtet a nobis: minor appet: ⁊ ita ob taleʒ di-
ſtantiã hucuſq́ agere nō pōt. ⁋ Tertio diceret ignẽ eſſe
ſolẽ: hẽc tñ vtutes geminas: alterã qua agit: alterã qua cõ-
ſeruat res ipſas: ⁊ ſic nō ſeqtur ipm̃ deſtruere elẽta: cũ ſit
equalis in ↄſeruãdo ⁊ agẽdo. Contra rōnẽ vo qua refellit
Empedoclẽ occurres. Primo q: violentũ vi ꝑpetuũ: naʒ
ignis in ꝓpria regione ꝑpetuo motu torquet̃. vbi conſtat
talẽ motũ nō eẽ ſibi nãleʒ. Scdo q: motꝰ cęli eſt ab itelli-
gẽtia: quę mouet ſine labore: cũ ſit imortalis ⁊ infatigabi-
Rōnes iu- lis ſm Empedoclẽ: ⁊ oẽs Phos. ⁋ Propter hęc fortaſſe
niorum. iuniores alr̃ refellũt eiuſmodi pōnes: ⁊ ꝓbant ꝙ cęlũ eſſe
alteriꝰ nãę ab elementis: ex diũa figura ꝑ: nã cęlũ eſt figu-
rę ſphęricę, elẽta figur̃ rectę. Scdo ꝓbãt cęlũ nō eẽ ignẽ
vel igneũ. Primo q: tũc in breui euaneſceret. nō. n. ignis
pōt diu ꝑmanere, niſi aliquo hũore pabularetur. Cõſtat
aũt i cęlo nullũ eẽ hũorẽ. Scdo q: tũc cęlũ eẽt figꝰ pyrami-
M dalis. ꝓpria. n. ignis figꝰ eſt pyramis. Tertio ꝓbant cęluʒ
nō eẽ miſtũ ⁊ ꝓdominãter terreũ. Nã cęlũ vbi eẽt miſtuʒ
eẽt potiꝰ aqueũ: cũ colore ⁊ flexibilitate ſit aquę ꝑſimilis.
Confutatio ⁋ Sʒ hę rōnes ſunt friuolę. pª q̃deʒ ex diũa figurę nulla
rōnum iu- eſt: qm̃ ignis in ꝓpria regiõe eſt ſphęricę figurę. ⁊ pʒ ipſʒ
niorum. eſſe naturalr̃ locatũ: ⁊ ↄſtitutũ. rōnes q̃bus ꝓbãt cęlũ nō
eſſe igneũ: ẽt nullę ſunt: pª quidẽ nō: q: ẽt ꝑ eoꝝ rōnem.
ignis in ꝓpria ſphęra euaneſceret: q̃ppe cũ illic nullus ſit
humor. Scda minime: q: ẽt ignis in regiõe ꝓpria nō eẽt
figurę ſphęricę: rōne ẽt qua iꝓbãt Empedoclẽ: ẽt nulla
eſt. ſupponit. n. cęlũ eẽ colore ⁊ flexibilitate ꝑſimile aquę.
hoc eſt falſuʒ: nã cęlũ nullã ſubit elemẽtariã affectioneʒ:
nō. n. eſt coloratũ: nec durũ, nec molle, nec flexibile, nec ra-
rũ, nec denſuʒ: q̃ppe cũ affectiões eiuſmodi q̃litates ſecte-
Dilucida. tur ꝑmas: a q̃bus cęlũ abſoluit̃. ⁋ Propter hęc dōʒ cęlũ
eſſe eiuſdẽ naturę cũʒ elẽtis bifariã poſſe intelligi, aut in

rōne phyſica: aut in rōne metaphyſica. In rōne phyſi-
N ca: nã eſt actꝰ ſiue forma trãſmutabilis: vel poꝰ ſiue mate-
ria trãſmutabilis. In rōne metaphyſica eſt rō actꝰ vel po-
tẽtię. In rōne itaq́ phyſica cęlũ dĩt nã ab elẽtis: qm̃ eiꝰ
forꝰ vel eiꝰ mã nequaq̃ trãſmutabilis eſt. at elẽtaria vel
forꝰ vel mã trãſmutabil. at in rōne metaꝰ cęlũ ⁊ elẽta ſt
eiuſdẽ nãę: qm̃ forꝰ cęli ⁊ forꝰ elẽtoꝝ in rōne actꝰ ſũt eiuſ-
dẽ rōnis: ſilr̃ mã cęli ⁊ mã elẽtoꝝ in rōne poꝰ ſunt eiuſ-
deʒ ſpẽi. Quare cęlũ ⁊ elẽta in rōne metaphyſica eiuſdẽ
ſunt naturę ſpecificę. In rōne phyſica differũt natura. h̃
peripatetici. ⁋ Nũc quõ mō pōnes veteꝝ poſſint cõ-
uenire aperiamus: cęlũ itaq́ ⁊ ſtellas eẽ igneas bifariã i-
telligi pōt, aut vniuoce: ita vt ignis vel igneuʒ dicat̃ vna
rōne de cęlo ⁊ elẽto. aut ęquoce: ita vt ignis vel igneũ di-
cat̃ ęquoce d cęlo ⁊ elẽto. Si Anaxagoras itelligat 2ᵒ mō:
fortaſſe nō eſt ↄ Ariſ. ⁊ Auer. vñ in lib. de ſubã orbis 2ᵒ. ⁊
O in 2ᵒ hꝰ. cõ. 42. Auer. vult q̃õlibet aſtrũ eẽ formalr̃ cali-
dũ. ſʒ ęquoca rōne: q̃ppe cũ cęliũs calor ſit vitalis: elẽta-
rius corruptiuus: cęliũs ↄſeruatiuus: elemẽtariꝰ mortife-
rus. Qua rōne nō eẽt diſſonũ cęlũ dicere ignẽ vel igneuʒ
mō igneitas ęquoce itelligat̃: quẽadmodũ ⁊ calor. cũ. n.
accidẽs igni ꝓpriũ cõpetit ęquoce eidẽ nihil ꝓhibet cõ-
uenire ignẽ ęquiuoce. Prohibet igit̃ nihil dicere cęlũ eẽ
ignẽ vel igneũ. vt Anaxagoras ⁊ Plato ſentiũt. Sin autẽ
velint cęlũ eẽ ignẽ vel igneum vniuoca rōne: ꝓculdubio
fallũt ⁊ rō Ariſ. eſt efficax: q: vbi cęlũ eẽt igneuʒ elẽtaria
rōne: eſſet calidũ elẽtaria rōne: vbi eſſet calidũ elẽtaria
rōne: eẽt ſuo calore corruptiuũ ⁊ mortiferũ: q̃re elẽtũ ſibi
ꝓximũ deſtruxiſſet: ⁊ illud iterũ aliud ſibi ꝓximũ, ⁊ illō
iterũ aliud ſibi ꝓximũ: ⁊ ſic oĩa iam eẽnt cõuerſa in ignẽ.
Silr̃ rōne fortaſſe Empedoclis pō pōt interp̃tari: nã cę-
lũ eſſe miſtũ ⁊ terraceũ pōt itelligi miſtiõe vniuoca ⁊ for-
P mali: qua rōne eſt lignũ ⁊ aial miſtũ: aut ęquoca ⁊ cauſali:
qua rōne poetę dixerũt ſolẽ eẽ oĩum patrẽ: q̃tenus ↄtinet
vtutẽ oĩum cauſatiuã. Primo erraſſet Empedocles. cum
cęlũ ſit ſimplex corpus: vt dictuʒ eſt. Scdo mō recte ſen-
tit: ⁊ poetice locutꝰ eſt. eſt. n. cęlũ miſtũ ęquoca rōne ⁊ cau-
ſaliter: q: ↄtinet in ſe vires oĩuʒ rerũ. hęc de dilucidatõe.
⁋ Ad rōnes nũc dicamꝰ, ⁊ ꝑmo ad obiectiones: q̃bꝰ Iu- Sol. rōnũ.
niores refellũt rōnes Ariˢ. Ad pᵐ iã dictũ ẽ Ariᵐ acce-
piſſe nãle: vt diſtiguit̃ ↄtra violẽtũ ⁊ ꝓternãle: ⁊ hac rōne
circularis motꝰ ẽ nãlis cęlo ꝓprius, ⁊ eẽntialis. cũ oĩs aliꝰ
ſit ſibi aut ↄ nãʒ: aut ꝓter nãm: talis aũt pōt eẽ aialis ⁊ vo-
luntariꝰ: ⁊ ꝓpterea ſeqtur cęlũ eẽ alteriꝰ nãę ab elẽtis in rō-
ne phyſica: quę eſt rō motꝰ: q̃ppe cũ motꝰ cęli ⁊ motꝰ ele-
mentoꝝ differãt ſpẽ. ⁋ Ad obiectiões ↄ rōnes factas ad
Anaxagorã, dico ꝙ ex ipoſĩ ſeqtur q̃õlibet: q: vtraq́ ꝑs
Q ↄdictionis: ad cęlũ eẽ ignẽ vniuoca rōne ſeqtur elẽta eẽ
annihilata: ⁊ elẽta eẽ ↄuerſa in ignẽ. ⁋ Ad 2ᵐ dico rō-
nẽ Ariˢ hẽe vim h̃ pacto: q: vbi cęlũ eẽt ignis vel igneũ
vniuoca rōne corrũperet elẽtũ ſibi ꝓximũ: ⁊ quo nō di-
ſtat: ⁊ illud corrũperet aliud ſibi ꝓximũ: ⁊ ſic tandẽ oĩa
ↄuerſa eẽnt in ignẽ. ⁋ Ad 3ᵐ pʒ: q: Ariſ. ꝓbat cęluʒ non
ignẽ vniuoca rōne: qm̃ tunc nō hẽet niſi viʒ corruptiuaʒ:
vt eſt vis ignis vniuoci. ⁋ Ad rōnes factas ↄtra demon-
ſtrationes ad Empedoclẽ. Dico ꝙ igneʒ in ꝓpria ſphęra
nō moueri violẽter: ſʒ nō naturalr̃: qm̃ mouet̃ circulo nō
ꝑ nãm ignis: ſʒ cęli ſibi ꝓximi. Ad 2ᵐ dicemꝰ 2ᵒ huius.
Naʒ ibi declarabit̃ ꝙ ſi cęlũ eẽt miſtũ: ⁊ moueret̃ ab aia
eius. Iã moueret̃ cũ pena ⁊ labore: ⁊ vſq́ in illud tẽpus
differatur. ⁋ Ad rōnes ꝑncipales, ad ꝑmaʒ video gene-
rans ⁊ genitũ ↄuenire in forma in rōne metaphyſica: nō
autẽ in rōne phyſica. verũ de hac re in libro metaphyſi-
cę. ⁋ Ad 2ᵐ patet ſolu. diximus enim cęlũ nō eſſe rarũ
nec denſum nec tale quicq̃: niſi ratione ęquiuoca. ⁋ Ad
tertiaʒ

A tertiā patet ſolutionē:nā rō hec cōcludit celū ⁊ elemēta eē eiuſdē rōnis metaphyſice.❡ Ad ceteras dic vno verbo illas ↄcludere celum eſſe ignem vel igneum equiuocatione ⁊ cauſali.hec de queſtione.

Scḋa qō. **Secundo** ṗncipalr̄ querūt ſi celum ſit neq; graue neq; leue:ſed neutrū:⁊ vī φ ſit leue vel graue: ṗmo q: ſtella aliqñ accedit ad mediū:vt qñ eſt in oppoſito ſue augis.aliqñ recedit a medio:vtpote qñ eſt ī auge.Aſtipulaṫ huic viſus.nā medio eodē mō diſpoſito: ⁊ viſu nō īpedito,ſtella aliqñ appet maior:aliqñ minor. Maior qdē cū medio acceſſerit.Minor v̄o:cū e medio receſſerit.igiṫ ſtella eſt tū grauis tū leuis.❡ Preterea 2° diſcurſus ſunt ſtelle:vt viſu pʒ:⁊ tñ eiuſmodi deorſuʒ feruntᷓ:cū cadere videanṫ.igiṫ celū ē ḡue.❡ 3° celū oīb᷒ alijs ſupferī.ſupeminetq;.igiṫ eſt leuiſſimuʒ:vt p Ariˡᵉᵐ in lr̄a deduci pōt.❡ 4° vnus orbis eſt alio leuior:aliter nulla videreṫ rō:q̄re h̄ ſit ſupior.Ille inferior.igiṫ orbes

B ſunt leues ⁊ graues:vt aer ⁊ aq̄.❡ 5° ponaṫ vna celi ps vtpote mercuri᷒ in manib᷒ nr̄is:vel in aere:caſus eſt poſſibilis ſaltē ad imaginationē:⁊ queritur:vel moueret:vel ſtaret:nō eſt dōm φ ſtaret:q: aut naturalr̄:aut violenter: naturalr̄ qdē nō:q: tūc eēt de nā aeris.violenter ēt minime:q: tūc naturalr̄ illinc recederet:⁊ ſic eēt illa ps celi leuis:⁊ hī ppoſitū.igiṫ moueret:vel circulariter:vel motu recto:nō circulariter:q: nulla ē illi parti applicata for̄a: que moueat illā circulariter.igiṫ motu recto:⁊ ita eēt aut

Pō antiq̄. grauis,aut leuis.❡ In oppoſitū eſt Ariˡᵉˢ ⁊ ei᷒ rō.❡ De q̄ſito eſt pō antiquoꝝ φ celū ſit graue.Sed cur ppetuo motu torqueaṫ,⁊ nō cadit:nō vna rōne antiq definierūt.

Que poete ❡ Poete aſſerūt motū celi eē ppetuū celūq; ipm ſuſtineri ſubſidio Athlantis gigātis:q pedib᷒ ↄſtitutis ſup duas

C colūnas,humeris celū ſuſtinet:ipſumq; ppetuo reuoluit.

Que Empedocles. ❡ Empedocles ait celū eē graue motūq; ei᷒ eē violētū: ppetuo tñ torqueri ob ei᷒ celerē ↄuerſionē:q̄ celerior eſt celi ppria ad cētrū declinatiōe veluti in motu aque in cipho repoſite accidere vī:q̄ ſurſuʒ detineṫ ob ciphi celerē agitationē circūgyrationēq;.❡ Plato v̄o his aſſētiēs

Que Plato. celū detineri aſſerit in timeo ab aīa mūdi:quā in medio locat:hec.n.celū ſuſtinet,⁊ ipm ppetuo motu torquet.hec

Obiectiōes Ariſto. veteres.❡ Obijcit autē his Ariˡᵉˢ in textu:vt patuit:⁊ in 2° hui᷒ ↄtra quaſliōes itē obijcit.⁊ ↄ̄ Athlantē qdē:q: fabuloſa eſt traditio.que niſi ad allegoriā referaṫ:eſt fictio poetica:vt in 2° dicem᷒ libro.❡ Cōtra celeritatē mot᷒: q: nō tāto fuiſſet celū ſuſtentatū:ſiqdem nullū violentū ſit ppetuū.Contra aiam v̄o obijcit:q: tunc vita talis aīe beata eē nō poterit:Moueret enī vi ⁊ conatu ppetuo.⁊ ita vitā cū triſtitia ſemp duceret.Quare nec beata,nec delecta

Dilucida. D bilis erit.hec Ariˡᵉˢ de qbus in 2° diligētius.❡ Pro dilucidatione vt dicem᷒ 2° hui᷒,ṗ aīaduerſione dignum has tres pōnes reduci in vnā:nā poete p Athlantē aīam voluerūt intelligere,vt Plato allegorice.Empedocles p velocitatē:motū aīe mentalē:quē Plato aīe motū dicit.Secūdo aīaduerſione dignū poſitionē hoīū poſſe reduci in bonū:vt Simplicius autumat:nā verbū illud baron:qḋ nos graue dicim᷒.Interdū p corpe deorſuʒ ferri.Interdū p corpe depēdente ſumpſerūt greci:quo in ſenſu ſumpſit Plato:celū.n.graue appellat ſiue barō:p quāto ſubtracta eius aīa:⁊ depēdentia eius ab illa:demergereṫ ad chaos hoc eſt ad ṗuationē:⁊ ſic graue ſumpſit pro corpe

Dilucidationis vis. depēdente ab illa aīa.❡ Ex his ſeqtur dilucidatio.nā ſi graue ſumiṫ p ṗncipio:quo corpa ſunt apta ferri ad mediū:⁊ leue p pncipio quo corpa ſunt apta ferri e medio: celū nec eſt graue:nec leue ⁊ hoc pacto pceſſit Ariˡᵉˢ accipiēs definitiones grauis ⁊ leuis.Sin aūt ſumiṫ p corpe depēdēte ab alio quodā ſpirituali ac icorporeo:ſic celum

E ⁊ oē corpus citra ſpiritalē nām graue dī.qppe cū oē tale ſuapte nā inclineṫ deorſuʒ:h̄ eſt ad chaos ṗuationēq;. Et hoc pacto recte ſentiūt veteres.❡ Tunc ad rōnes:ad

Solutiōes rōnum. ṗmā rñdent iuniores nō oē accedere ad mediū eē moueri deorſuʒ,nec oē recedere eē moueri ſurſuʒ:ſʒ mō vtrūq; fiat p lineā rectā:at ſtelle ille accedūt recceduntq; ob motū:quē hūt tū ab eccētrico:tū ab epiciclo.Alij dicūt nō oē recedere a medio eſſe moueri ſurſum:nec oē accedere ad mediū eē moueri deorſuʒ:ſʒ mō vtrūq; fiat infra ſphe rā actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ.❡ Ad 2ᵃᵐ Auer.ſoluit in cōmēto diſcurſus nō eē ſtellas celicas:ſʒ elemētarias exhalationes:vt in libro metheoroꝝ dictū ē.❡ Ad 3ᵃᵐ dicūt leuiſſimū eē nō illud:qḋ oībus ſupeminet quouis mō:ſʒ ſolū in ſphera actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ:⁊ hac rōne tolliṫ q̄rta rō: vnus.n.orbis nō eſt alio leuior nec grauior:cū vn᷒ nō ponatur ſup alio vi grauitatis:ſed vi nobilitatis.❡ Ad 5ᵃᵐ

F multifariā rñderi ſolet:alij nāq; dicūt caſuʒ eē ipoſſibilē:⁊ pp̄ea ſeq qδlʒ:vt φ dicta ſtella aſcēdat ⁊ dſcēdat.Alij dicunt.vt Albertilla talē ſtellā q̄ſcere in eo loco:vbi tā ponebaṫ.Et cū dī:φ Ariˡᵉˢ vult oē corpus moueri ſuū in locū:cū poniṫ extra illū:dicit Albertilla eē intelligendū in his corpibus que ſūt apta moueri motu recto:⁊ nō de celo:cū celū nec celi quicq̄ poſſit poni extra ſuū locū naturalr̄:ſʒ bene nō naturalr̄:⁊ cū dī ſi hec ſtella q̄ſcit:vel naturalr̄:vel violēter:dico φ quēadmodū nō eſt illic naturalr̄.nec violēter:ſʒ nō naturalr̄:ſic nec naturalr̄:nec violēter illic q̄ſcit:ſʒ nō naturalr̄.Alij dicūt ſtellā hāc moueri ſurſuʒ:nō qdē ab intrinſeco ei᷒ ṗncipio:ſʒ a pellente. cū.n.ſtella poniṫ in regione aeris:⁊ aer tot᷒ appetit ſtare ſub illa ſtella:pellit illā ad ignis regionē.⁊ cuʒ ignis vniuerſus ēt appetat ſtare ſub celo:⁊ ei᷒ ſingula ptes:iteꝝ illā

G pelleret tandē ad celū.Quare p accidēs iſta moueret ſurſuʒ:⁊ nō eo q: ſit aut grauis:aut leuis.❡ Solutiones he oēs ſunt imaginarie,atq; poſſes:tñ ego breuib᷒ dicerē caſuʒ eſſe poſſem ad imaginationē.poſſum.n.imaginari celū cadere:⁊ qδuis tale.⁊ q: caſus eſt poſſis ad imaginationē:ēt oē ſequēs eſt ↄcedendū tāq̄ poſſe ad imaginationē. Quare ſi imaginor ſtellā poni in aere:poſſuʒ ēt imaginari illā ferri ſurſuʒ vl' deorſuʒ:⁊ ita eē leuē aut grauē tāq̄ poſſe ad imaginationē.ↄcedo igiṫ celū eē graue tāq̄ poſſibile ad imaginationē vel leue ſimiliter.tamē de ineſſe nec eſt graue:nec leue.❡ Hec de queſtione.

❡ **Simili mō de ipſo arbitrari rōni eſt cōſentaneū:φ ſit ⁊ ingenerabile,⁊ incorruptibile: itemq; ⁊ augumēti ⁊ alterationis expers.**

❡ Auerroes ↄmēto ṗſenti ſic textū introducit φ cū Ariˡᵉˢ demr̄aſſet corpus qḋ circulariter moueṫ:eē alteri᷒ nāe a q̄tuor elītis:q: gnte nāe.rurſuſq; nec ſit graue:nec leue: nūc vult etiā oñdere φ nec eſt gn̄abile:nec corruptibile: nec augumētabile nec alterabile.⁊ hoc ē φ Ariˡᵉˢ ṗſenti textu pponit.❡ Expoſitor noſter auctore Simplicio introducit φ cū Ariˡᵉˢ declaraſſet dr̄iam corpis qḋ circulariter ferṫ ad alia elīta ex pte nāe:⁊ accidentiū ↄſequētiū nām:que ſunt grauitas ⁊ leuitas:hic demr̄at dr̄iaʒ eiuſdē corpis ad eadē elīta quo ad alios mot᷒:oñdens eiuſmodi corpus nō ſubijci gn̄oni corruptiōiq;,auctiōi ⁊ alterationi:qb᷒ elīta ⁊ miſta ſubijciunṫ.⁊ pponit ṗ intentionē ſuā tāq̄ ↄnē capituli.deinde pbat illā rōne ⁊ ſigno.hec expoſitor.❡ Quo v̄o ad v̄ba attinet in trāſlationibus arabicis:quas Auer.cōmētaṫ:dī (neq; gn̄atū ab aliquo) ⁊ tunc diſputat Auer.cū adiecit ab aliq̄:dicēs ipʒ nec factū,nec genitū ab aliq̄:⁊ nō dicit ſimplr̄ nec factū:nec genitū.❡ Ubi aīaduerſiōe dignū de ipſo celo apō veteres fuiſſe tres pōnes:ṗma dicit celū eē ṗmā cāʒ:⁊ nullatē᷒

Que Auer. cō.20. — H — Que expoſitor. — Verborū ↄſideratio. — Que Auer. cō.20.

I cãtum:vt Empedocles cecinit.Scd'a dixit cęlũ nec eẽ fa
ctũ nec genitũ,ſʒ cauſatũ a pᵃma cã:⁊ ęternũ:vt Plato in
timeo.Tertia dixit cęlũ eẽ genitũ ⁊ corruptibile:vt phy
ſici.barũ põnuʒ hęc eſt dña.Nã q dixerũt cęlũ eẽ pᵃmaʒ
cãm:dicũt ipm nec eẽ factũ ab aliquo,tãq̃ e mã:nec e cã
alia:cũ ſit pᵃma cã.Qui ꝟo dixerũt ipʒ eẽ cãtuʒ ⁊ ęternũ:
dicũt ipm nõ eſſe factũ ab aliquo tãq̃ e mã ſʒ bñ e pᵃma
ipſa cã depẽdere.ai q dixerũt ipm eẽ nouũ gñabile ⁊ cor
ruptibile:dicũt ipm eſſe a pᵃma cã:⁊ ab aliquo tãq̃ e mã.
Quare q dixit cęlũ eẽ pᵃmã cãʒ:dicet ipʒ nec e mã,nec ab
agẽte effici.Qui cauſatũ ⁊ ęternũ:dicet eẽ e cauſa gdẽ:nõ
aũt e mã aliq̃.Qui ꝟo dixit cęlũ gñabile ⁊ corruptibile:
dicet ipʒ eẽ e cã:⁊ e mã aliq̃.Uult igiẗ Auer.Ariſ͡tem adie
ciſſe ab aliq̃ vt iduceret dñaʒ īter opinãtes ipʒ eẽ pᵐᵃ cãʒ:
⁊ primũ cauſatũ:qm̃ vtriq; dicẽt ipm nõ eẽ ab al iq̃ tãq̃
e mã.at q dixerũt eẽ primã cãm:dicẽt ipʒ ſimplr̃ eẽ inge
nitũ ⁊ icorruptibile.q ꝟo dixerũt ipʒ eẽ pᵃmũ cãtũ:dicẽt
K ipm eẽ e cã:nõ aũt ab aliquo:vt e mã ipſa.Quare p illõ
verbũ ab aliquo:notaẗ ꝯueniẽtia ⁊ dña.cõueniẽtia gdẽ:
q: põnes ãbę dicũt cęlũ eẽ e nullo tãq̃ e mã.dña ꝟo:q:
Empedocles dixit cęlũ eẽ e nullo vti e mã:⁊ e nulla cã.

Dubitatio. Plato e nullo vti e mã:ſʒ e pᵃma cã.¶ Sʒ occurret:naʒ
ſi Plato dicit cęlũ eẽ e pᵃma cã:nũc ꝯcedet ipm eẽ factũ ⁊
genitũ.oẽ.n.ꝙ e cã ꝓficiſciẗ:vĩ factũ ⁊ genitũ:⁊ ita videẗ
īplicatio.Rñdet Auer.ꝙ fieri põt vno mõ capi ꝑ depẽ
dere ⁊ ſic qđ h̃ pacto fit:e nullo tanq̃ materia:⁊ in nullo
tempore fit:imo poteſt eſſe ęternum. Alio modo ꝑ gñe
ri ꝙ gdeʒ eſt ab aliquo tanq̃ e mã.⁊ in quodã certo tpe.
Primo mõ:qđ eſt ęternũ:põt dici eſſe factũ ⁊ genitũ:nã
generatio ⁊ fieri ſumunẗ ęquiuoce ⁊ trãſſumptiue.Scd'o
L mõ ęternũ nõ põt eſſe factũ nec gñatũ.Primũ generari
Ariſ͡tes nõ remouet e cęlo:q: cęlũ depẽdet e pᵃ cã.Scd'm
gñari:qđ itelligũt vulgares Ariſ͡tes remouet.¶ Ulterius
aiaduertit quid Ariſ͡tes itelligat ꝑ trãſmutationẽ:cũ dixit
neq; aliquã trãſmutationẽ:ī ſuis.n.trãſlatioᵇᵘˢ hr̃ neq; ali
quã trãſmutatõeʒ:⁊ vult ꝙ itelligat trãſmutationẽ q̃ ẽ ʒᵉ.
vʒ in ſubã,q̃titate,⁊ q̃litate.Quaſi dicat ꝙ vult oñdere
cęlũ eẽ oĩno imutabile.¶ 3ᵒ aiaduertit qđ Ariſ͡tes itelligat
ꝑ alterabile:cũ dixit neq; alterabile:⁊ vult Ariſ͡tem itelli
gere alterationẽ corruptiuã:cuius finis eſt gñatio:nõ aũt
ꝑfectiuã:vt illuminatio.Nã cęlũ eſt ꝑfectiue alterabile:
nõ aũt corruptiue.hęc Auer.gnoꝝ duo pᵃma varia ſunt:ī
noſtris eniʒ gręcis codicibᵘˢ nõ iuenimᵘˢ verbũ ab aliquo:
nec verbũ aliquã tranſmutationẽ:⁊ icicirco ois Auer.cõ
ſideratio vana eſt:cũ ꝯſideretur ꝙ nõ eſt.Tertiũ ꝟo eſt
optime dictum:cum cęteri gręci id aſſerant:⁊ de conſide
ratione verborum hactenus.

¶ Propterea ꝙ oẽ qđ gñatur:⁊ ex ꝯtrario:⁊
M ex ſubiecto quodã generaẗ:ſilr̃ etiã qđ corrũ
pitur:ex ſubiecto quodã ⁊ ex contrario atq;
in cõtrariũ corrũpitur:quemadmodũ in pri
mis ſermonibus diximus.Contrariarũ autẽ
rerum:⁊ lationes cõtrarię ſunt.Si igiẗ huic
nihil contrariũ eſſe põt:ꝑpterea ꝙ motui cir
culari nullus motᵘˢ eſt ꝯtrarius:ꝯſulte vĩ nã
hoc qđ nũq̃ in futurũ generabile,aut corru
ptibile erit:e cõtrarijs excepiſſe:ſiqdeʒ in con
trarijs ⁊ ortus ⁊ interitus fit.

Conclusio. ¶ Nunc ꝓbat ꝯcluſionẽ:⁊ pᵃmo ꝙ corpus qđ circulariter
ſyllogiſmᵘˢ. mouetur:nõ ſit generabile nec corruptibile:⁊ ſyllogiçat
ſic,omne generabile ⁊ corruptibile habet cõtrariũ ⁊ ma
teriam:corpus qđ circulariter fertur non habet contra

rium ⁊ materiam.igitur non eſt generabile nec corrupti
N bile.de ſyllogiſmo tangit primo maiorem ⁊ inquit:pro
pterea ꝙ omne qđ generatur ⁊ ex contrario ⁊ ſubiecto
quodam generatur.Similiter etiam quod corrumpitur
ex ſubiecto quodam:⁊ ex contrario vt e termino e quo:⁊
in contrarium vt in terminum ad quem corrũpitur:quẽ
admodum in primis ſermonibus:qui fuerũt de phyſica
auſcultatione diximus:hęc eſt maior:cuius fidẽ vult eſſe
ex libro phyſicę auſcultationis.¶ Tacuit minorem ⁊ il Profyllo
lius probationem ſubſcribit:q̃ ſic componitur:omne ha giſmus mi
bens contrarium ⁊ ſubiectum aliquod mouetur motu: noris.
cui aliquis motus eſt contrarius.Sed corpus quod cir
culariter fertur:nõ mouetur motu:cui aliquis motus eſt
contrarius:quoniam moueẗ motu circulari:cui nullus
motus eſſe poteſt contrarius:vt dicemus:igitur non ha
bet contrarium nec ſubiectum aliquod:de hac probatio
ne tangit vim maioris ⁊ inquit:contrariaꝝ autem reruʒ O
contrarię lationes ſunt.hęc eſt vis maioris.videlicet oẽ
habens contrariuʒ mouetur motu:cui aliquis motus eſt
contrarius.deinde tangit minorẽ,⁊ ꝯcluſionem,⁊ inquit.
ſi igitur huic motui ſupple quo fertur cęlum nihil cõtra
rium eſſe põt:ꝑpterea ꝙ motui circulari nullus motus
eſt ꝯtrarius:hęc eſt minor ⁊ eius ꝓbatio:dat ꝯcluſioneʒ:
⁊ inquit.ꝯſulte videẗ natura hoc.vʒ cęlũ qđ nũq̃ in futu
ruʒ eſt gñabile,aut corruptibile redimere a ꝯtrarijs:ſiq
dẽ(vt dictũ eſt in libro phyſicoꝝ)in ꝯtrarijs ⁊ ortus ⁊ i
teritus ois fit.Corpus igiẗ qđ circulariter ferẗ eſt ingeni
tũ ⁊ icorruptibile:qđ erat ꝓpoſitũ.¶ Sʒ quęres vtrum Dubitatio
hęc ꝓpoſitio oẽ qđ gñatur:gñatur ex ꝯtrario ſit vlis:vi
detur qđ nõ.Primo q: miſtũ aliqđ gñatur ex elñtis ime
diate:vt minerale:⁊ plãta:⁊ aĩal ex putri fit mã:⁊ tñ ꝯſtat
tale miſtũ nõ eẽ ꝯtrariũ elñtis.Scd'o q: vnũ miſtũ gene
ratur ex alio:vt ſanguis ex chilo,ſiue pane cõcocto:⁊ mẽ P
brũ ex ſanguine:vbi pʒ ſanguinẽ non eſſe chilo ꝯtrariũ:
nec mẽbrũ ſanguini.¶ Rñdet Auer.⁊ dicit ꝓpoſitionẽ Quę Auer.
eiuſmodi eſſe vlem:tam in gñatione ſimpliciũ,q̃ miſto cõ.zo.
rũ.vbi pᵃmo aiaduerſiõe dignũ bifariã eẽ gñationẽ,alte
rã gdeʒ ſimpliciũ:hoc eſt elñtorũ.Alterã ꝯpoſitorũ:quę
miſcenẗ ex elñtis:gñatio ſimpliciũ iterum eſt duplex(lʒ
Auer.nõ dicat)nã alia eſt ſimplicis ex ſimplici:vt ignis
ex aq̃:⁊ aq̃ ex terra,⁊ de ceteris id genᵘˢ.Alia ſimplicis ex
miſto.gñanẗ.n.elñta q̃nq; ex miſto:vt qñ miſtũ reſoluiẗ
imediate ad elñta:gñatio ꝟo miſtoꝝ iteꝝ bifariã eſt:aut
miſti ex elñtis.vt qñ aliqđ miſtũ fieret imeᵗᵉ ex elñt:vt
minerale,plãta,⁊ aĩal ex putri ortũ mã.Aut miſti ex mi
ſto:vt ſanguis ex chilo:⁊ chilus ex pane:⁊ panis ex triti
co gñantur:ampliᵘˢ ⁊ mẽbrũ ex ſanguine:vt dictũ eſt.Se
cũdo aiaduerſione dignũ ꝯtrarietatẽ multifariã eẽ:nam
Q alia eſt extremi ad extremũ:q̃ ꝯtrarietate aduerſanẗ al
bũ ⁊ nigrũ:alia extremi ad mediũ:⁊ ecõtra medij ad ex
tremũ:qua ꝯtrarietate opponunẗ albũ ⁊ rubruʒ.Alia eſt
medij ad mediũ:qua rubrũ croceo opponi vĩ.ye ſumpti.
rñdet Auer.ꝙ illa ꝓpoſitio ẽ vlis:nõ tñ eadẽ ſpẽ ꝯtrarie
tatis:nã gñatio elñti ex elñto eſt īter ꝯtraria ꝯtrarietate
extremi ad extremuʒ:gñatio elñti ex miſto:vel miſti ex
elemẽtis eſt īter ꝯtraria ꝯtrarietate extremi ad mediuʒ:
vel medij ad extremũ:at gñatio miſti ex miſto eſt īter cõ
traria ꝯrietate medij ad mediũ.Quare vĩr pʒ oẽm gñõ
nẽ oẽmq; corruptionẽ eẽ īter ꝯtria:⁊ dicit Auer.hãc ꝓpõ
neʒ patere:tũ ratione:tũ iductione:inductione gdeʒ:vt
Ariſtoteles pᵃmo phy.ꝓbauit:⁊ nũc in oĩbus eſt inductũ
rõne ꝟo:q: oẽ gñãs gñat vt ſile ⁊ vt ꝯtriũ:niſi eniʒ eẽt
aliquo mõ ſile:nõ eſſet determinatũ ex determinato:⁊ ſi
nõ eẽt ꝯtriũ:gñãtio nõ eẽt actio ⁊ paſſio:oẽ.n.qđ agit:agit
vt ꝯtriũ ei:qđ patiẗ:vt dictum eſt in libro de gñõne.Sic
igitur

A igiť pz vlitas ꝓpoſitionis.¶ Ad rõnes pz ſolõ/ad pmã
gdẽq: inter miſtũ ⁊ elnta eſt ꝯrietas medij ad extra vel
extremi ad mediũz.¶ Ad 2ᵐ dico/ꝙ eſt ꝯrietas medij
ad mediũ:quę ſufficit.Et ſi replicares ſubę nihil eſſe con
trariũ.ſolõnẽ quęre 5ᵒ phyſicę auſcultationis cõmẽ.10.⁊
lege cõmẽtationes noſtras:qꝛ huiꝰ reſolõnẽ inuenies di
Quę Auer. cõm.20. ligenter. Hęc Auerroes ꝑ lõute.¶ Ulteriꝰ Auerroes ex
ponẽdo textũ vult Ariſtoteles ad ꝓpoſitũ inferendũ ac
cepiſſe duas ꝓpoſitiones:pma eſt/oẽ qđ gñať:gñať ⁊ cor
rumpiť a ꝯrio:vt ꝓbatũ eſt.Scđa eſt/ꝯria corpora ſunt:
quoꝝ motꝰ ſunt ꝯrij.Ex his ꝯcludiť tertia:quã Ariˡᵉˢ nõ
ꝓpalauit/videlz ꝙ motꝰ gñati ſimplicis eſt ꝯrius motui
eiꝰ e quo gñať:vbi cũ/motꝰ ignis:q gñať ex terra:eſt ꝯriꝰ
Dubõnes. motui terre.¶ Sz occurres ꝑ qꝛ ignis gñať ex aere:⁊ tñ
motus ignis nõ eſt ꝯriꝰ motui aeris. ¶ Scđo occurres
verũ hęc ꝓpoſitio hẽat locũ in miſtis:vĩ eniz ꝙ nõ:nam
ignis gñať ex aliquo miſto cuiꝰ motui motꝰ ignis nõ ad
B uerſať:ex alio vĩ ꝙ ſicaliter demõſtratio Ariˡᵉˢ nõ eẽt vlis.
Solutio. ¶ Mihi vĩ ꝙ hęc ꝓpoſitio ſit vlis ad hũc ſenſuz ꝙ mo
tus gñati ſit ſemꝑ ꝯriꝰ motui eiꝰ e quo gñať aut ſimplr:
aut ſm gđ.Id ẽ aut ꝓpter ſe/aut ꝑ aliqđ ſui.¶ Tũc ad
rõnes/ad pmã dicerẽ motũz ignis ⁊ motũ aeris eẽ ꝯrios
ſm gđ:nã motus ignis eſt ſimplr ſurſuz:motus aeris eſt
ſm gđ deorſuz.¶ Ad ſcđaz dicerẽ motꝰ miſti in ſe non
ſemꝑ eẽ ꝯtiũ motui elnti ex quo miſceť:ſz hñ miſtũ cõti
net aliqđ:cuiꝰ motꝰ ꝯriꝰ eſt motui elnti ex miſto geniti:
qꝛ ꝯtinet aliud elntũ:cuiꝰ motꝰ eſt illi motui ꝯriꝰ:vbi cũ
genereť terra ex ligno.Dico ꝙ motꝰ ligni nõ eſt ꝯriꝰ mo
tui ligni ꝑ ſe:ſed rõne ꝯtenti:qꝛ lignũ vltra terrã cõtinet
ignẽ:cuius motui motꝰ terre eſt ꝯriꝰ.ſic igiť oẽ qđ gñať
moueť motu ꝯrio motui eiꝰ e quo gñať:aut ſimplr aut ſz
gđ.Id ẽ aut rõne ſui/aut ſaltẽ rõne eiꝰ/qđ ꝯtinet:⁊ ſic ꝓpo
ſitio eſt vlis.Tũc Auerroes cõponit ſyllm:⁊ vult maio
rẽ eſſe hãc:oẽ qđ gñať vel corrumpiť:moueť motu ꝯrio
motui eiꝰ e quo gñať vel corrumpiť.pz hęc maior intelli
C gendo illã vt dictũ eſt.Sz cęlũ nõ moueť motu ꝯrio mo
tui alicuiꝰ:nec ſimplr/nec in pte.Item nec in ſe:nec rõne
ꝯtenti.igiť cęlũ nõ eſt gñabile nec corruptibile. Maior
eſt expoſita.Minor pz per hoc:qꝛ motui circulari nulla
tenus eſt aliqs motꝰ ꝯrius:qđ gdẽ ſumit hic tanq̃ notũ:
verũ nõ eſt notũ:ſed ꝓbatũ ex ſuo ſermone īfra dicẽdo.
Dubitatio. ¶ Sz occurres nõ ne motui cęli aliqs motꝰ eſt ꝯriꝰ ſm
gđ:vĩ eniz ꝙ ſic:vt Ariˡᵉˢ ꝓbabit infra:⁊ vĩ rõ nã motꝰ
ſtelle ad ortũ ꝯriꝰ eſt motui eiuſdẽ ad occaſuz/ſaltez ſm
Solutio. gđ.¶ Dici põt ꝙ ī cęlo nullũ eſt pnᵐ neqz finis niſi ſm
deſignationẽ:⁊ ita illa ꝯrietas nõ eſt ſm nãm:ſed ſz deſi
gnationẽ mentis:⁊ ꝓpea nõ ſunt illi motꝰ ꝯrij ſm gđ na
turalr:ſz ſz gđ deſignatiue.Mõ hęc ꝯrietas nõ ſufficit
ad generationẽ ⁊ corruptionẽ:cũ mathematici illam fin
gant in lineis ⁊ ſuperficiebus in quibus nulla eſt gñatio:
Quę Auer. cõm.20. ¶ Ulterius Auerroes declarat in nã de cęlo ipſo fuiſſe
D duplex cõſiliuz.Primo faciendo ipſum ingenerabile ⁊
incorruptibile.Scđo in remouendo ab eo omne ꝯrium.
pmũ ꝯſiliũ ꝯcluſit nã ꝑ hoc qꝛ ſi nõ eſſet aliqđ corpꝰ in
generabile ⁊ incorruptibile:hic inferius nõ eſſet gñatio
nec corruptio alicuiꝰ.hãc ꝯñtiaz ꝓbat Ariſto.8.phyſicę
auſcultationis.Naz oẽ qđ generať exit de poᵃ ad actũ:⁊
oẽ qđ exit de potentia ad actũ:deduciť ab aliquo exiſten
te in actu.Si igiť cęluz eſſet generabile:deduceretur ad
actum eſſendi ab aliquo exiſtẽte in actu:⁊ ſic ꝓcedereť
in infinituz:aut opz venire ad aliqđ qđ ſemꝑ eſt in actu.
Quare ſi gñatio ⁊ corruptio ſunt:opz eſſe aliqđ corpus
ęternũ:⁊ hęc fuit rõ pmi ꝯſilij.Ratio ꝟo ſcđi cõſilij eſt:
qꝛ vbi nã dediſſet ſibi ꝯriũ:tunc eſſet corruptibile:⁊ per
ꝯñs generabile,qꝛ omne corruptibile eſt generabile.igiť

ſi natura deliberauit de ęternitate:bene fecit remouẽdo E
omne cõtrariũ a cęlo ipſo.¶ Ex dictis Auerroes infert. Excerpta
Primo ꝙ cęlũ nõ eſt compoſituz ex mã ⁊ forma:eo mõ Auer.ꝯ.20.
videlz quo elementa cõponunť.Scđo infert ꝙ eſt ſim
plex:hoc eſt nõ miſtũ e pluribus elementis:vt Empedo
cles autumat.pmũz ꝓbat cõtra Auicennã multifariaz.
Primo ſic/oĩs forma in mã habet contrariuz:formę cęli
nihil eſt cõtrariũ.igitur nõ eſt in mã.igitur cęlum nõ cõ
poniť ex mã ⁊ forma.Scđo/ſi cęlum eſſet compoſitũ ex
materia ⁊ forma elemẽtarijs:tunc aliqua forma eſſet in
mã elementaria ſine ꝯtrario:deduco/qꝛ ꝓbatuz eſt cęlo
nihil eſſe cõtrariũ:cuz moueať motu ſine ꝯtrario:quare
forma cęli eſſet in mã ſine ꝯtrario.Sed hoc eſt falſuz:qꝛ
tunc nã otioſe aliqđ feciſſet:deduco/qꝛ talis mã:vbi eẽt
forma cęli:eſſet ſine potẽtia ad non eſſe:nam oĩs potẽtia
in mã eſt ad ſeparationẽ quę eſt nõ eſſe.Si igr definitio
materię eſt poſſe nõ eſſe:⁊ eſſet forma in mã:quę nunq̃
F nõ eſſet:tũc poᵃ materię eſſet otioſa:qꝛ nunq̃ veniret in
nõ eſſe:ad qđ ipſa eſt ordinata.Tertio arguit/ſi forᵃ cęli
eſſet in mã:⁊ nõ eſſet gñatio nec corruptio illiꝰ vnq̃:tũc
mã cęli careret ꝓpria opatione:deducit/qꝛ operatio ma
terię eſt generatio ⁊ corruptio:ſicut acuminis gladij pro
pria opatio eſt ſcindere dura.Si igiť forma eſſet in mã:
cuius poᵃ nunq̃ eſſet ad nõ eſſe:tunc aliqđ ens eſſet ſine
ꝓpria operatione:⁊ forte hę tres rõnes ſunt vna:ſi recte
ꝯſidereñť.¶ Sed circa hęc ſunt plures dubitationes. Dubõnes.
pma qꝛ Ariſtoteles arguere vĩ cęlũ nõ habere ꝯrium:qꝛ
motus cęli nõ hz ꝯriuz.Modo hoc vĩ erroneũ:cum cor
pus de genere ſubſtãtię cõtrariũ nõ habeat:cũ ſubſtãtię
nihil ſit ꝯtrariũ:⁊ tñ motus eius habere põt ꝯrium.hęc
Joannes grãmaticus:qui Philoponus dĩ.¶ Simpli Quę Simplicius.
cius ꝟo rñdet ẽt corpus ſubſtãtiale hẽre ꝯrium:ſaltẽ fuſo
ꝟbo loquẽdo de ꝯrio:⁊ hoc pacto motus q hz ꝯrium eſt
corporis humanus ꝯriũ vel preſſe vel fuſe.at cęlũ nulla
G tenus ꝯriũ hz:nec eius motus:⁊ ꝓpterea elongatuz eſt a
corruptiõe.hęc Simplicius.¶ Auerroes ꝟo.5.phyſicę Quę Auer.
auſcultatiõis:ait ẽt in ſubſtãtijs eẽ ꝯrietatẽ:verũ aliqua 5.phy.ꝯ.10.
dici ꝯria bifariã eſt:aut in ſe pmo ⁊ pncipalr:⁊ ſic ſolum
in accidẽtibus repiť vera rõ ꝯrioꝝ:aut ſuis in qualitati
bus diſpõnibuſqz:⁊ hoc pacto ignis ⁊ aqua ꝯrij ſunt:qꝛ
qualitates quę formas ꝯſequunť:ꝯrię ſunt:⁊ ſic rõ Phi
loponi nulla eſt.¶ Scđo occurres:qꝛ nõ vĩ verum mo Scđa dub.
tuuz ꝯrioꝝ corpa eſſe ꝯria.Nã ferrũ ⁊ terra pura/ſũt cõ
traria:ſaltẽ ꝯrietate medij ad extremũ:nam elntuz ꝯriať
miſto ſaltẽ ꝯrietate medij ad extremum:vt dixit Auer
roes:⁊ tñ eodẽ motu ſpe ferrũ ⁊ miſtũ feruntur:ambo eniz
ad mediũ ſimplr.¶ P.Si motuũ ꝯrioꝝ corpa ſũt ꝯria:
eſt qꝛ cõtrarioꝝ effectuũ cãę ſunt ꝯrię.Sed hoc falſum
eſt:nã albũ ⁊ nigrũ ſunt cãę ꝯrię:⁊ tñ cauſant intentionẽ
in medio:quę eſt vna rõne ſubiecti.inſuper Auerroes.ꝯ. Cõmẽ.48.
cęli vult nigredinẽ effici taz a frigiditate q̃ a caliditate:
quę ſunt ꝯrię.¶ Rñdeť ad pmã/ferrũ ⁊ terrã inquãtuz
moueñť/nõ ꝯriari aliqua ꝯrietatis rõne:qꝛ ferrũ vt mo
ueť eſt pdominãter terra.¶ Ad ſcđaz/dico regulã Ariˡᵉˢ H
intelligi in effectibus realibus:nõ aũt intẽtionalibus:in
qbus ratio ꝯtrarietatis eſſe nõ põt:vt dicit.7.phyſicoꝝ
lib.¶ Ad tertiã ſoluũt iuniores nigredinem effici tam a Quę Juni.
calido q̃ a frigido:ſed a nullo horuz īmediate:at regula
Ariſtotelis intelligiť in effectibꝰ īmediatis.¶ Sed hęc
ſolõ vĩ ambigua:nã frigiditas cauſať īmediate a frido.⁊
calitas īmediate a lumie:⁊ tñ lumẽ ⁊ fridũ nõ ſũt foialr Quę alij
ꝯtraria.¶ Propterea alij Juniores dicũt regulã Ariˡᵉˢ Juniores.
intelligi ſolũ negatiue/ꝙ vz ſi effectꝰ non ſunt ꝯrij:cauſę
nõ ſunt ꝯrię:tñ pñt effectꝰ eẽ ꝯrij:⁊ cauſę nõ.vt rõ cogit.
¶ Sz oẽs hę ſolõnes ſunt vanę:nã regula Ariˡᵉˢ nõ eſt Qualꝭ ſolõ.

I nıſi in motib⁹:⁊ cā eſt:qꝛ ſolus motus arguit nāꝫ ⁊ foꝛāꝫ
cū imediate forma ꝑficiſcaꝛ.ceteri effect⁹ nō ꝓcedunt
ſic a for⁹/vt mot⁹:⁊ ꝓpterea ſolū in motib⁹:veꝝ eſt ꝙ ſi
mot⁹ nō ſunt ꝯ̄rij:corꝑa:quoꝝ illi ſunt mot⁹ ꝓprij ⁊ nā-
les:nō ſunt ꝯ̄ria:⁊ ſi motus ſunt cōtrarij:corꝑa/quoꝝ illi
ſunt ꝓprij ⁊ naturales/ſunt cōtraria:⁊ tu itellige/aut per
ſe/aut rōne qualitatū. Hec Auerroes.

Queſtio. **Querunt** ſi celū:qđ circulariter mouet̄.ſit gnābi-
le ⁊ corruptibile.Arguit̄ ꝙ ſic quotiens
ad antecedēs eſſe ſeq̄t̄ ꝯ̄ńs eſſe.Ad ańs poſſibile ſequit̄
ꝯ̄ńs poſe.Hec regula eſt ꝑoriſtica.Sed ſeq̄t̄ celū geſcit.
igit̄ celū nō eſt/ſꝫ ꝑhoꝝ:vt in lib.de ſuba orbis dictū eſt:
⁊ dicem⁹ ſcđo hu⁹.igit̄ ſi celū pōt geſcere:celum pōt nō
Com.41. eſſe.at celū poſſe geſcere:teſtat̄ Auerroes.12.meta^{ce}:aſſe
rēs qđ de poſſibilib⁹ eſſe ⁊ nō eē ſolus motus eſt eteꝛn⁹.
igit̄ celū pōt nō eſſe.ſꝫ oē poſe nō eē eſt corruptibile/vt
dicet̄ in hoc lib.igit̄ celū eſt corruptibile.❡ Scđo celū
K hꝫ mām.igit̄ eſt corruptibile.ꝓbat̄ ańs.qꝛ ſi celū nō ha
beret mām:eſſet ꝑ rōnē Auerrois in cō.ꝓbat.n.Auer-
roes celū nō hr̄e mām:qꝛ eſſet eius mā in po^a ad nō eē.
⁊ ſi eſſet in po^a ad nō eſſe:eſſet qn̄doqꝫ ſub nō eſſe celi.
aliter potētia eſſet fruſtra.Mō hec rō nō valet:ꝑmo qꝛ
ꝯcederē celū eſſe corruptibile/eiuſqꝫ mām eſſe in poten
tia ad nō eſſe:⁊ negarē mām illaꝫ debere qn̄qꝫ ſtare ſub
dicere nullũ corpus eſſe altero maius, vel minus: ⁊ multa alia quare non dicẽs ſic reddere cãm accidentiũ entium. vel qꝛ ſic dicens facit differẽtiam in reddẽdo cauſas diſpõnum entium: ⁊ cum hoc dicit quędam quę pro vtraqꝫ parte ſunt pbabilia: poſitio enĩ Democriti habet multas rõnes: ⁊ illa Ariſt^{lis} etiaʒ. quare facit differentiam ex parte principij: qđ ſui natura eſt varium: ⁊ ex parte eorum quę pficiſcũtur ab illo: vt in libris mathematicoꝝ conſtat. Qui igit̃ ponit idiuiduas magnitudines duplr efficit differẽtiam, ex parte eius qđ dicit: qđ eſt p vtraqꝫ parte probabile: ⁊ ex parte eoꝝ quę ad illud qđ dicit ſequuntur. ¶ Tertio debes ſcire vt Auerroes ingt. ꝙ quę Ariſt^{les} hic ait eſſe dicta ad documentum. documentum eſt vt ſemꝑ circa principia fiat magnus ſermo: nã ſermo de principijs eſt q̃ſi de oĩbus ſermo. principiũ ſiqdeʒ ſit oia: q̃ ab illo ſequunt̃. ¶ Quarto debes ſcire vt Auerroes ait

D

⁊ recte: ꝙ illę duę põnes de corporib^{us}: vtpote illa Ariſt^{lis} quę dicit, oẽ corpus eſſe finitum, vel illa Democriti quę dicit corpora minima: ⁊ illa quę dicit corpus aliqđ eẽ infinitum: ſunt diuerſę ⁊ oppoſitę, diuerſę qdem quãtuʒ ad hoc, qꝛ vna nõ eſt alia: ⁊ ita diuerſę in ſe. Oppoſitę ℞o q̃ ad ea: quę ſequũtur ad illas. Nam ad dicẽtes corpus infinitum: ſeqtur corpus illud eẽ infinitę potentię. Ad dicentes nullũ corpus eſſe infinituʒ: ſeqtur omne corpus eſſe finitę potentię. Nam potẽtia ſequitur magnitudinẽ: adeo ꝙ in maiore quanto eſt maior virtus. in minore ℞o minor. ¶ Vltimo debes ſcire: ꝙ ſi corpus infinituʒ ſit prĩ^{m}: tũc vt dicit Auerro. nõ eſt miruʒ ꝙ antiq maximã fecerunt morã circa illud: ita vt qdam dicant corpora atoma, vel ex atomis: vt Democritus: alij corpora finita ex finitis. Alij infinitum ex infinitis. ¶ Sed circa hęc nobis maxima exorit̃ difficultas. Naʒ duplicia ſunt prĩ^{a} in pꝓpoſito cognitionis, quę dicũtur in ſcia poſitiones, dignitates, ſuppõnes, ⁊ id genus: ⁊ eſſendi: quę ſunt, ſunt illa e quibus oĩa conſiderata in ſcia componũtur, vel proficiſcuntur. verbi cã, in naturali phĩa principia cognoſcẽdi ſunt: motus eſt, plura entia mobilia ſunt: ⁊ cętera id genus: quę neceſſe eſt quẽlibet diſcentem naturalẽ philoſophiam habere. eſſendi ℞o ſunt materia, forma, ⁊ agens, ⁊ finis, e quibus res naturales cõſtat. Modo dubitatur de quibus principijs loquitur Ariſtoteles, vel eſſendi: ⁊ falſum eſt qđ dicit: non enim oportet principia eſſendi eſſe poteſtate cognoſcendi oĩa in ſcia conſiderata: vt cõſtat. Si autem itelligat de principijs cognoſcendi: non eſt verũ infinitum eſſe principium cognoſcendi. Quare quę dixerant

Dubitatio nõ parua.

Ariſtoteles ⁊ expoſitores quęſtione non carent. ¶ Dicerem nunc qcquid alĩs dixerim principia eſſendi eſſe principia cognoſcẽdi in ſecũdo proceſſu. Eſt enĩ in naturalibus duplex pceſſus: qꝛ ab effectu in cauſas. ⁊ pꝑter qđ a cauſis ad effectus: principia igitur cognoſcendi ſunt principia cognoſcẽdi in omni proceſſu: in omni enĩ pceſſu illa ſupponũtur, vtiqꝫ dignitates. eſſendi ℞o principia ſunt cognoſcẽdi in ſecũdo proceſſu. non enĩ poteſt aliqs effectus reſolutorie itelligi, niſi ad principia eſſendi reducat̃. Dico igitur ꝙ Ariſtoteles intelligit de principijs eſſendi: quale creditur eſſe infinitum: qđ alij poſuerunt ex parte materię. Alij ex parte agentis, vt patet 3. phyſicorum: ⁊ concedo principia eſſendi nõ eſſe poteſtate omnia cognoſcibilia in omni proceſſu: ſed bene in ſecũdo pceſſu. Nã res nãles niſi reſoluant̃ ad principia eſſendi: nũqꝫ ſecũdo pceſſu reſolutorie cognoſcunt̃. Hęc de dubitatione.

Solutio.

F

Sed querunt vtrum infinituʒ ſi eſſet: haberet rationeʒ principij. Et videtur ꝙ non: quia hęc eſt vna hypothetica: cuius oppoſituʒ conſequentis ſtat cum antecedẽte: ſtat enim ad imaginationem infinitum eſſe, ⁊ non habere rationem principij. Nã principium ſemper vult eſſe extra principiata: eſt eniʒ principium, aut cuiuſdam, aut quorũdam, vt in lib. phyſico. primo dictum eſt. At extra infinitum nihil eſſe põt: cum totum occupet. Arguatur igitur ſi infinitum eſſet: extra infinitum nihil eſſet. Si extra infinitum nihil eſſet: non eſſet principiatum: quoniam extra principiuʒ eſt principiatum. igitur a primo ad vltimum ſi infinitum eſſet: nõ haberet rationem principij. In contrarium eſt Ariſtoteles hic ⁊ 3. phyſico. qui vult illam hypotheticam eſſe neceſſariam. ¶ Pro quęſtionis ſolutione debes ſcire ꝙ quadruplex eſt infinituʒ. Aliud quidem duratione vt motus, cęluʒ, ⁊ omne quo tempore ęterno permanet. Aliud ℞o magnitudine: vt corpus infinitum extra quod nihil eſt, nec eſt intelligibile eẽ. Aliud multitudie, vt numerus lapidũ infinitus, vel alioꝝ taliũ. Quartũ eſt infinitũ virtute: vt deus. Vñ hęc diſtõ põt ſic reduci: qꝛ oẽ infinitũ aut eſt quãtitate: aut q̃litate. Infinitũ qualitate eſt infinitũ vigore, vel virtute, vt de^{us}. infinitũ quantitate, eſt iterꝫ duplex: vel ↄtinua vel diſcreta. Si diſcreta: ſic eſt nũerus rerum infinitus. Si ↄtinua vel ſucceſſoria, vt mot^{us}, ⁊ cęlum, ⁊ oẽ qđ eſt in tpe ęterno. vel pmanẽte: ⁊ ſic eſt corp^{us} extra qđ nullũ corpus eſt, nec põt eẽ, nec itelligi eẽ. Sic igit̃ pʒ q̃druplex eẽ infinitũ, ⁊ nõ multifariã. ¶ Tũc de infinito q̃litate nemo dubitat: oẽs enĩ dicũt illud infinituʒ ſi eẽt: hẽre rõneʒ principij. Immo catholici tenẽt illud eẽ ⁊ eſſe cãm primã atqꝫ primũ oĩuʒ principiũ: qđ fortaſſe eſt peripateticũ. De infinito ℞o duratiõe: dicerẽ ꝙ ſi tale infinitũ eẽt: haberet rationem principij: ſed non primi principij ſimpliciter in oĩbus. nã aliqđ tale haberet rationem primi principij: vt primus motor: aliqđ ℞o rõnem principij nõ primi: vt motores orbium, ⁊ motus, ⁊ cęlũ. tñ hypothetica eſt neceſſaria: qꝛ eſſe non põt aliqđ infinitũ duratione: qn ſit

Quęſtio.

G

Diſtõ infiniti.

H

Reductio diuiſiõe ad duo mẽbra

Sol. qõnis.

principium vel pꝛimarium/vel ſecūdariū. ¶ Reſtat vi-
Que Joā. dere de infinito magnitudine atq̄ multitudine. Joānes
I Gādauēſis ingt. Infinitū tale triſariā poſſe ↄſiderari/vel
quo ad quātitatē ipſa:q̄ eſt terminis carēs:vel quo ad
priuationē termioꝝ:q̄b͛ caret:vel quo ad rē ſubaꝫ q̄ti-
tati ⁊ ꝑuationi:que ſunt ſuba ſubiecta quātitati/⁊ priua-
tioni. Mō dicit tria ad q̄ōnez. Pmo dicit ꝙ ſi īfinituꝫ ſu-
mit ꝑ accidēte illo:quo ſuba denoiat actu īfinita:ſic ta-
le īfinitū nō hꝫ rōnē pncipij:qm̄ nullū accñs ſolū hꝫ rō-
nē pncipij. at īfinitū illo mō eſt accñs. Scōo dicit ꝙ ſi ī-
finitū ſumit pro priuatione terminoꝝ:ſic minime habꝫ
rōnē pncipij:cū vt ſic ſit nō ens. Tertio dicit ꝙ vbi infi-
nitū accipitur tertio mō ꝑ ſuba ſubiecta infinitudini:ſic
hꝫ rōnē pncipij:qm̄ per ſufficiētē diuiſionē/vel hñet rō-
nem pncipij:vel rōnē pncipiati. nō pncipiati:q2 tūc eiuſ-
modi ſuba hñet pn̄m:qđ eſt falſuꝫ:eēt enī illud aut intrin-
K ſecū:aut extrinſecū. extrinſecū eē nō pōt:q2 oē tale eſſet
agēs:vel igit̄ nouū:vel antiquū. ſine dubio nouū eē non
pōt. Tum q2 īfinitū fieret de nouo:⁊ ita eēt finitū. Tuꝫ
q2 agēs de nouo eēt corpus:⁊ ita extra infinitū eēt aliqđ
corpus. nec eternū:q2 ab eterno nō ꝓuenit nouū. vnde ſi
infinitum eēt:nec poſſet fieri in tēpoꝛe:nec ab eterno. re-
ſtat ꝙ pn̄m extrinſecū hñe non pōt. Sin aūt hꝫ intrinſe-
cū pn̄m:opꝫ habere mām ⁊ formā:non enī mā cauſat ali-
quid ſine forma/nec forma ſine mā:vt ꝓbs vbiq̄ aſſe-
rit. igitur eſſe finitū:q ppe cuꝫ forma ſemꝑ finiat mām. ⁊
Obiōes 3 mā formaꝫ. h̄ Joānes. ¶ Sed pace ſua dixerim hic er-
Joānem. rat multifariā. Pmo errat cū dicit īfinitū ſumptū ꝑ acci-
dente nō hñe rōnē pncipij:q2 nullū accñs hꝫ rōnē pnci-
pij. Hoc falſuꝫ eſt: Tuꝫ pmo q2 motus celi eſt accidēs/⁊
eſt pmus motus/e quo depēdēt oēs motus. Tum 2° q2
L ſaltē accñs pōt eſſe pncipiū inſtrumentariū. Vñ in lib.
de ſenſu dicit Ariſt͛ nullam ſubam eē īmediatū pn̄m ſue
opationis:ſed mediāte accñte:ignis enī non calefacit/vt
ignis:ſꝫ vt calidus. Pꝛeterea ſemen non generat vt ſub-
ſtantia:ſed vt in ſe detinet virtutez patris:que eſt quali-
tas quedaꝫ:vt Ariſt͛ dicit in lib. de aialibus. Meliꝰ igit̄
Joānes dixiſſet infinitū ſumptū hoc pacto pro quātita-
te nō habere rōnem pꝛincipij:q2 quantitas nō eſt de pn-
cipijs actiuis. ¶ Secūdo errat:q2 dicit infinitum ſum-
ptū pro ꝑuatione non habere rōnē pꝛincipij:q2 pꝛiua-
tio nō habet rōnem pncipij:errat eniꝫ q2 per hanc rōnē
priuatio non enumeret̄ inter pncipia rerum nāliū:⁊ ſic
incideret in opīonez Platonis:quā Ariſtoteles enititur
ↄfutare in lib. phyſicoꝝ. Melius igit̄ dixiſſet ꝙ ſi īfini-
tum accipit̄ pro priuatione:nō habet rōnem pncipij ali-
quo pacto:q2 non opponit̄ forme:nec pōt eſſe agēs/nec
aliqđ tale. ¶ Tertio errat q2 vbi īfinituꝫ acciperet̄ pro
M ſubſtātia/nec haberet rōnem pncipij/nec pncipiati:prin-
cipij non:q2 ageret in nō tēpoꝛe:⁊ ita motus in nō tēpo-
re:ↄſequens eſt impoſſibile. igit̄ ⁊ antecedens. pncipiati
minime:q2 tunc eſſet finituꝫ. Omne enī factum:finit̄ ab
agente. Agens enī non agit niſi intēdat finē. omnis autez
finis intētus cū ponitur in eſſe:habet eſſe limitatū:⁊ ter-
Pō ppā. minatū. Unde repugnat aliqđ eē īfinitū:⁊ fieri. ¶ Qui-
bus mihi videt̄ eſſe dicēdum ꝙ ſi īfinitum accipit̄ ma-
gnitudine vel multitudine:tale nec habet ratiōnē pꝛinci-
pij/nec pꝛincipiati. Cauſa autez eſt q2 impoſſibili poſi-
to in eſſe:ſequit̄ ſemꝑ impoſſibile. infinitū eſſe eſt īpoſſi-
bile. igitur ad illud ſeqtur impoſſibile. videlꝫ eſſe aliqđ
qđ nec habet rōnem pncipij/nec pꝛincipiati:hoc autem
impoſſibile ſeqtur ad illud impoſſibile. igit̄ quocūq̄ mo-
do accipiat̄ infinituꝫ magnitudine/vel multitudine:ta-
le ſi ponatur in eſſe/ſemper ſeqtur ipm nec habere rōnē
pꝛincipij/nec pꝛincipiati:vt deductuꝫ eſt. Tunc ad Ari-

ſtotelem dico ꝙ ille loquit̄ ſm opinionez antiquoꝝ:
qui poſuerūt infinituꝫ ex parte materie:vt Anaxagoras. N
vel ex parte motoris/vt Plato. Unde ſm exiſtimatio-
nem antiquoꝝ ſi infinitum eſſet:illud haberet rōnē pn-
cipij. ſm tamē rei veritatem/q2 antecedēs eſt impoſſi-
bile:ideo illud nec haberet rōnem pncipij nec pncipia-
ti:⁊ ita ↄſequens eſſet impoſſibile. ¶ Tertio phyſicoꝝ Alia ſolo.
aliter queſtionez hanc diſſoluimus:diximus eniꝫ illā hy-
potheticā eſſe neceſſariam a pmo ad vltimū hoc pacto.
Si infinitū eſſet:infinituꝫ eſſet ſubſtātia ſepata. Aliter n.
eſſe non poſſet. ſi eēt ſubſtātia ſepata:eſſet actus purus.
Si eſſet actus purus:eſſet agēs. Si eſſet agens:eſſet pn-
cipium. igitur e pmo ad vltimuꝫ ſi īfinitum eſſet:īfinitū
eſſet pꝛincipiuꝫ. Or ſi perſtringas queſtionez vtrū ſi in-
finitum magnitudine eēt:eſſet pꝛincipiuꝫ:dico ꝙ ad hāc
queſtionez ſic reſtrictam valet ſolutio pſens:diceres. n.
ꝙ ſi īfinitum magnitudine eſſet:illud nec eſſet pꝛincipiū O
nec pꝛincipiatum:⁊ hoc q2 antecedēs eſt impoſſibile:opꝫ
⁊ ↄñs eſſe impoſſibile. Quare colligendo hec cū illis q̄ dixi-
mus tertio phyſicoꝝ:pfectā poteris hic ſolonez.

¶ Neceſſe igit̄ eſt oē corpus aut ſimplex eē: Simplex.
aut cōpoſitū. Quare ⁊ īfinitū ipm aut ſim- Simpliciū
plex/aut cōpoſitū erit. Atq̄ pꝫ ēt ſi ſimplicia cōpoſitū.
ſint finita:cōpoſitū neceſſario finitū eſſe:qđ cōpoſitoꝝ.
enī ex finitis/⁊ multitudie/⁊ magnitudie cō-
ſtat:ipm ⁊ multitudie ⁊ magnitudie eſt fi-
nitū. Tātū enī erit:quāta ſunt/ex q̄bus com Quāta ſūt
ponit̄. Reſtat igit̄ videre vtꝝ aliqđ ſimpli- ex q̄bus.
ciū corpoꝝ infinituꝫ ↄtingat eē magnitudie: Ex quātis
an hoc impoſſibile ſit. pertractātes itaq̄ de Reſtat.
primo corpe:ſic ⁊ de reliq̄s ↄſideremus. Reliquū.
pertractātes.
P
¶ Probauit hactenus ꝙ de infinito erat in nāli ſcīa agē-
dū:⁊ in hoc libro maxime:at nūc de illo pſequitur:pꝛius
tamē dicēdoꝝ tāgit ordinem. eſt aūt in tractatu de īfini-
to hic ordo ſeruādus:vt primo videatur ſi ſit aliqđ ſim-
plicium corpoꝝ infinitū magnitudine. Secūdo ſi aliqđ
compoſitū ex ſimplicibus. ⁊ in tractādo de finitate cor-
poꝝ finitoꝝ:pꝛius adhuc diſputabit ſi primū corpꝰ:vi-
delicet celuꝫ ſit finitū:poſtea de reliq̄s pertrāſibit. Ad con
cludendū igit̄ hunc ordinez/pcedit cōpoſitorie ponēdo Sanguin͛.
ↄcluſiones:quarū pma eſt/oē infinitum aut ſimplex aut
cōpoſitum eſt. Syllogiçat ſic/oē corpus aut ſimplex eſt
aut cōpoſitū. Omne infinitū eſt corpus:hanc minorem Conſidere-
ſupponit. igit̄ ↄcludit omne infinitū aut ſimplex eē:aut mus.
cōpoſituꝫ. Secūda ↄcluſio ſi ſimplicia corpora ſunt ma-
gnitudine/⁊ multitudie finita:cōpoſitū omne ex illis cō- Q
ſtans ē magnitudie/⁊ multitudine finitū. Syllogiçat:oē Intēdemꝰ.
cōſtans ex finitis magnitudie ⁊ multitudine/eſt magni-
tudine ⁊ multitudine finitū. oē cōpoſitum ex finitis ma- ſpeclemur.
gnitudine ⁊ multitudie cōſtat ex finitis magnitudine ⁊
multitudine. igit̄ oē cōpoſituꝫ ex finitis eſt finituꝫ. Ma-
ior pꝫ q2 conſtans ex finitis tātū eſt:quanta ſunt ea/ex q̄-
bus ipſum cōſtat. his duabus ↄcluſionibus ſumptis in-
fert ordinē/⁊ ingt. Reſtat igit̄ videre vtrū aliqđ ſimpli-
cium corpoꝝ infinitū ↄtingat eſſe magnitudine/an h̄ ſit
impoſſibile:poſtea hoc idez reſtat videre de cōpoſitis:
cauſa autē ex ↄcluſionibus pꝫ:q2 finitudo vel īfinitudo
cōpoſitoꝝ ex finitudine vel infinitudine ſimpliciuꝫ de-
pēdet. Secūdo pꝫ ex dictis de finitate vel infinitate ſim-
pliciū pertractantes/debere pꝛius agere de finitate atq̄
infinitate pmi corporis. Naꝫ elementoꝝ finitas atq̄ īfi-
nitas ex finitate illius pſici vꝫ. h̄ Ariſt͛ de ordie dicēdoꝝ.


A Debes ſcire ꝙ Auer. in ſuis trāſlationib⁹ hʒ quedā
Que Auer. ꝟba: q̄ i codicib⁹ grecis nō reꝑim⁹: ⁊ iō Ari.
cō. 34. laborat circa illa: vbi tria colligit: ꝑ qdē ex ꝟbis illis col
ligit cāʒ q: vult nūc agere de infi^to: ⁊ ait h velle agere ꝑꝑ
oppōnes antiquoꝝ: q̄ dīnt valde. Scdo colligit antiquo
rū pōnes differre: q: alij dixerūt illō eē ſubaʒ in ſe ꝯſiſtē
p^a ſuppō. tē / vt Plato: q voluit eē ſubaʒ ſeꝑatā. Alij dixerūt illō eē
corpus. Oēs tn̄ aſſerūt illud eē: ⁊ magnificarūt ipʒ aſſerē
tes eē ꝑn^m. Tertio dicit ꝙ tractat⁹ de ifi^to nō ꝯplet: niſi re
fellant pōnes veterꝝ: nō tn̄ opʒ eū / q de ifi^to agit: ꝯdicere
pōnib⁹ āt iquoꝝ: ⁊ ꝑꝑea hic agit de infi^to: ⁊ nō ꝯdicit pō
nib⁹ illoꝝ. tn̄ in lib. phyſi. ⁊ in lib. meta^ce ꝯdicit. Hec tria
Auer. ex ꝟbis illis colligit: q̄ lʒ ſint vtilia / in nr̄is codici
Dubitatio. bus illa ꝟba nō legim⁹. ⁋ 2° debes ſcire ꝙ Ari. alr̄ hunc
locū introducit q̄ʒ nos fecim⁹: vult. n. ꝙ Ari^les de ifi^to nūc
ꝓſequat. ⁊ ꝙ in ꝓſequendo ſtatuat ſuppōnes nec̄ias ad
ꝓpo^m. ⁊ ꝙ factis ſuppōnib⁹: ponat ordinē: deīde ꝙ poſi
to ordie / ꝓſequat vtendo dictis ſuppōnib⁹. q̄ expō mihi
Solutio. ſi diſplicet. Fortaſſe. n. illę ſuppōnes ad duo ſuiūt: q: ad
B ordinē dōꝝ ſtatuēdū (vt nos expoſuim⁹) ⁊ ad ipʒ ifi^m
refellēdū: qō eſt ꝓpo^m in ordie. ⁋ 3° debes ſcire ꝙ Auer.
ꝑ ordinē examinat ſuppōnes: q̄s putat Ari^les ponere. Pri
ma igit ſuppō ſm̄ ipm̄ eſt oē corpus eē aut ſimplex / aut
cōpo^m. Examinādo hāc / dicit illā eē aut ꝑ ſe manifeſtā: aut
rōne deductā. Immo (vt verius loquar) ⁊ māifeſta eſt ꝑ
ſe: ⁊ rōne deducit. Senſu qdē ꝯſtat: q: pʒ ſenſu oē corp⁹
qō eſt apud nos eē aut ab vno corpꝛe: aut e plurib⁹ corpo
ribus: aut eē vnū corpus. vbi ſit ab vno vel plurib⁹ corpo
ribus: eſt ꝯpo^m: vbi vnū ſit corpus: erit ſimplex: ſenſu igi
Dubitatio. tur ꝯſtat oē corp⁹ eē aut ſimplex aut ꝯpo^m. ⁋ Sʒ occur
res ⁊ optime / quonā mō ſenſu ꝯſtet hec ſuppō: nō. n. aliq̄
ſenſu pʒ oē corp⁹ eē ab vno vl̄ plib⁹ / itē nec ſenſu pʒ corp⁹
Solutio. eē vnū. ⁋ Dici pt ꝙ oē corpus eē miſtū: vel ſimplex pʒ
C ſenſu tact⁹: vtpote ex actiōe corpis in tactoriū ipm̄: pʒ. n.
tactu aliqō corpus calefacere tn̄: aliqō ꝑncipalr̄ infrigi
dare tn̄: aliqō hūectare: aliqō exiccare. itē pʒ tactu aliqō
corp⁹ exiccare ⁊ hūectare / aliqō frigefacere: ⁊ calefacere.
aliqō oia hec agere. igit ex opōnib⁹: q̄ tactu ſentiunt poſ
ſum⁹ quodā mō ꝯcludere corpoꝝ aliqō eē ſimplex: aliqō
miſtū. Nec itelligit h patere ſenſu tn̄ / nulla ꝯcurrēte rō
ne. qō ꝟo hec ſuppō cōſtet rōne: declarat reſolutio miſti
in elm̄ta. nā nos videm⁹ aliqō corp⁹ reſolui in elm̄ta: vt li
gnū in ignē / ⁊ in cinerē: ⁊ tādeʒ in elm̄ta: ⁊ cū in reſolutio
ne nō ſit ad ifi^m ire: ſtandū erit ad ſimplicia. igit aliqō eē
miſtū: qō reſoluit. Aliqō ſimplex ad qō ſtat reſolutio. ꝑ
terea hec ſuppō pʒ rōne: q: ꝓbauim⁹ ſupra duplicē mo
tū ſimplicē / ⁊ ꝯpo^m: ⁊ ſimplicē triplicē a medio / i mediū /
⁊ circa mediū. igit ꝯſtat rōne oē corpus eē miſtū: vtpote
D qō mouet motu miſto: aut ſimp^x: qō mouet motu ſimpli
ci. ⁊ ꝑꝑea ꝯcludit ſuppōnē hanc eē aut ꝑ ſe notā / aut rōne
2^a ſuppō. ꝯſtare. ⁋ 2^a ſuppō eſt / oē ifi^m ſi eē: eſt ſimplex aut ꝯpo^m:
hāc Auer. examinādo ꝯcludit ex dictis: q: ſi oē corp⁹ ſit
aut ſimplex: aut ꝯpoſitū: ⁊ oē ifi^m ſi eē: eſt corp⁹. iure aut
3^a ſuppō. ſimplex aut miſtuʒ nec̄e eſt ipm̄ eē. ⁋ 3^a ſuppō / oē ꝯpo^m
ex finitis ſimplicib⁹: eſt finitū. hāc examinādo ꝓbat Ari.
q: trifariā ꝯpoſitū aliqō eē pōt ifi^m: aut q: vnū ꝯponētiū
eſt ifi^m magnitudie: aut q: plura ſunt magnitudie finita:
aut q: ꝯponētia ſunt magnitudie qdē finita. Multitudi
ne ꝟo ifi^ta. q̄re pʒ miſtū nō eē ifi^m niſi ꝑꝑ ſimplicia. hāc
eandē ꝓbat Auer. inductiōe. Nā miſtū eſt 2^x: aliud cui⁹
ꝯponētia ſunt in eo actu: vt dictio ex lr̄is. ⁊ ōro ex dictiōi
bus. Aliud cui⁹ ꝯponētia ſunt in eo in po^a: vt miſtū ex q̄
tuor elm̄tis. pʒ igit in his miſtuʒ nō poſſe eē infi^m niſi ꝑꝑ
ꝯponētia: ex his pʒ ſuppoſitio. Hec Auer. in ꝑſenti textu.
Dubitatio. ⁋ Sʒ occurres / q: elm̄ta nō manēt in miſto ſm̄ eorū di
menſiones: elm̄ta. n. in miſto aut manēt ſm̄ virtutes tn̄ / E
aut ſm̄ mediū inter purū actū ⁊ purā po^am. ⁊ quouis mō
maneāt: certū eſt illa nō remanere ſm̄ eorū dimēſiones.
Quare finitudo miſti vel i: finitudo ex elm̄tis ꝑficiſci nō
pōt: cū ex nō quātis fieri quātū ſit ipoſſe. ⁋ Dici pōt ele Solutio.
mēta manere in miſto ſm̄ eoꝝ magnitudies in po^a. ⁊ h
ſufficit. Nā eſſe nō pōt aliqō miſtū actu infinitū / niſi mi
ſcibilia actu ſint infinita / vel fuiſſent iā infinita. vel pote
ſtate ſint infinita. Unde Ariſtoteli ſufficit miſtū infinitū
eſſe nō poſſe / niſi miſcibilia ſint actu infinita: vel fuerint
iam actu infinita: ⁊ hoc ſupponit Ariſtoteles: vel ei⁹ ſup
poſitio hoc pacto ſaltem eſt intelligenda.

⁋ Qō igit corpus / qō circulo fert neceſſe ſit
oē finitū eſſe: ex his perſpicuum eſt.

⁋ His acceptis / tanq̄ʒ bonus mathematicus quē imitari Expoſitio.
conatur quantū pōt, ponit ꝯneʒ. ꝯcluſio eſt / oē corpus qō F
circulo fertur: eſt finitū. inquit. Qō igit corpus / qō circu
lo fertur: neceſſe ſit oē finitū eſſe: ex his ꝑſpicuū eſt. Hec
eſt cōcluſio. dixit aūt ex his / nō qdem que dicta ſunt: ſed
que mox dicent. ⁋ Debes ſcire ꝙ dupl'r corpus circulo
latū poſſumus ꝓbare eſſe finitū / ſimpl'r ⁊ ſm̄ qd. Scd̄m
quid qdem quoties ſupponit finitū eſſe ex ꝑte cētri atq̄
cōcaui: ⁊ ꝓbatur ex parte cōuexi atq̄ cōtinētis eē finitū.
ſimpl'r ꝟo / quoties vtraq̄ ex parte ꝓbaretur eſſe finitū.
Ari^les igitur ꝓbat oē corpus circulo latū eſſe / finitū ex ꝑ
te cōuexi atq̄ ꝯtinentis. ⁊ ſupponit oē tale ex ꝑte centri /
atq̄ cōcaui eſſe finitū. hoc aūt iō ſupponit: q: nemo vnq̄
dubitauit: ⁊ ſenſu perſpicuū eſt. Illud querit: q: ⁊ aliqui
dubitarūt aſſerētes celū ex parte conuexi eſſe infinituʒ: ⁊
non pʒ ſenſu. Concluſio igit eſt oē corpus qō circulo fer
tur: ex parte cōuexi ꝯtinentis eſt finitū. 2° debes ſcire ꝙ
lʒ concluſio ſit vl̄is de omni corpore: qō circulo fertur: G
tamē illa ꝓprie non niſi de celo intelligenda eſt. De celo
enim queſitū eſt vtrum conuexuʒ ſit ambitu infinitum:
cum illud ſenſu non pateat. concauuʒ ꝟo eſſe finitum ne
mo dubitauit: cum ſenſu conſtet. Protrahū

⁋ Nam ſi corpus quod circulo fertur: ſit in tur.
finitum: infinite erunt que e medio protra Egredientes
buntur linee. extitto.

Verbū illō ſi
nec nō ē igr̄e
co: ſʒ vio ſen
ſus illō expo
ſeū.



⁋ Poſita ꝯclu
ſione: nūc intē
dit illā ꝓbare:
⁊ more bōi ma
thematici facit
primo ſuppoſi
tiones: deinde
ex illis probat
cōcluſionē: pri
ma igit ſuppō H
eſt / ſi corp⁹ qō
circulo fert: ſit
ifinitū: ⁊ itelli
gas ex ꝑte ꝯue
xi ꝯtinentie: li
nee recte q̄ ꝓ
traherent e me
dio erunt infinite ꝓtenſione. exemplū: ſit corpus qō cir
culo fertur. a. e. b. cuius centrū ſit. c. dico ꝙ ſi ex ꝑte cōue
xi. a. e. b. tale corpus eſt ambitu infinitū linea. c. a. eſt infi Que Auer.
nita ꝓtenſione: ⁊ linea. c. b. ēt / ⁊ ita oēs linee que ꝓtrahe cō. 35.
rentur: erunt ꝓtenſiōe infinite. ⁋ Suppōneʒ hāc Ari^les
non ꝓbat. Auerroes aūt optime illam deducit: ⁊ arguit
ille linee centro ꝓtracte ſunt infinite ꝓtenſione / que ad


I nullā finiunt̄ terminantq; circūferentiam. At lineę.c.a. ꝛ.c.b.ſunt eiuſ/vt ex caſu aduerſarij conſtat:g celū ait ex parte conuexi infinitum eſſe.ꝛ ſic patet ſuppoſitio.

Itemq;. ℭ Itemq; ꝛ infinitarum talium interuallum erit infinitum etiam.

Aute/eo/ſed Verbu illud Z aliud/ſupple ei eſt ſenſus. Et verbum illud Eād nos/ſupplevimus. ℭ Secunda ſuppoſitio ſi corpus qđ circulo fertur:ſit infinitum/interuallū linearū infinitarū a medio protractarum erit etiā infinitū.vel bi cauſa.ſpatiū.a.b.qđ eſt inter.c.a.ꝛ.c.b.lineas eſt infinitū. ℭ Nec hanc ꝓbat Ariſtoteles,ſed Auer.nam quāto lineę exeuntes ab aliquo centro magis ac magis ab illo elongant̄/magis ac magis diſtant:ita vt ſi aliquantulū elongentur:aliquantulū diſtabunt.ꝛ ſi ad duplū elongantur:ad duplū diſtabunt.ꝛ ſi ad triplū elongant̄:ad triplū diſtabunt.Sed hę lineę ad infinitū elongant̄.igitur in infinitum diſtabunt. Qꝫ Que Auer. cō.35. autē quanto magis ab illo centro elongant̄:tanto magis diſtent:ꝓbatur.qꝛ vbi magis elongant̄:vel equal'r ſemper diſtabunt:vel minus ſemꝑ diſtabunt:vel ſemꝑ magis diſtabunt.nō quanto magis elongantur:ſemꝑ equaliter magis diſtabunt:qꝛ eſſent paralellę:ſeu ęquidiſtātes. K nec quāto magis elongantur:minus diſtabunt ſemper:qꝛ tandē concurrerent:ꝛ ita duę lineę rectę clauderent ſuperficiem/contra geometras:igitur quanto magis elongantur:magis ac magis diſtabunt:ꝛ per conſequens.Si in infinitum elongabuntur:in infinitum diſtabunt:ꝛ ita linearum.c.a.ꝛ.c.b.interuallum quod eſt.a.e.b.erit infinitum:quod eſt ſuppoſitio ſecunda.

Interuallū ℭ Dico autem linearum interuallū:extra qđ nulla magnitudo lineas tangēs ſumi poteſt.

Diſtantia. ℭ Refellit ꝛ nunc cauillū:poſſet enim aliquis dicere ſuppōnē ſcđam eſſe falſam.ſupponit enim Ari^{us} interuallū.a.e.b.eſſe infinitū:qđ intercipitur inter lineas.c.a.ꝛ.c.b. egredientes e cētro.c. qđ ꝓbatur.nam infra interuallū a.e.b.pōt ſumi ꝓpe centrū.c. L interuallū.l.m.qđ eſt



finitū vt oībus pꝫ.ꝛ interuallū.d.f.qđ etiam eſt finitū:vt etiā oībus conſtat.ꝛ interuallū.g.b.qđ etiā eſt finitum/ vt etiam perſpicuū eſt.igitur ꝛ interuallū.a.e.b.per eandē rōnem erit finitum. Reſpōdet Ariſtoteles ſe per interuallū linearū egredientiū e centro intelligere illud extra qđ nulla magnitudo ſiue nullum aliud interuallū lineas c.a.ꝛ.c.b.tangēs ſumi pōt:ꝛ ita videt̄ cōcedere qđlibet interuallum dictarū linearū infra.a.e.b.interuallū eſſe finitum/vt cauillus indicat:tamē interuallū.a.e.b.cum ſit vltimū/extra qđ nullū aliud accipi poſſit:eſt infinitū.

Poteſt.

Eſt ꝯtingit.

M.

Declaratio hęc eſt. ℭ Debes ſcire ꝙ refert dicere interuallū vltimū:ꝛ interuallum extra qđ nullū aliud pōt ſumi dictas lineas tāgens. Vltimū interuallū nō eſt dabile:quoniā lineę illę e centro in infinitū ducuntur:ꝛ ita nō eſt deuenire ad vltimum interuallū inter dictas lineas iacens.bene tamē dicere poſſumus in infinitū eſſe aliqđ interuallum inter dictas lineas iacens/extra qđ nullum aliud eſt dabile:ꝛ ꝓpterea Ariſtoteles excludendo oīa interualla ſignata vel ſignat: illa infra illud extra qđ nullū aliud accipi pōt:dixit. dico autē linearū.c.a.ꝛ.c.b.egredientiū e centro interuallum:extra qđ nulla alia magnitudo/ſiue nullū aliud interuallū vlterius eaſdē lineas tāgens ſumi poteſt:innuit enim per hęc verba qđlibet interuallū inter illas lineas N ſignabile eſſe finitum.tamen in infinitū eſſe aliqđ vnum interuallum extra qđ nullum aliud eſt:qđ ſit infinitum. hęc ſolutio cauilli:ꝛ ſuppoſitionis expoſitio.

ℭ Hoc itaq; infinitum eſſe neceſſe eſt.quippe cum finitarum ſemper finitum ſit.

ℭ Nunc dictā ſuppōnem illo modo expoſitā probat/ꝛ ſyllogiȥat loco econtrario ſic quarūcūq; linearum finitarū e centro egredientiū interuallū eſt finitū.vt linearū c.l.ꝛ.c.m.interuallū.l.m.eſt finitum.ꝛ linearū.c.d.ꝛ.c.f.interuallū.d.f.eſt finitum:ꝛ linearū.c.g.ꝛ.c.b.interuallum g.b.etiā eſt finitū.ꝛ ſic de cęteris:quę īfinite e cētro.c.ꝓtraherent̄.igit̄ quarūcūq; linearū finitarum e centro.c. egredientium interuallū eſt finitū igit̄ per locum econtrario:quarūcūq; infinitarū linearū e centro.c.egredientiū interuallū erit infinitū.ꝛ ita interuallū.a.e.b.linearū c.a.ꝛ.c.b.erit infinitū:cum ſit linearū infinitarū e cētro.c. O egredientiū.ꝛ ita pꝫ ſuppoſitio.vꝫ ꝙ interuallū extra qđ nullū poteſt eſſe aliud.vtpote.a.e.b.eſt infinitū:quę erat ſuppoſitio. ℭ Nec mireris ſi ſuppōnem dictam probauerit loco econtrario:qꝛ illa eſt q̄ſi per ſe nota parua egens Sol.dubi. intuitione.Modo ait Auerroes 2° phyſicorū ꝓpoſitiōes Cō.3. per ſe notas nō ꝓbari niſi topicis medijs:cum indigeant, parua intuitione. Hęc Auerroes/ꝛ recte.

Auerroes Ao textū illū.[Dico aūt linearū] Aliter exponit:velle.n.videtur Ariſtotelē Que Auer. cō.31. ꝓbare ſuppoſitionē ſcđam:quę fuit ꝙ ſi corpus circulare ſit infinitū:interuallū linearum e medio egredientiū erit infinitū etiā.Ad ꝓbationem illius velle videtur ꝙ Ariſtoteles acciperet definitionē infiniti.quę eſt ꝙ infinitum eſt quātitas maior omni quātitate data.ꝛ ꝓpterea Ariſtoteles/vt Auerroes exponit/inquit.Dico aūt linearum interuallū ſupple tu eſſe infinitū:qꝛ eſt ſpatium ſiue P interuallū:ſupple extra qđ nulla magnitudo lineas tangens maior ſupple ſumi pōt.ecce quō Apud Auerroem ſuppoſitionē ꝓbare videtur per definitionē infiniti.definitionē Ao illā infiniti vult Auer.eſſe ꝓbatam ab Ariſtotele in textu p̄mo per locum a cōtrario:vtpote per diffinitionem finiti.videlicet quia finitarū diſtātia ſemper eſt finita.igitur infinitarum erit infinita. Hec Auerroes de illius loci expoſitione:quę nō diſplicent:lꝫ aliquantulum verba Ariſtotelis corrumpant.

ℭ Preterea ſemꝑ dato/maius accipi ꝯtingit.

ℭ Scđo ꝓbat illāmet ſuppoſitionē illo modo expoſitā/ vel definitionem dictam infiniti ſm Auerroem.ꝛ ſyllogiȥat ſic omne illud cuius quouis accepto vel dato/ſemper ex eo poteſt maius accipi:eſt infinitum:vt tertio phyſicorū eſt dictum.Sed interuallum linearum egredientium e centro corporis circularis infiniti eſt cuius quouis accepto/poteſt maius ex eo accipi igitur eſt infinitum. Q

ℭ Quare quemadmodum numerum ex eo dicimus infinitum:quia maximus nō eſt:eadem ratio ꝛ de ſpatio.

ℭ Tertio ꝓbat eandem ſuppoſitionē/vel dictam definitionem:per locum a ſimili in numeris:ꝛ ſimul ponit rōnem tertiā/ꝛ concluſionē:ꝛ ꝓpterea vſus eſt nota illatiua quare.ꝛ arguit ſic/ſicut in numeris ꝛ diſcretis:ita in continuis:cauſatur enim diſcretum ex diuiſione continui.Sꝫ in numeris infinitus numerus non eſt ille:qui eſt maximus:ſed qui omni dato eſt maior:ꝛ qui cuius quouis accepto ſemper reſtat maius accipere.igitur in ſpatijs ſpatium infinitum erit:nō qđ eſt maximū/ſed qđ omni dato eſt maius:ꝛ cuius quouis accepto ſemper reſtat maius acceptibile.

A acceptibile.ꝛ ſupple tu minorē:ſed interuallū linearum c.a.ꝛ.c.b.eſt illud/cuius quouis accepto ſemꝑ reſtat accipiendū maius.igitur tale interuallū eſt infinitū:ꝛ ſic pꝫ ſuppoſitio. Que Auer. cō.31. ¶ Auerroes ꝟo ait ꝙ Ariſtoteles nō induxit niſi conuerſuꝫ vt oſtēderet nobis definitionē ꝯuerti cū definito.vbi debes ſcire ꝙ hec ꝓpoſitio infinitū eſt quātitas:que eſt maior quauis data:ꝯuertitur ſic: quātitas que eſt maior quauis data:eſt qd infinitū.Ariſtoteles igiẗ nō poſuit ſm Auerroē ꝓmā:que eſt ꝓpoſitio ꝯuertibilis:ſed ſcdām quā vocat conuerſuꝫ ſiue ꝯuertentem:ꝛ cauſaꝫ ait Auerroes/vt indicaret definitionē infiniti eſſe bonam qꝛ ꝯuertitur cum eo.Hec Auerroes:que ſunt nō neceſſaria. tamen ſyllis cōponatur hoc pacto apud Auerroeꝫ/qđ eſt quantuꝫ omni dato maius eſt infinitum dicta linearū diſtantia eſt quantū omni dato maius.igitur eſt infinita.

B ¶ Si igitur infinitum pertranſiri non poteſt: interuallum neceſſario infinitum eſt cuꝫ celum infinitū ſit.nō igitur circulo moueri pōt. At celū circulo moueri cernimus.rationeqꝫ definiuimus circularem motū eſſe alicuius.

Celū eſt ꝟbū ſupple tū in textu.

¶ Ex his cōponitur demōſtratio hoc pacto/nullū infinitum pōt pertranſiri.interuallū dictarum linearū.c.a.ꝛ.c.b.eſt infinitū.vt ex ſuppoſitiōe 2ª perſpicuū eſt:ꝛ rōneꝫ hacteꝫ adiicit/ꝛ inq̄t.Cum celū ipm infinitū ſit.concluſio debet eſſe.igitur interuallū linearuꝫ.c.a.ꝛ.c.b.pertrāſiri non pōt.Uerū nō poſuit hanc ꝯcluſionem principalē: ſed concluſionē:que hic ſubaccipiẗ.vꝫ non igitur celuꝫ circulo moueri pōt.Hec enim cōcluſio ſequitur ad ꝓncipalē ꝯnē.nā ſi īterualluꝫ illđ ꝑtranſiri nō pōt:celū moueri nō pōt circulo.quia circulo ſi moueret:oporteret īteruallū illud pertranſiri:vt oībus conſtat.deſtruit ꝯñs per ſenſuꝫ ꝛ rationē/ꝛ inquit.At celuꝫ circulo moueri cernimꝰ:vt ſolem.24.horis vniuerſaꝫ terrā circuire.ꝓterea ratiōe definiuimus circularē motuꝫ eſſe alicuiꝰ corporis:qđ tali motu ꝑ ſe moueẗ.igiẗ ꝫ ſubaccepta ē ipoſſis:ꝛ ita ꝫ ꝓnᵗᵉ erit ipoſſis ꝛ nō ꝓpter ſyllogiſmuꝫ:igitur ꝓpter ꝓpoſitiones:ꝛ non ꝓpter maiorē:que oībus conſtat.igitur ꝓpter minorem,minor eſt ꝙ interualluꝫ dictarū linearū eſt infinitum.igitur hec minor eſt falſa:ꝛ hec minor non eſt falſa: niſi ꝓpterea qꝛ ꝓma ſuppoſitio eſt falſa.hec enim minor ſequiẗ ex ſuppoſitione ſcđa:que ſequitur ex ſuppoſitione prima:que ſuppoſitio ꝓma tenet ſi celuꝫ ipſuꝫ eſt infinitum.igitur a ꝓmo ad vltimuꝫ celum nō poteſt eſſe infinituꝫ:qđ eſt ꝓpoſitum.

Alia ſylli forma.

¶ Siquis ꝟo voluerit rōnem cōponere hypothetice.ſic arguet.ſi celum eſt infinitū:linee egredientes centro erūt infinite:tenet argumentū ex ꝓma

D ſuppoſitione:ſi linee egredientes e centro erunt infinite:interuallū dictarū linearū erit infinituꝫ:per ſcđam ſuppoſitioneꝫ etiam.Si interuallū dictarū linearū erit infinituꝫ:interuallū eiuſmodi ꝑtranſiri nō poterit.Si interuallum eiuſmodi ꝑtranſiri non poteſt:celuꝫ moueri circulo nō poterit.igitur a ꝓmo ad vltimuꝫ ſi.celuꝫ eſt infinitū: celū non mouebiẗ.Conſequens vltimū eſt contra ſenſuꝫ/ꝛ contra rōnem/ꝛ ipoſſibile.igitur primū antecedēs erit ipoſſibile.at primū antecedēs eſt ipoſſibile.igiẗ eius oppoſitum eſt neceſſariū:ꝛ ita celuꝫ erit finitū:qđ eſt eiꝰ oppoſitum:hec de prima ratione Ariſtotelis.

Que Auer. cō.35.

Auerroes ꝟo īquit.Inducamus ergo hō rationē ſpectabilē hoc eſt deſcribēdo figuram in puluere more perſpectiuoruꝫ.Unde Auer.dicit ad q̄dam ipoſſibilia:vltra illa:que Ariſto.tangit: deſcripta.n.figura:deducit non ſolū ad hoc ꝙ vnum interuallū infinitum ꝑtranſiretur:ſed ꝙ infinita numero ꝛ quātitate ꝑtranſirentur:naꝫ e centro.c.vel.b.corporis circularis infiniti poſſunt egredi nō modo due linee.videlicet.c.a.ꝛ.c.

E b.ſed infinite:inter quas omnes ſemper interuallū erit infinitum:ꝛ ita erunt interualla linearuꝫ infinitarū ꝛ numero ꝛ dimenſiōe infinita.Quare cum celum in.24.horis circuit:vnus punctus in celo deſcriptꝰ oia illa interualla infinita nūero ꝛ dimenſiōe ꝑtranſibit.

Dicta Aui. ad ſoiaꝫ reducuntur.

¶ Unde formando ea que Auer.dixit:poſſumꝰ arguere:ſi celū qđ in 24.horis moueẗ ab ortu in occaſuꝫ redeundo in ortum:eſſet infinitū:ſequereẗ ꝓmo ꝙ infinitū ſpatiū tēpore finito ꝑtranſireẗ.deduciẗ ſupponendo ꝙ.c.a.ſit linea recta mota ad motū totꝰ corporis ſphērici infiniti verſus.c.b.lineā rectā queſcentē egredientē ab eodeꝫ centro.c.in quo ambe cōcurrunt.tunc ſm iſtā imaginationē pꝫ aliquādo lineā c.a.fore ſuppoſitam.c.b.linee:ꝛ aliquādo vltra fore.igiẗ cuꝫ diſtantia inter illa ſit infinita:vt ſuppoſuit:in tēpore finito ſpatiū infinitū erit pertranſitū.Seqꝛ ſcđo ꝙ ſpatia infinita ꝑtranſirentur tēpore finito qđ deduciẗ etiaꝫ:

F qꝛ a centro.b.vel.c.illius corporis infinite linee pñt egredi inter quaruꝫ quaſlibet duas ſemꝑ ſpatium erit infinitum:tunc ſupponaẗ omnes queſcere pꝛeter vnaꝫ:que moueatur ad motuꝫ corporis infiniti:vtpote.c.a.ꝛ ſeqꝛ ꝙ illa ꝑtranſibit īfinita ſpatia tpe finito:ꝛ tūc ex his ſeqꝛ ſi celū eſſet infinituꝫ:ꝙ vna linea ꝑtranſibit infinita ſpatia tēpore finito:ꝛ tunc ex his ſequitur ſi celuꝫ eſſet infinitum:ꝙ vna linea pertranſibit infinita ſpatia magnitudine/ꝛ multitudine.hec Auerroes.

Solet addubitari ſi corpus ſphēricū eſſet infinitū:an haberet centruꝫ: Queſtio. ꝛ videtur ꝙ nō.Nam vbi infinitū eſſet:nō haberet circūferentiam vltimā.caret eniꝫ vltimo infinitum ipſum. Ubi autē vltimaꝫ circūferentiaꝫ nō haberet:ꝓculdubio nec centruꝫ:cum centruꝫ ſit e quo linee ad circūferentiā ducte ſunt equales.Preterea centrū mediū eſt corporis ſphērici circūferētia extremū.at īfinitū eſt ſine medio ꝛ

G extremis.

Sol.Hale.

¶ Iuniores dicunt aliud eſſe centrū motꝰ:aliđ magnitudinis:ꝛ ita concedūt vbi ſphēricū eſſet infinitū: illud habere motus centrū:nō autem centrū magnitudinis.

Confutatio

¶ Sed ſolu.hec nō eſt intelligibilis.Primo qꝛ motus ꝛ magnitudo quo ad diuiſionē ꝛ extenſionē ſeſe conſequuntur:vt in ſexto phyſice auſcultationis dictum eſt: ꝛ dicemus:nō igitur eſt itelligibile motū habere centruꝫ: magnitudineꝫ ꝟo:cui coextendiẗ:nō habere.cum omne qđ in motu ipo eſt ſignabile:ꝛ in magnitudie ſignari poſſit.¶ Scđo nunq̄ legi in motu eſſe centruꝫ niſi ratione eius magnitudinis:que illo mouetur.Quare nō pōt aliquis itelligere centrū eſſe in motu dabile:qđ nō ſit dabile in magnitudine:que illo moueẗ motu.¶ Tertio videtur ꝙ hec centra ſint idem centrū.nam centrum magnitudinis ſm illos eſt e quo omnes linee ducte ad circūferētiaꝫ ſunt equales.Si igitur eēt dabile centrū motus:tale

H nō eſſet niſi in medio motus:vt ſupponit Ariſtoteles ꝛ ſi in medio:ab eo omnes linee ducte erūt eq̄les:ꝛ ita centrum motus erit centrū corporis:quare erit ideꝫ centrū motus:qđ centrum magnitudinis.Quarto ſi tale ſphēricum infinitum haberet centrū motus:tunc haberet motum:qꝛ ſicut ſi haberet cētrū magnitudis:hēet magnitudinem:ita ſi habet centrum motus:habet motuꝫ.hoc aūt eſt falſuꝫ:qꝛ tunc Ariſtoteles ſuppoſuiſſet tale corpus habere motū:qđ ipſe deſtruit.

Sol.Io.

¶ Ioannes ꝟo dicit corpus ipſum ſphēricum bifariaꝫ cōſiderari:ꝛ quo ſphēricum ꝛ quo infinitum:quo quidem ſphēricū:habet centrum:vt eius oſtendit definitio:eſt enim ſphēra e cuius cētro oēs linee ad circūferentiam ducte ſunt equales.Quo ꝟo infinitum:caret ꝛ medio ꝛ fine.

Confutatio

¶ Sed hec Ioānis ſolutio

I vera eſt:ſed non eſt ad ꝓpoſitum:erat enim dubitatio ſi
corpus ſphericū eſſet infinitū: vtrū haberet centrū:mō
h nihil aliud ē q̄rere q̄ȝ vtrū corp⁹ ſphericū infi͞m: vt corp⁹
ſphericū infi͞m habeat centrū.⁊ ſic ſolutio nō eſt ad ꝓpo͞m.
Sol. ꝓpria ❡ Propterea dicerē rōnē in ſe falſaȝ inferre ꝯtradicto-
ria: vt.5.metaphyſicę di.hec eſt rō in ſe falſa ſphericū in-
finitū.naȝ eoipſo qḋ intelligitur ſphericū:intelligit̄ habe
re centrū: vt eius diffinitione ꝯſtat.Eoipſo qḋ itelligit̄ in-
finitū intelligit̄ carere centro.quare ſphericuȝ ifinitū eſt
rō in ſe falſa:q2 infert habere centrū ⁊ nō habere centrū.
Ex hoc ſoluo ea ſolōne:quā ipſe negat:⁊ dico ꝙ vbi da-
retur corpus ſphericū infinitū:ſeq̄tur ipȝ habere centrū.
Dubitatio. nō tn̄ dōm illud carere centro:q2 ſeq̄tur vtrūq;.❡ Sed
occurres ⁊ doce:ſi in rōne ſpherici intelligitur finitudo.
igitur Ariſtoteli ſuffeciſſet ꝓbare celuȝ eſſe ſphericū.nā
mox haberet intentū. ad qḋ igit̄ tantopere laborauit ꝓ-
Solutio. bare celū eſſe ſphericū finitū.❡ Dicerē aliquā rationem
K eſſe in ſe falſaȝ apud ſapiētes:quę nō videtur in ſe falſa.
Aliquaȝ videri in ſe falſaȝ:q̄ apḋ ſapiētes nō eſt i ſe falſa.
Solē eē maiorē terra apud ſapiētes nō eſt falſa:tn̄ appa
ret falſa:celuȝ ſphericū eſſe infinitū apud ſapiētes eſt rō
in ſe falſa:nō tn̄ videt̄ falſa:q2 videt̄ quaſi appens celuȝ
e parte cōuexi eē infinitū:e pte noſtra finitū. Ari^{les} occur-
rit non modo his quę vident̄ ſapientib⁹:ſed ꝯtra appa-
rētia falſa:⁊ ita laborauit: vt etiā occurreret his quę appa
rent:⁊ non ſunt.❡ Conſueui etiaȝ alr̄ dicere ad pncipa
Alia ſol. le ꝙ Ari^{les} ex cōceſſis arguit:ſupponit enim tāq̄ȝ notum
ad ſenſuȝ ex pte cōcaui celū ipm eſſe finituȝ:hoc enim ⁊
ſenſui pȝ:⁊ ab aduerſarijs ꝯceditur:ſȝ q2 ambiguū eſt de
conuexo celi:ideo ſupponit centrū ſaltē ex pte cōcaui ce-
Sol. Alberti.q̄ eſt ſolō ꝓpria. li:⁊ ex his conceſſis arguit. vt pȝ.❡ Albertilla captiun-
culatorū pͥcipuus dicit pōneȝ illaȝ eē ipoſſem:quę vellet
ſphericū corpus eſſe infinitū:q2 ipoſſē eſt illud:ad qḋ ꝓ-
L poſitiones ſequuntur cōtradictorię:mō ad dictā pōnem
ſequit̄ tale corpus habere centrū:q2 ſenſu pȝ ipȝ moueri
circulariter:⁊ ita circa centrū:⁊ ſeq̄tur ipm nō habere cē-
trū:q2 ex quo eſt infinitū:caret medio:⁊ ita cētro. Quare
Alia ſolō. poſitio eſt impoſſis:qḋ Ari^{les} multifariā ꝓbat.❡ Sunt
etiā qui dicūt:corpus ſphericū infinitū carere medio po-
ſitiue:qḋ.i.equalr̄ diſtet ab extremis:cū nō habeat extre-
mū. Pōt tn̄ habere mediū negatiue:imo quelibet ps infi
niti poſſet dici mediū negatiue:q2 ipſa nō magis appro-
Qualr̄ ſolō. pinquat vni extremo q̄ȝ alteri.❡ Sed quicqḋ ſit de ſolu
tionis veritate:ſolutio nō eſt ad ꝓpoſituȝ:q2 ſiue habeat
mediū poſitiue ſiue negatiue:mediū ſpherici eſſe nō pōt
centrū:niſi hoc pacto ſit mediū:qḋ ab eo ad circūferētiā
oēs lineę ducte equales ſint:⁊ hoc pacto de centro loqui-
tur Ari^{les}:quare dicendum vt diximus.

Scḋs qō. **Secundo** pncipalr̄ dubitat̄:q2 Ari^{les} ducit ad hoc
impoſſe. vȝ ꝙ infinitū ſpatiū in.24.ho-
ris ptranſiretur. Mō hoc videt̄ poſſe vt ſi aliqḋ mouere
M tur in ptibus ꝓportionalib⁹ horę future minorib⁹ termi
natis ad finē ſup ptibus ꝓportionalib⁹ vnius pedalis co
lūnalis:incipiēdo a maiorib⁹:⁊ in qualibet pte ꝓportio-
nali horę ptranſeundo pedale lineę gyratiuę ifinite tale
corpus gyrātis:tūc.n.in vna hora:quę eſt tēpus finitū:p
tranſiretur tota dicta linea gyrās oēs ptes ꝓportionales
illius corporis:quę eſt infinita:cū ſit ꝯpoſita ex infinitis
Sol. Haie. ptibus pedalib⁹ nō cōicantibus.❡ Iuniores dicunt di-
ctum caſuȝ eſſe imaginariū:nō aūt poſſeȝ naturalr̄:q2 tūc
infinitū intenderet̄ talis motus localis:qḋ eſt naturalr̄ i-
Confutatio poſſibile.❡ Sed hi viri admittūt caſuȝ tāq̄ȝ poſſibilem
ad imaginationē:qḋ videt̄ falſuȝ:nam ex poſſi ſm imagi
nationē nunq̄ȝ ſeq̄tur impoſſe ſȝ imaginationē.modo ad
tale conceſſuȝ ſeq̄tur tale ptranſitū eſſe finitū ⁊ nō eſſe fi

nitū:qḋ eſt impoſſe ſm imaginationē.igit̄ ⁊ caſus eſt ipoſ N
ſibilis ſm imaginationeȝ ⁊ qḋ illud ſequat̄:⁊ deducit:q2
illo caſu poſito dictū ſpatiū eſſet infinitū:q2 ex ptibus i-
finitis non cōicantibus reſultat:⁊ poſito vltra qḋ tēpore
ptranſirent̄ finito:eēt finitū ex ſexto Auſcultatiōis phyſi
cę. Quare tale ſpatiū lineale eēt infinitū ⁊ eēt finitū:⁊ ita
finitū:⁊ nō finitū:quare eſſet ipoſſibile ſȝ imaginationē.
❡ Nonnulli diligētiores ⁊ magis pipatetice dicūt totū ca Alia ſolō.
ſum eſſe ipoſſem ⁊ ſimplr̄:⁊ ſm imaginationem:q2 ex eo
poſito ſeq̄tur impoſſe ad imaginationē: vt dictuȝ eſt. Tn̄
q̄libet pars caſus eſt poſſis:naȝ pertranſiri pōt hęc ⁊ hęc
pars lineę tēpore finito:tota tn̄ ptranſiri nō pōt.❡ Ego Sol. ꝓpa.
ꝟo miror hos oēs:vident̄ enim obliti eorum:quę Ari^{les}.
ad Zenonē ſcribit:in.6.phyſicę auſcultatiōis.oēs eniȝ hi
cauilli ꝓcedunt ex magnitudine diuiſa in potētia ad eaȝ
actu diuiſaȝ. Ariſtoteles eniȝ cōcedit ſpatiū infinitū ſm
diuiſionē in potentia poſſe ptranſiri:in actu ꝟo minime. O
modo dico ꝙ diuiſio horę in ptes ꝓportiōales infinitas
eſt in potētia:⁊ nō in actu. Silr̄ diuiſio pedalis colūnę ꝑ
lineā circūgyrantē eſt in potētia ⁊ nō in actu:⁊ ita ſeq̄tur
talē lineā infinitā in potentia ptranſiri poſſe tēpore actu
finito:potētia tn̄ infinito.qm̄ eodē mō ⁊ tēpus/⁊ motus/⁊
magnitudo diuidi pnt. Qua rōne mirari debem⁹ captiū-
culatores:q2 per diuiſiōes ſemꝑ ꝓficiſcunt̄:⁊ nūq̄ȝ ad ſo-
lutiones pipateticas aiaduertunt:oēs enī eorū cauilli ex
ignorātia doctrinę pipatetice ꝓficiſcunt̄: vt deo duce in
diſputationibus metaphyſicis oſtendemus.

Tertio pncipalr̄ dubitat̄:q2 Ari^{les} videt̄ ſuppone- Tertia qō.
re dictas inter duas lineas ſpatiū eſſe infini
tū:qḋ eſt falſuȝ:naȝ tale ſpatiū lineis clauditur:⁊ ita ter-
minis.igit̄ videt̄ finitū:⁊ ita Ariſtoteles ſupponit falſuȝ.
❡ Preterea. Ariſtoteles videt̄ ſupponere ibi eē ſpatiū: P
qḋ eſt falſuȝ:cū ibi nullū ſit ſpatiū. vbi enim eēt tale ſpa-
tiū infinitū:ſupra quo mot⁹ ſpherici infiniti fieret.ex quo
corpus tale ſphericum ſua infinitudine totuȝ occuparet Solutio.
locū.❡ Das rōnes recte ſoluit Albertilla:q2 ꝓpoſitionē
intelligit. vt nos diximus. Unde cōcedo vbi tale corpus
ſphericū infinitū circulariter motū daret̄:⁊ in eo eēnt ta-
les duę lineę itellectę infinitę. vȝ egrediētes e centro iter
eas ſpatiū iterceptū eēt finitū:q2 vt rō ꝯcludit eēt termi
nis clauſuȝ.itēq; ⁊ ſpatiū tale eēt infinitū: vt ratio Ariſto
telis ꝓbauit:q2 cū illę lineę egrediētes e centro ꝓcedant
in infinitū:⁊ nō ꝓcedant paralelliter:⁊ non claudant̄ ad
vnuȝ punctū:q2 tunc nō eſſent duę lineę:ſed vna.eandeȝ
ad infinituȝ ꝓcedentes infinitū ſpatiū illę ꝯcludent:⁊ ita
ſequitur illarū ſpatiū eſſe finitū:⁊ infinitū.cauſa autē eſt
q2 aīs eſt impoſſe:⁊ implicat ꝯtradictionē.ſphericū eniȝ
infinitū circulariter motū eſſe eſt impoſſe iplicans cōtra-
dictionem:q2 ad ipſum ſequūtur oppoſita. Seq̄tur.n.a
pmo ad vltimū ſpatiū illud eſſe finitū:⁊ nō eſſe finitum:
vt deductū eſt.❡ Ad 2^{m} recte Albertilla ſoluit:q2 Ari^{les} Q
ſupponit tale ſpatiū eē ſaltē poſſibile ad imaginationeȝ:
modo arguit more boni pariſtici ex hoc poſſi ad imagina
tionē:⁊ ex illo videlicet corpus.ſphericū eſſe infinitum:
inferendo vnum ipoſſibile ad imaginationē. videlicet ꝙ
ſpatium infinitum ptranſiretur tempore finito.hoc eniȝ
eſt ipoſſibile ſimpliciter ⁊ ſm imaginationeȝ. Modo ex
regula prioriſtica:cum hoc ipoſſibile ſequatur:⁊ non ex
poſſibili ad imaginationem:quia ex poſſibili nunq̄ȝ ſeq-
tur impoſſe:ſequetur ex illo coaſſumpto. videlicet ſpheri-
cum circulariter motum eſt infinitum quare hoc eſt oi-
no impoſſibile:⁊ ſm imaginationē:⁊ ſm rem.❡ Quar-
to dubitant quia ratio Ariſtotelis hoc pacto poteſt impe
diri ꝙ tale corpus ſphericum circulariter motum moue
tur non quidem tempore finito vt ſupponit Ariſtoteles:
ſȝ tempore

A Solutio. ſʒ tempore infinito. ¶ Poteſt dici φ Ariſtoteles arguit ex conceſſis: ſupponit enim celum moueri in .24. horis vt ſenſu patet. Preterea Albertilla aliter oſtendit: et tu conſidera: que dicit.

¶ Preterea a finito tempore finitum ſi abſtuleris: τ reliquum finitum eſſe: τ principium habere neceſſe eſt.


¶ Hec eſt 2ª ratio: q̃ (Ut expoſitor ingt/τ recte) differt a Que expoſitor de rōnū differētia. p̄ma: quoniā p̄ma pceſſit ex hoc qḋ diſtātia que eſt inter duas illas lineas e centro egrediētes erat infinita: τ ipertranſibilis. At hec ſcḋa pcedit ex eo: q2 linee deſcripte in corpe infinito ſiue in eius loco nō poſſunt ſeſe iterſecare: vt dicetur. Uerū more boni mathematici: anteq̃ ad rōnez accedat: facit ſuppōnes. ſupponit igiť p̄mo illud q̃ſi principiū. vʒ φ ſi a tēpore finito tēpus finitū abſtuleris: B reliquū qḋ remanet neceſſe eſt eſſe finitū: τ habere p̄ncipium τ etiam finem. hoc eſt quaſi principium in hac ſciencia: quia in geometria fuit deductum: nam ſi quod remanet: eſſet infinitū: nunc ps eēt maior toto: nā tēporis qḋ ponebať finitū: due erant ptes. videlicet ablatū: τ qḋ remanet: modo ſi qḋ remanet: eſt infinitū: cū ſit illius totius ps: toto ps eius eſſet maior. pʒ igitur ſuppō. ¶ Quo Uerborū ꝯſideratio. Ꝟo ad verba attinet: videť mihi φ pticula illa: τ teneať expoſitiue: ita vt ſit ſenſus neceſſe eſt τ reliquū eſſe finitū: τ pro ideſt τ habere p̄ncipiū τ finē: q2 ſic finitū deſcribiť .3. phyſice auſcultationis. ¶ Addit aūt Auer. hāc eſſe Que Auer. cō. 36. diſpōnē cuiuſlibʒ finiti: qḋ itelligo φ hec ſuppoſitio Ariſtotelis eſt diſpoſitio ideſt definitio cuiuſlibet finiti. Solet eniʒ definiri ſic: finitū eſt qḋ ſi ab eo remoueať finitū: remanet finitū: vel pōt intelligi φ hec ſit diſpoſitio ideſt ꝓpriū cōueniens oī finito: vt finito magnitudine/τ multitudine. hec Auer. τ recte dicit: quouis modo intelligať.

C ¶ Si autē ambulationis tēpus principiū hʒ: τ motus principiū eſt. q̃re τ magnitudinis: qui ambulauit. Silr autē hoc τ in ceteris.

¶ Scḋo ſupponit tēpus motū τ mobile ſeſe quo ad finitudinē infinitudinēue ꝯſeq: ita vt ſi tēpus p̄ncipiū fineq̧ habuerit: motus τ mobile ip̄ʒ ēt p̄ncipiū finēue habebūt: τ ſi tēpus p̄ncipio fineq̧ caruerit: mot⁹ atq̧ mobile p̄ncipio fineq̧ carebūt: ꝯ eē ſeſe hñt vt in ſexto eſt diſputatū. ¶ Quo Ꝟo ad Ꝟba attinet aiaduerſiōe dignū: Ariᵗᵉᵐ in p̄ſenti textu vti mirabili arte: q2 ponit ſuppōnez: τ illius quaſi ꝓbationez per exemplū. dicit enim ſi aūt ambulationis tēpus p̄ncipiū τ ſupple finē hʒ: τ mot⁹ ſupple ambulatiui ipſi⁹ p̄ncipiū eſt: ſic igitur hypothetica eſt ſi tēpus menſurans ambulationē eſt finitū: ambulatio ipſa finita eſt. Ex hoc īfert: quare τ magnitudinis: que ambu- D lauit ideſt ipſi⁹ mobilis ambulatiui erit p̄ncipiū τ finis. ſic igiť ex his verbis habem⁹ tēpus ambulatiōis/ambulationē ipſaʒ/τ mobile ambulatiuū ſeſe ꝯſequi quo ad finitudinē infinitudinēue. Inferens Ꝟo ſuppōnē q̃ſi vniuerſalē. inquit. Silr aūt hoc τ in ceteris. quaſi dicat ſicut igitur in tēpore ambulatiōe τ ambulabile ſeſe hñt finitudo τ infinitudo: ſic τ in oib⁹ motib⁹ cuiuſuis rōnis. Quare vľr τ pʒ ſuppoſitio φ mot⁹ mobile τ tēpus ſeſe conſequuntur quo ad finitudinem infinitudinemq̧: hec erat ſuppoſitio: vbi mirum artificium patet: nam Ariſtoteles ſimul ſuppoſitionem τ quaſi rationem per exemplum Que expoſitor. attulit. ¶ Expoſitor velle videť ꝑ ambulationē ſeu iceſſuʒ: vt ipſe in ſuis hʒ tranſlationib⁹: motū celi: τ ita velle videť Ariᵗᵉᵐ arguere a motu celi ad alios mot⁹: vnde dicit τ ſicut hoc dicimus in motu celi: ſilr opʒ ſe habere in Confutatio alijs motib⁹ τ mobilib⁹. ¶ Sed hoc qḋ expoſitor dicit pace tāti viri dupľr nō videť conſonū. Primo q2 grece E inceſſus legiť βαδίσεως nō vadiſis grece eſt ambulatio: q2 hoies ambulāt: τ animalia ꝓficiſcunť. nō igiť ad celi motū pōt applicari. Scḋo eēt in eius ꝓbatione petitio quedā p̄ncipij: nā Ariᵗᵉˢ intēdit ꝓbare motū celi: τ tēpus illius/τ celū ip̄ʒ eſſe finita: τ nunc velle videť Expoſitor Ariᵗᵉᵐ ſupponere illud: τ ab illa ſuppoſitiōe inferre in oibus: τ ſic videť quaſi idē q̃ſituʒ τ ꝯceſſuʒ: qḋ eſt vna petitionis p̄ncipij ſpēs. ¶ Auerro. Ꝟo ꝑ vadiſim itelligit Que Auer. cō. 36. motū vľr ſumptū: τ ita vult Ariᵗᵉᵐ ponere ſuppōnē hoc pacto/ſi tēpus eſt finitū: τ motus erit finitus: τ ſi mot⁹ eſt finitus: mobile eſt finitū: τ nunc vult φ Ariᵗᵉˢ ſuppōnem reddēs vľez addat: τ vt dixi de tēpore/motu/τ mobili: ita ēt in alijs. i. loco τ ſpatio itelligať vel in alijs. vʒ motu recto: τ alteratiōe: nō igiť vult Auerroes Ariᵗᵉᵐ dediſſe ſuppoſitionē τ eius ꝓbationē: ſʒ ſuppōnez in tēpore motu τ mobili: addidiſſe Ꝟo hoc idē τ in alijs. i. loco τ ſpatio: vel F alijs. vʒ motu recto τ alteratiōe: vt vľiorez redderet ſup- Error Aui. poſitionē. hec Auerroes: que ſunt plena errore: nā vadiſis grece eſt ambulatio ſeu inceſſus: τ ꝓpterea Ariᵗᵉˢ arguere videť ab ambulatione ad alios mot⁹. vt dictū eſt. ¶ Sunt qdaʒ q per magnitudinē hic intelligūt: nō mo- Biſantius. bile ip̄m: ſʒ ſpatiū ſupra quo fit motus: nā magnitudo eſt duplex: que moueť: τ ꝑ quā fit motus: itelligūt igiť tēpus ambulationem/τ magnitudinē ſuper qua fit: ſeſe conſeq quo ad finitudinē infinitudinēue. Auerroes aūt τ Expoſitor τ Simplicius itelligunt de mobili: qḋ grecis Ꝟbis cōſonat: dicit ὥστε καὶ τοῦ μεγέθους ὃ ἐβάδισεν. i. q̃re τ magnitudinis que ambulauit. dicit eniʒ: qḋ eſt relatiuū neutri generis in caſu nominatiui: referēs Megetos: qḋ eſt neutri gñis apud grecos. Tu Ꝟo conſidera: nā ēt in .6. phyſicoꝝ ꝑſepe Ariᵗᵉˢ vſus eſt ꝓ accuſatiuo/ vt ꝓ ꝑ qḋ: Epilogus ſuppōnis. vt notaui illic. ſʒ vtrūq̧ ſit ſuppoſitio ſcḋa eſt tēpus motū τ mobile: atq̧ ſpatiū ſeſe conſeq quo ad finitudinē infinitudinēq̧. hec eſt ſuppoſitio. que his ex Ꝟbis colligitur.

G ¶ Sit itaq̧ʒ .a.g.e. linea infinita ea ex pte: in q̃ Linea ēbā ē ſupplemʒ: q2 nō eſt i greco: ſʒ in oib⁹ itelligatur. eſt .e. que autez .b.b. vtraq̧ʒ ex pte infinita. Si Tēpore vō eſt ſupplemʒ ad ſenſuʒ Ariſ. igitur .a.g.e. linea ſecans ab .a. centro circulū deſcribat: qñq̧ʒ .a.g.e. linea ꝑ .b.b. lineā circlo mouebiť finito in tēpore. oē eni tēp⁹ in quāto celū ip̄ʒ circulo latū eſt finitū ē: τ id ergo tēpus: qḋ eſt ablatū: in quo ſecans linea ferebatur: finitum erit. erit igitur principiū qḋdam quo primū .a.g.e. linea .b.b. lineā ſecuit: qḋ quidem eſt impoſſibile. non igitur contingit circulo moueri infinitum. Quare nec mundus ipſum ſi infinitus eſſet.


¶ Conſtitutis igitur ſuppoſitionibus: nunc Ariᵗᵉˢ demonſtrat ꝯcluſionē p̄dictam. vʒ φ celū qḋ circulo moueť in .24. horis: nō ſit īfinitū: τ more geometre deſcribit exēplūʒ in puluere: ī quo vis oīs demonſtrationis conſiſtit: τ ingt. Sit itaq̧ .a.g.e. linea īfinita vna tñ ex pte. vʒ illa: in q̃ eſt .e. vtpote finita ex pte cētri: ex q̃ ꝓficiſciť. infiᵗᵃ ex pte ꝯuexi ſiue dorſi ipſius celi verſus qḋ duciť per imaginationē. hoc cōſtat H



per aduerſariū veritatis: q aſſerit celū ex pte noſtra finitū eſſe: ex pte Ꝟo dorſi in infinitū ꝓtendi: hec linea .a.g.e.

I in tota demonſtratiõe p̄ſenti ab Ariſtotele appellatur li-
nea ſecans: ſiue īcidēs: ꝓpter cauſaʒ quā dicemus. Scd̄o
dicit ſit vna alia linea: q̄ dicat̄ .b.b. vtraq̄ʒ ex p̄te infini-
ta: naʒ ad imaginationē tranſeat p̄ centruʒ .a. ⁊ ꝓducatur
vtraq̄ʒ ex p̄te ad imenſum verſus .b.b. ꝙ hec ſit infinita
vtraq̄ʒ ex p̄te: pʒ ad imaginationeʒ aduerſarij: qui ex p̄te
noſtra celuʒ aſſerit finitū ex p̄te dorſi infinitū. hec linea
in demonſtratione p̄ſenti dicit̄ inciſa: ſiue ſecta: q2 ponit̄
ſtans ac imobilis: vt dicemus. Tertio vult ꝙ .a.g.e. linea
ſup̄ cētrū .a. mota in .24. horis orbē .e.b.b. totū deſcribēs
ab .e. puncto lineā .b.b. totam ꝑtranſeat: pʒ q2 ſi ſuo motu
totū orbē .e.b.b. ab ortu per meridiē ⁊ p̄ occaſuʒ in ortuʒ
rediens deſcribat: neceſſe eſt vt totam lineam .b.b. ſecet
cum ſit ea: ſup̄ qua medietas orbis deſcribit̄ ⁊ poſita ſit
ſtans ac imobilis: q̄bus pʒ lineā .a.g.e. dici ſecantē ſeu in-
cidētē: q2 ſecat .b.b. imobilē: lineā vero .b.b. dici ſectā/ſeu i-
K ciſam: q2 ab ipſa .a.g.e. linea q̄ mouetur incidit̄: hec eſt
tertia ps exēpli q̄ nō deſcribit̄ in puluere: ſed ſumitur
tanq̄ʒ deſcripta: vt pʒ in ſuo modo loquendi: tunc ſyllogi-
ʒat hypothetico ſyllogiſmo a primo ad vltimū ex deſtru-
ctione conſequentis inferendo oppoſitum antecedentis.
in quo ſyllogiſmo ſupponatur vnum: quod in omnibus
ſyllogiſmis huius partis ſupponitur. videlicet ꝙ celum
ipſum: de quo eſt diſputatio nunc: in .24. horis ſaltē mo-
tu diurno moueatur. Intelligendo per celum totum ex
omnibus orbibus aggregatum. hoc eniʒ Ariſtoteles ſup-
ponit: vt conceſſum ab aduerſario: quia ſenſu perſpicuuʒ
eſt: tunc arguit: ſi igitur .a.g.e. linea: q̄ dicitur in p̄ſenti
¶ At ꝟo mundū ipm omnino ortū corruptū iri/atq; nō redire/ſi ſit quidē vnus: ipoſe eſt. Nā antea q̄ ort' eēt: ꝯſtitutio ꝓcedens ipſuȝ ſemper erat: que quidē non facta: ipſum mutari fieri non poſſe dicimus.

Expoſitio. ¶ Nunc refellit poſitionē Democriti: ⁊ pmo narrat illi' ipoſſibilitatē. Scdo eaȝ deducit: de pmo ingt. At ꝟo mūdū ipm poſtq̄ eſt oino ortus corruptū iri/atq; nō redire: ſi ſit qdē vnus: impoſe eſt. Hec pōnis ē Democriti ipoſſibilitas. ꝙ vȝ ſit ex oī pte genit' ⁊ corrūpat nō rediP turus ſi ipſe ſit vnus. Scdo deducit hāc ipoſſitatē: ⁊ ſumit añ mūdi ortū ꝓceſſiſſe cōpoſitionē quādaȝ: vȝ elītariaȝ: qua vȝ oē elītaȝ erat cōpoſitū: qua qdē ꝯpōne nō ꝓſuppoſita/ipſe mūdus fieri negbat: eſt igit aſſumptū añ mūdū ꝓceſſiſſe corpora elemētaria in actu neceſſario vt mām mūdi. ⁊ hoc ait. nā añq̄ ortus eēt: cōſtitutio ꝓcedens ipȝ ſemꝑ erat hoc eſt q̄dā erāt ꝓconſtituta vt mā: qua qdem nō facta ⁊ ꝓſuppoſita ipȝ mutari fieri nō poſſe dicimus. Hoc ē aſſumptū Ariſtotelis. ¶ Ex h vult hic talē ſyllȝ ꝯ Democritū: oē qd gnatur ex aliq̄ mā ꝓſuppoſita ipoſe eſt ſi ſit vnū/ipm corrūpi nō rediturū. Nā q rōne illa mā pcerat añ cōpoſitionē/ſic reſtabit poſt corruptionē/nā corruptio eſt redit' ad pſtina pncipia: ⁊ ſi reſtabit: aut erit ocioſa/aut redibit ad pſtinā formā. Addo minoreȝ ex ꝟbis Ariſtotelis: ſȝ mundus gnatur ex aliq̄ mā ꝓſuppoſita: ⁊ eſt vn'. igitur impoſe eſt ipſum corrumpi non rediturū. Hec ex his verbis voluit itelligere: ſȝ ſint difficilia valde. Syllo Ari. Q

¶ Sin ꝟo mundi ipſi ſint infiniti: ꝯtingit magis. Veruntamen hoc etiam ſi fieri poſſit nec ne: ex his patebit que poſta dicentur.

Expoſitio. ¶ Nunc declarat cur dixit mūdū corrūpi nō rediturū eē ipoſe ſi ſit vn': ⁊ ingt. Sin ꝟo mūdi ipſi ſint ifiniti: ꝯtingit mag: h eſt illō nō eēt ipoſe: q: poſſet vn' mūdus corrūpi in aliū. ⁊ ille adhuc i aliū: ⁊ ſic in ifinitū: ſz vbi mūdus ſit vn' ⁊ ſit ort' ex aliq̄ mā ꝓſuppoſita corrūpi nō pōt ipſe nō rediturus: niſi illa mā eēt ocioſa. Sȝ q: h res eſt ēt ambigua data mūdoꝝ ifinitate: addit/ veꝝ tñ hoc ēt ſi fieri poſſit nec ne: ex ijs patebit: q̄ poſtea dicent ꝓdicent ēt h poſtea i lib. de ge. aut forte ꝑ h itelligit an genitū vl ne: h. n. poſtea dicet. ¶ Ex his q̄ dic h Ari. pȝ ſolo ad eā rōnē q̄ ꝯ imortalitatē aīe ꝯcluſit nālē reſurrectionē. eēt. n. reſurrectio

A rectio qñ vnus nũo bõ tñ eēt.at qꝛ plures:ſic reſurget ſꝫ ſpēꝫ:⁊ nõ ſm numerũ apud Ari[ſt].ſic eniꝫ nõ erit fruſtra gcꝭcũ ſaluet in ſpe vnio. Hec ꝯ Democritus ❡ Auer. Que; Auer. cōmē.108. ꝟo ꝯ Democritũ alr rõnem formaꝫ:⁊ ſua rõ vt mihi vi ꝯſiſtit in duab⁹ ſuppõnibus:pͥma,mũdus genitus eſt ex gbuſdã:q̃ de ꝯtingēti potuerũt eē mundus:⁊ q̃ de ineſſe erant qñqꝫ mũdus:⁊ que poterũt nõ eſſe mundus de cõtingēti poſtq̃ fuerint:hec pꝫ qꝛ vna eſt po⁹ad oppoſita: oīs.n.ꝑpoſitio de ineſſe ꝑ fuit ꝯtingēs eſſe:poſtea ꝟo de ineſſe:⁊ de ꝯtingēti nõ eſſe.Scda oē poſe qñqꝫ erit:aut ſaltē ipſo poſito in eē nullũ ſeqꝫ ipoſe:alr poſe reuerteret ipoſe.Tũc arguit,ea que pͥus fuerũt añ eē mũdi:poſtuerũt eē mũdus antea.deide fuerũt actu mũdus,demũ redibunt ad nõ eē mũdi:⁊ cũ illa ſint eadē numero remanentia.poſtea.igit̃ poterunt eſſe iterũ mũdus:cũ ſint illa eadeꝫ ex ſuppoſitionibus.Sed replicabis:qꝛ ꝑ hec eadē deducerē Socratē poſt mortē rediturũ eſſe:qꝛ reſtant illa mē:que antea poterant eſſe Socrates. Rñdet ꝙ rediret qñ eſſet vnus numero:⁊ nihil aliud ſue ſpēi. Sed qꝛ
B ſunt plures hoies:adeo redit idē non numero:ſed idem ſpecie. Hec ex cõmento colligi põt ad ꝓpoſitũ Ariſtotelis. ❡ De ipſius mũdi inceptiõe in.8.auſcultatiõis phyſice multa diximus. Nũc ꝟo illud nõ ignoradũ theologus a nãli phõ in hac re nõ cõuenire:nãlis.n.phs nõ aſſentit alicui ꝓpõni:niſi cuius veritas aut pꝫ imediate ex De mundi incep. ſenſibus:aut colligit̃ per rõnē ex ſenſibus deductã:aut q̃ perſpicua eſt ſolo terminoꝝ intellectu.Qua rõne fit vt ipſe cogatur dicere nihil incipere poſſe niſi ab ente:cum per cõcordiam oiuꝫ ſenſuũ potuerit omne qd fit fieri ex ente.Viſu gdē:qꝛ albũ nõ niſi ex nigro vel medio. Auditu ꝟo qꝛ graue nõ niſi ex acuto vel medio:odoratu:nam ſuaue ex auſtero vel medio.guſtu:qꝛ dulce ex amaro aut medio:tactu qñ calidũ ex frigido aut medio:⁊ ſic qꝛ in illa oē qd fit:ex ente fit:oēs cõcordant ſenſus:propterea vtı pͥncipiũ ſumit̃ a nãli phõ.Theologus aũt ſuperiori lumine illuſtratus illa cõcedit:qd ex reuelatione accepit modo non ſit ſenſibus repugnãs,aut cõtra ſenſuꝫ:⁊ quia
C accepit mundũ incepiſſe de nouo:⁊ hoc nõ eſt cõtra ſenſus,ea enim inceptio quã fieri ex ente ait ſenſus,eſt que aut eſt alteratio,aut nõ ſine alteratione:ideo mundũ cepiſſe credit:nõ gdē per alterationē vel cũ alteratione:ſꝫ per creationē ex nihilo. Hec eniꝫ creatio nec eſt ꝯueniēs ſenſibus:nec cõtraria ſenſibus,ſed ſupra ſenſum tranſcendens. Hec pauca pro nunc ſatis ſint.

❡ Sunt eniꝫ aliqui qb⁹ fieri poſſe vr̃:vt ⁊ ingenitũ aliqd corrũpat̃ ⁊ genitũ incorruptibile ꝑmaneat;vt in timeo. Illic eniꝫ celũ gdeꝫ ortũ eſſe,nõ tñ corruptibile ſed reliquo ſemper fore tpe dicũt.ad quos nãlr gdē de celo ſolũ eſt dictũ. Si ꝟo de oib⁹ vlr ꝯſideraueri-
D mus:de hoc quoqꝫ erit manifeſtum.

Expoſitio. ❡ Expoſitio hui⁹ loci non ꝓſideo:debes ſcire ꝙ in textu pͤcedēti dixit reſtare dicere vtruꝫ hoc ſit poſſibile vel nec:cũ eniꝫ explicaſſet poſitionē Democriti:⁊ dixiſſet nõ eſſe poſſibile mundũ corrumpi nõ rediturũ ſi ſit vnus:⁊ declarauit cur dixit ſi ſit vnus:ſtatim ſubiecit:verũ tñ hec ſi fieri poſſet nec ne:ex his patebit,que poſtea dicētur. Mõ per hoc intelligere põt an infiniti ſunt mundi: ⁊ tunc refert̃ ad ea q̃ dicent̃ in tertio huius ⁊ in libro de gnõne:⁊ ſi ſic intelligatur Ariſtoteles nũc poſtq̃ refellit poſitiones iſtoꝝ redit ad illaꝫ Platonis:⁊ ita illud verbum eniꝫ nõ reddit cãm:ſed nouuꝫ inchoat ſermonē:aut põt intelligere per illud pronomen hoc:an mundus ſit

E genitus ⁊ incorruptibilis vel corruptibilis:⁊ tũc Ariſtoteles tũc reddit cãm:quare res hec reuocat̃ in ambiguũ: ⁊ inquit.[Sunt.n.aliq gbus fieri poſſe vi,vt ⁊ ingenitũꝫ aliqd corrumpat̃]ceu chaos illud ſiue mã illa informis: que fuit ingenita ⁊ mundi geniturã pͤceſſit corrumpatur in mundi genitura:qꝛ perdit cõfuſionē ſuã,atqꝫ iformitatē:⁊ ita ꝯcedit Plato eternũ a pte ante poſſe corrũpi a parte poſt.vt de mã illa iformi patet:[⁊ genitũ icorruptibile permaneat vt de mũdo in timeo dicunt. Illic enim celũ gdē ortum eſſe,nõ tñ corruptibile ſed reliquo ſemꝑ fore tēpore dicunt:]⁊ ita duo Plato cõcedit:quorũ pͥmũ eſt aliqd eternũ a parte ante deſinere:⁊ aliqd eternũ a parte poſt incepiſſe. ❡ Deinde ordinat ſe ad ſequētia,⁊ declarat q̃tũ eſt ſibi ꝯtradictũ:⁊ quantũ reſtat ſibi contradicere:⁊ inquit.Ad quos ſiue contra quos nãliter ſiue rõnibus nãlibus,⁊ nõ metaphyſicis,eſt ꝯdictũ:ſuperiore eniꝫ tractatu ſolũ celuꝫ ip ſuꝫ eſſe eternum:qꝛ caret cõtrario eſt ꝓbatũ:⁊ ſic eſt ꝯtradictũ in pte:cũ celũ
F non mundus ſit totus,ſed mundi pars.[Si ꝟo de oib⁹ vlr ꝯſiderauerim⁹:de hoc quoqꝫ erit manifeſtũ.]q̃ſi dicat ꝙ reſtat nunc ꝓbare de vniuerſo mundo ipſꝫ nõ eſſe genitũ,nec corruptibile. Hec de ordine. ❡ Auerroes ꝟo Que; Auer. cōmē.109. ait Platonē duo cõceſſiſſe,quorũ pͥmũ eſt aliqd eternuꝫ habere potentiã ad corruptionē:qd mundꝰ corrumpet̃, vt in timeo aſſerit de ipſo mundo. Scdm eſt eſſe aliqd eternũ a parte ante:qd poſtea corrumpet̃.Et hoc verificat Auerroes de potẽtia materie mundi,que eterno tempore pͤceſſit formaꝫ eius:que tamen in aduentu forme corrumpit̃. Hoc aliꝫ cõcedũt in ceteris cõpoſitis:potentia.n.reſpectiua in aduentu forme deſinit:que antea fuit ipſa eterna:nos ꝟo verificauimus rem hãc de illã mãe informitate atqꝫ ꝯfuſione:que eterno tēpore antea pͤceſſit:⁊ tamē in genitura mũdi corrũpit̃.⁊ hoc eſt magis ad verba Platonis. ❡ Quo ꝟo ad vba attinet Ariſt.in tranſlationibus barbaris dixit poſitionē Platonis eſſe
G innãlē.Qd Auer.ait eſſe ꝑꝑ duo. Tum pͥmo qꝛ eius oppoſitũ pꝫ inductione:oē enim qd generat̃ corrũpet̃,aut pro maiori parte.Scdo,qꝛ Plato debuit pͥmo diſputare an poſſit aliqd genitũ eſſe eternũ,⁊ poſtea deſcendere ad mundũ:vlia.n.pͤcedũt pticularis cognitione.cũ ꝑpoſitiones ꝑticulares nec ſint eſſentiales nec per ſe:ſed contingētes,⁊ extra artē.igit̃ hec poſitio eſt oino innaturalis:⁊ qꝛ eius oppoſitũ pꝫ per rõnē nãlē:⁊ qꝛ nõ nãli ordine proceſſit ab vlib⁹ ad ꝑticularia. Hec aũt q̃ hic dixit Auer.nõ ꝯueniũt verbis grecis:ꝓpterea ſunt vana.

❡ Primũ autē diuidēdũ eſt:quo nã mõ genita atqꝫ ingenita corruptibilia quoqꝫ ac incorruptibilia dicim⁹. Nã cũ aliqua multiplr dicantur:nullaqꝫ in ſermone ſeruet̃ dĩa:mentem cõfuſe ſeſe habere neceſſe eſt:ſi qs vt indiuiſibili eo vtatur:quod multifariam diui- H
ditur. Incertum nãqꝫ erit per quē ipſorum naturam,id accidat qd dictum eſt.

❡ Dicturus de poſitione antiquoꝝ in qõne pͤppoſita:at Expoſitio. nũc ꝓpriã poſitionē vult ꝓſeq:⁊ ſumit pͥmo q̃dã.Quoꝝ pͥmũ eſt quot modis dicant̃ genitũ ⁊ ingenitũ,corruptibile ac incorruptibile:⁊ ꝓponit intentioneꝫ ſpeciatim:⁊ cãm itentionis,⁊ inqt.[Primũ aũt diuidēdũ eſt:quo nã mõ genita atqꝫ igenita corruptibilia quoqꝫ ac icorruptibilia dicimus.] Hec itētio. ❡ Hui⁹ rei cãm affert:⁊ inqt. [Naꝫ cũ aliq̃ multiplr dicant̃,nullaqꝫ in ſermõe ſeruet̃ ſignificatiuum dĩa]ſed ꝓferant̃ nulla pͤmiſſa diſtiõne [menteꝫ audientis cõfuſe ſeſe hr̃e neceſſe eſt.] Cuius cã

I cām ſubdit ſi qs ꝓ q₂ qs vt indiuiſibili eo vtiſ:qđ mul/tifariā diuidiſ.⌊Jncertū nāq₃ erit per quā ipſoꝝ ſignifi/catū nām ſiue ſpēz/id accidat:qđ dictū eſt.⌋idest ſequa/tur id qđ inferſ.igiſ ante q̄onis determinationem debe/mus premittere quoties hęc dicanſ.❡ Aiaduerſione di/gnū vt p̄mo topicoꝝ capite.14.habeſ quoties aliqđ di/uidiſ eſt vtile ⁊ ad manifeſtationē poſitionis/⁊ oppoſi/ſitionis:⁊ vtile ne fiat ſyllogiſm⁹ ſm nomē/hoc eſt ne ali/qs paralogiſet:⁊ pp hęc duo Ari. vult illa eſſe prędiſtin/guēda:⁊ ad cuitādā ↄfuſionē/⁊ ad ſciendū ꝑ quā nām ac/cidat incōuenieēs dōm.❡ Quo vō ad verba attinet ver/buz aliqua:nō eſt in gręco:ſ₃ ſic habeſ/nā cū multiplr di/canſ:⁊ reliqua:ideo Auer. intelligit locū hunc duplr/aut ſupplendo dictiones:vt ſit ſenſus:nā cū aliquę dictiones multiplr dicanſ/⁊ reliqua:aut ſupplendo ſubiecta q̄onis propoſitę:vt ſit ſenſus nā cū hęc vz genitū ingenitū/cor/ruptibile ⁊ incorruptibile multiplr dicantur:⁊ reliqua:⁊ vtroq₃ mō vt mihi videſ verbis conuenit gręcis. Hęc Ariſto. ac Auerro.

Que Auer. cōm.t.110.

K

❡ Dicitur itaq₃ ingenitū vno mō ſi ſit nūc ali/qđ:qđ antea nō erat ſine gnōne mutatiōe ve vt ipſuz tangi atq₃ ip̄z moueri aliq dicūt. Jn quiūt.n.ip̄z tāgi atq₃ moueri gnāri nō poſſe.

Expoſitio. ❡ Proſequiſ:⁊ diſtinguit p̄mo ipſuz ingenitum:⁊ p̄mus modus reſpectu gnōnis:nā quoties aliqđ fit/⁊ nō ꝑ mo/duz quo generata fiunt vz trāſmutatione ⁊ motu:talia di/cunſ p̄mo mō ingenita ſiue ingnābilia. Solū nāq₃ pro tanto q₂ nō fiunt per moduz eoꝝ q̄ generanſ. Jngt.⌊Dr itaq₃ ingenitū vno mō ſi ſit nūc aliqđ vt aial/vel albuz: qđ antea nō erat ſine gnōne ⁊ mutatione:vt ipſum tangi atq₃ moueri aliqđ dicūt ingenita eſſe:aiunt enim ipſum tangi atq₃ moueri generari nō poſſe.⌋q₂ nō fiunt ꝑ mo/dū quo cętera fiunt. Hic eſt primus modus.

L ❡ Alio modo ſi generari vel ortuz eſſe aliqđ poſſit:nō tamen ſit.nam hoc ea ratione inge/nitum dicitur:quia oriri poteſt.

Expoſitio. ❡ Scđo mō aliqđ dr ingenitū ſi generari vel ortum eſſe aliqđ poſſit:nō tñ ſit dudū ortū:vt ſi.n.poſſit oriri aial: vel albū:nōdū ſit ortū:⁊ reddit cām quare hoc dicaſ in/genituz:⁊ inquit.⌊Nam hoc ea rōne ingenitū dr:q₂ oriri pōt.⌋igitur ſcđo mō dr ingenitū per p̄uationē actus ge/nerationis:vt q₂ nō eſt actu genitū:ſed pōt generari:quo mō fętus in vtero matris diceretur ingenitus:q₂ actu generationis priuaſ. Hic eſt ſcđs modus.

❡ Alio mō ſi aliqđ factuz eſſe ipoſſe ſit:ita vt interdū ſit interdū nō ſit.et ipoſſibile biſariā dr:aut eniz q₂ nō verū eſt ortū eſſe poſſe:aut q₂ non facile:nec cito nec bene fieri poteſt.

Expoſitio. M ❡ Tertio mō ingenitū vult dici qđ impoſſibile eſt fieri: dico fieri quo mō aliqđ genitū interdū eſt interduz non eſt.⁊ hoc modo mons aureus eſt ingenitus ſiue ingenera/bilis:caret enim potētia generationis. Addit tñ hūc mo/dum poſſe diuidi in duos.⌊naz ipoſſibile biſariā dr:aut eni q₂ nō verū eſt ortū eſſe poſſe⌋ vt mons aureus dicit̄ ingenit⁹⌊aut q₂ nō facile/nec cito/nec bene fieri poteſt.⌋ Quare omnes modi ſunt tres:quoꝝ ſi terti⁹/diuidaſ in duos:oēs erunt quatuor:horuz ſufficientia ſic ſumi pōt: nam ingenitū negationē ſiue p̄uationē dicit/aut igiſ in/genitū negat modū generationis/aut rem ipſam quę eſt generatio:ſi quidē modū.erit p̄mus modus ingeniti. Si vō negat ipſaz generationē:aut negat actū/aut potentiā. Si quidē actū:erit Scđs modus. Si negat potētiaz:aut

negat ſimplr vt ſit ipoſſe gnāri:aut ſ₃ quid vt ſit difficile/ vel nō cito/vel nō bene gnābile:ecce oēs modos igeniti. N

Sed referamus quę Auerroes dicit in decla ratione horū modoꝝ.p̄mo igiſ debes ſcire ad verā generationē tria reqri/p̄mū vt res exeat de potentia ad actū. Scđm/vt pręcedat altera tio ante talē exitū. Tertiū eſt/vt fiat in tēpore ſaltem per accidens. Ex hoc ſequiſ qđ id qđ ſit ſine his trib⁹/diciſ ingenitū:⁊ hoc per p̄uationē cōditionū requiſitarum ad veraz generationē:⁊ hoc mō tactio ⁊ mutatio ſiunt/ſimi liter ⁊ relationes. Scđo ſequiſ vt tale ingenituz diciſ ſi/militudine ingenitū/non vere:q₂ tale poſtq̄ eſt pōt non eſſe.igiſ genituz fuit ſed pro tanto dr ingenitū/pro quāto nō fiebat ſm oēs cōditiones eorū quę vere generantur. ❡ Sed mox dubitat Auerroes:q₂ nō vī hoc genitum niſi apud ſuū nō eſſe. Jdeo pōt qęri vtrū tale dicaſ in/genitū tēpore entitatis:an tēpore priuationis:an vtroq₃ mō. ❡ Themiſtius inquit. Tale eſſe ingenitum vtroq₃ tēpore:q₂ vtroq₃ tempore caret cōditionibus eorū quę vere generanſ. Hęc Auerroes quo ad p̄m modū. ❡ Sz quęriſ vtrū motus incipiat eſſe per motuz atq₃ genera/tionē:videſ q ſic/motus incipit eſſe ꝑ exitū de potentia ad actū.igiſ per motū. Amplius q ꝑ generationē:etiam arguo:tranſmutatio rei de nō eſſe ad eſſe eſt ei⁹ gnātio. Motus incipit per talē tranſmutationē.igiſ per gnōnē. ❡ Pro ſolutiōe dici pōt (vt Auicēna ſentit) q aliqđ eē vel gnāri eſt:aut q₂ ipſuz eſt qđ generaſ:aut q₂ ipſuz eſt quo aliud generaſ:vlterius Auicēna gnto ſuę metaphy/ſicę talē ponit regulā q in denoīatiue talib⁹/ſtanduz eſt ad ea quę formalr ſunt talia.⁊ q₂ phyſica corpora deno/minatiue ſunt motib⁹ mobilia:gnōne vō gnābilia.igiſ motus ſe ipſiſmet generanſ:⁊ ſic nō per motū:nec ꝑ ge/nerationē incipiūt. Sz ſat eſt ipſos eſſe qb⁹ alia incipiūt. Hęc de p̄mo mō. ❡ Scđo debes ſcire q in textu barba ro ſcđs modus ſic deſcribiſ/ingenitū eſt qđ nō eſt:poſſi/bile tñ eſſe ꝑ veras gnātionis cōditiones.poniſ igiſ ſm Auer. illa particula poſſe tñ eſſe ad dr̄iam ingeniti tertio mō:qđ dr ipoſſe fieri:nam tale ingenitū ſcđo mō dr inge/nitū ſm qđ:q₂ pro tempore ſui non eſſe. ❡ Sed obycit Auer. q₂ vr tale ingenitū ↄcidere cū genito dicēdo textu primo igiſ diſtinctio nō erit ꝑ oppoſita. Rńdere vr q tale ingenitū cōcidit cuz genito:tñ ſm diuerſa dimidia: q₂ ingenitū quidē dr ſm dimidiū nō entis:genitū vō ſ₃ dimidiū entis q₂ ad eſſe hz potētiā:ex hoc infert q Ari. enumerauit hūc 2m modū cū aliqua affirmatione addē do:poſſe tñ eſſe:hoc.n.vr quędā affirmatio:quā qdē ad/didit/qm hoc ingenitū dr quodaz mō idem igenerabili. ❡ Scđo dubitat/nā cū ea quę generanſ p̄mo mō ſ₃ rez generenſ:ſ₃ nō ſm modū:quare nō dedit duos modos vz inuicē oppoſitos.vt fecit de genito ⁊ ingenito ſecūdo mō. ❡ Rńdet q₂ tale ingenitū ꝑ priuationē cōditionū: tam tēpore eſſe:q̄ tēpore nō eſſe ſemꝑ caret dictis cōdi/tionib⁹ gnōnis.igiſ ea enumerat ingenerabilia:quę ali/qñ ſunt ingenita vt tēpore nō eſſe:aliqñ genita vt tempo re eſſe:nā de his qđ erit Platonis. Hoc pbat authoritate Themiſty. Hęc Auer. de ſcđo mō. ❡ Tertio debes ſci/re q tertius modus apud Auer. eſt quoties aliqđ eſt ens in quo nō eſt mā neq₃ potētia ad eſſe/⁊ ad nō eē/vt ęter nū ipſum:tale enim caret materia ⁊ potentia ad vtrūq₃ ideo diciſ ingenitū:⁊ hanc intentionez dicit Ariſ. ſentire ibi:vt qñq₃ qdē ⁊ reliqua:quā addidit vt indicet hic in/genitum ſumi pro eo qđ eſt/⁊ nūq̄ fuit poſſe generari vł corrūpi:vt ęternū:ad dr̄iaz ipoſſis rei vt hippocētaurus eſt ⁊ id genus. Qua rōne ait nō bñ Themiſtiū intellexiſ ſe:q₂ ſumpſit ſcđo mō ingenitū ꝑ impoſſi generari/mo/

Que Auer. cōm.t.111.

O

Dubi.

Sol.

P

Q

A tus/ex eo quia impoſſe ſubdiuiſit pro impoſſi omino/ꝛ pro difficili:qꝺ nõ eſſet/niſi ingenitũ ſumpſit ꝑ ipoſſi:ꝛ ꝓpea Themiſtius reduxit hos oẽs in tres:vt pꝫ eius reductio ſcꝺo ꝛ qꝺ nõ ꝓbũ ſenſerit Themiſtium.arguit:ꝓbat p̊mo qꝛ omiſit modũ famoſiũ:videlꝫ ingenitũ ꝓ eterno. Secũdo omiſit illud qꝺ eſt ad ꝓpoſitũ:ingenitũ.n.pro eterno/eſt ad ꝓpoſitũ. Tertio omiſit igenitũ ꝓ eo qꝺ nõ eſt/ põt tñ eſſe cũ facilitate.igit̃ diuiſio Themiſtij eſt diminuta tribus modis. ¶ Propterea Auerroes enumerat oẽs modos:nã oẽ ingenitũ aut dĩ tale:qꝛ nõ ꝑ veras cãs generationis:aut vere:ſi qdẽ p̊mo mõ erunt duo p̊mus modus:ꝛ id qꝺ nõ actu eſt:ſꝫ põt eſſe cũ difficultate:hec enĩ diuidunt nõ vere:qꝛ quãtũ ad rẽ generant̃:quo ſcꝺo ad modũ non:nã p̊mus modus dĩ ꝑ hoc qꝛ ſimplr̃ caret cõditionib⁹ generatoꝝ. Difficile ſcꝺo genitũ hꝫ:ſed paucas.ſi aũt aliqd dĩ ingenitũ vere:hoc eſt aut qꝛ nõ eſt:poteſt tñ facile eſſe:aut qꝛ nõ eſſe/nec põt eſſe vt dĩ ipſum impoſſe:aut qa eſt:nõ tñ incepit:nec deſinet:vt eternũ:q̃ mõ dĩ triangulũ hre tres eſſe igenitũ:qꝛ nũq̃ fuit nouũ: ꝛ ſic ſunt qnqꝫ modi:ꝛ ſic dicamꝰ tunc Ariſtoteles eſſet diminutus. Rñſionẽ innuit ꝙ Ariſtoteles ſub vlĩ rõne dedit intelligere oẽs hos:nã ſub tertio enumerauit ipoſſibile ꝛ neceſſariũ:ꝛ ſub ſcꝺo enumerauit facile/ꝛ difficile: ſub p̊mo enumerauit ipſuꝫ tãtũ.igit̃ tãtũ qnqꝫ:quos Ariſtoteles non diſtinxit ꝓpter breuitatem. Hec Auerroes que quantũ textui cõueniant:tu vides.

¶ Simili rõne ꝛ ipſuꝫ genitũ/vno qdẽ dicit̃ mõ/ſi aliqd ſit poſteri⁹/qꝺ prius nõ erat:ſiue per generationẽ/ſiue ſine generatiõe ſit interdũ qdẽ ens:interdũ ſcꝺo nõ ens. Alio ſcꝺo mõ ſi poſſe ſit:ſiue veritate ſiue facilitate ipꝫ poſſibile ſit dĩfinitũ. Alio aũt mõ ſi gnãtio ſit ipſi⁹ ex eo qꝺ nõ eſt ad id qꝺ eſt:ſiue iam ſit/mõ ꝑ gnõnẽ ſit:ſiue ꝛ nõdũ ſit/mõ eſſe poſſit.

C

Expoſitio. ¶ Hactenus quot modis ingenitũ dicat̃:nunc quot modis ipſuꝫ genitũ:ꝛ inqt.[Simili rõne ꝛ ipſuꝫ genitũ/vno qdẽ dĩ mõ ſi aliqd ſit poſteri⁹:qꝺ prius non erat.]ꝛ hoc ſiue per gnõnẽ veraſqꝫ cãs gnãtionis ſit mõ ens/rurſus nõ ens:ſiue ſine gnõne/veriſqꝫ cauſis gnõnis.pꝫ igit̃ in hoc p̊mo mõ aſſeri actualẽ interpretationẽ:nõ tñ ꝑ determinatũ modũ incipiẽdi/quẽ gnãtio ipſa ſignificat:ꝛ ſic genitũ p̊mo mõ id eſt qꝺ eſt genitũ ꝛ p̊us nõ erat ſiue per generationẽ/ſiue nõ. ¶ Et hoc ſentit Auer.ait enim

Hec Auer. cõmẽ.12. Ariſ.in vno ſermone cõprehẽdiſſe duo oppoſita duob⁹ modis ipſius ingeniti:erat.n.vno mõ ingenitũ:qꝺ nõ ꝑ veras cãs poterat gnãri vt tactiones ꝛ motus. Alio mõ qꝺ nõ erat.ſꝫ ꝑ veras cãs poterat generari:nũc his duobus modis ponit vnũ modũ oppoſitũ dicens eſſe illud p̊mo mõ genitũ qꝺ eſt nũc ꝛ p̊us nõ aũt ꝑ veras cãs generationis:ꝛ hoc cõtra ſm modũ ingeniti:aut ſine veris

D cauſis:ꝛ hoc cõtra p̊mũ modũ.ꝛ huius cãm innuit:qꝛ genituꝫ hoc p̊mo mõ eſt illud qꝺ eſt in actu poſtq̃ fuit in po⁰.ꝓpea opponit̃ vtriqꝫ illoꝝ. Hec Auer.ex qbus dat vnũ ꝛ idẽ poſſe dici gnãbile ꝛ ignãbile:vt tactiões:ꝛ motus ꝛ relões:hec q̃tenus nũc ſunt/ꝛ p̊us nõ erant:genita dicunt̃:quatenus ſcꝺo ſine cauſis gnõnis ſunt:ingenerabilia dicunt̃. Addit tñ melius intelligi generabile tempore eſſe:ingenerabile ſcꝺo tempore nõ eſſe ſiue p̊mo ſiue ſcꝺo ſumant̃ mõ. Hec de p̊mo mõ. ¶ De ſcꝺo inquit.[Alio ſcꝺo mõ ſi poſſe ſit:ſiue veritate ſiue facilitate ipſuꝫ poſſe ſit definitũ.]ꝛ ſic hic ſcꝺs modus differt a p̊mo:qꝛ hic ſecundus aſſerit poſſibilitatẽ inceptionis.p̊mus aũt aſſerit inceptũ eſſe:cõuenit tñ:qꝛ hic eſt abſqꝫ determinato mõ incipiendi:veluti p̊mus:ꝛ ita ſm hunc modũ aſſerit̃ poſſibilitas inceptionis abſqꝫ determinato mõ incipiẽdi:qua rõne fit vt poſſit diſtingui in duo ſm diſtinctionem potẽtie. Hec de 2⁰ mõ. ¶ De tertio aũt inqt.[Alio mõ ſi gnãtio ſit ipſius ex eo qꝺ non eſt ad id qꝺ eſt/ſiue iam ſit/mõ ꝑ gnõnẽ ſit:ſiue ꝛ nõdum ſit/mõ eſſe poſſit.] ꝛ ſic ſm hunc tertiũ aſſerit̃ nõ tñ inceptio ſed incipiendi modus:lꝫ poſſit diuidi in duo quatenus aut eſt aut eẽ põt id qꝺ hoc tertio icipit mõ. ¶ Debes ſcire ꝙ duo ſũt inceptio ꝛ modus incipiendi ꝑ generationẽ determinatus. Primus modus limitat ſibi inceptionẽ/ꝛ nõ moduꝫ incipiendi. Secundus nec inceptionẽ nec modũ incipiẽdi. Tertius ꝛ inceptionẽ/ꝛ modũ incipiendi:ꝛ ſic pꝫ quo nã mõ differunt:ꝛ ſi dĩ ꝙ tertius modus vĩ nõ limitare ſibi inceptionẽ/qꝛ ait ſiue iam ſit:ſiue nondũ ſit:dici põt fortaſſe qꝺ ꝑ nõ ſit intelligit cõplete:vt ſit ſenſus ſiue iaꝫ ſit oĩno cõplete:ſiue ſit/ſed nonduꝫ cõplete:ꝛ ſic pꝫ diũa horũ modoꝝ.ꝛ ſic dĩ ꝙ hic tertius modus ꝯtinetur ſub p̊mo vt nemo dubitat. Rñdet Auer.vno mõ hoc eſſe cõcedendũ.naꝫ p̊mus modus eſt cõis ſm incipiẽdi modũ. at hic eſt determinatus ſm incipiẽdi modũ. ¶ Themi. aliter dixit:voluit enim Ariſ.per hunc tertiũ modũ illuꝫ intelligere/quo queđaꝫ neceſſario oriuntur:vt ſolet dici cras orit̃ ſol.hic.n.ortus neceſſarius eſt:ꝛ ſic differt a p̊ modo. ¶ Sed refellit hanc rñſionẽ:qꝛ id qꝺ neceſſario generat̃:nõ ſit per preuiaꝫ alterationem:ꝛ ita nõ eſt ad ꝓpoſitũ. Ariſto.enĩ loquit̃ de generabili per preuiã alterationẽ.ꝛ debes ſcire ꝙ duplex eſt gnãtio/altera qdeꝫ ꝑ preuiã diſpõnẽ ac alterationem:ꝛ hec qꝛ eſt in tpe:põt ipediri in illo medio tẽpore. Alia equiuoce dicta/que eſt ſine preuia alteratione/vt dependentia queđaꝫ:ꝛ hec nõ põt impediri. Ariſtoteles loquit̃ de p̊ma/ꝛ non de ſcꝺa. ꝓpterea male Themiſtius. Hec Auerroes.

B

Replica. Sol. Replica.

F

Hec Auer. eođẽ cõm.

¶ Inſup etiã corruptibile/ꝛ icorruptibile ſimilr̃ dicunt̃. Nã ſi aliqd prius eſt:poſterius ſcꝺo nõ erit/aut ꝯtingat nõ eẽ/ſiue ꝑ corruptionẽ/mutationẽ ve/ſiue ſine corruptione/corruptibile hoc dicim⁹ eſſe. Preterea ꝛ illud qꝺ per corruptionẽ itedũ nõ eſſe põt:corruptibile eſſe dicimus. Inſup ẽt aliter corruptibile dicimus/quod facile corrumpitur:qꝺ qdẽ aliquis profecto interibundum dixerit.

G

Expoſitio. ¶ Hactenus de genito deqꝫ ingenito:nũc de corruptibili atqꝫ incorruptibili:ꝛ p̊mo de corruptibili. Ubi debes ſcire vt ſapiẽde notat expoſitor duo eſſe in corruptiõe veluti ẽt duo erant in ipſa gnõne.alterũ eſt ipſa rei definitio. Alterũ ſcꝺo modus definiẽdi/vꝫ per cãs ꝛ cõditiones vere corruptoꝝ:ideo tres facit modos/ꝛ inquit.[Inſup etiã corruptibile ꝛ incorruptibile ſilr̃ multifariam dĩr. nam ſi aliqd p̊us eſt:poſterius ſcꝺo nõ erat:aut contingit nõ eſſe/ſiue ꝑ corruptionẽ mutationẽ ve/ſiue ſine corruptione/corruptibile hoc dicim⁹ eſſe.]ꝛ ſic p̊mus modus eſt ꝑ indifferẽtiam modi deſinendi:qa eſt tam coꝝ:que deſinunt per corruptionẽ/q̃ eorũ que deſinũt ſine corruptione. ¶ Debes ſcire ꝙ cõtingens eẽ enũtiat̃ ꝑ ꝓpõnẽ de futuro/vt nauale bellũ erit:ꝛ ꝑ ꝓpõnẽ de p̃ſenti. Sed de mõ ꝯtingẽti:vt cõtingit nauale bellũ eſſe:vt dĩ in lib. de interp̃tatiõe:ꝛ qꝛ corruptibile eſt ꝯtingẽs nõ eẽ.ꝓpea dixit ſi aliqd p̊us eſt/poſteri⁹ ſcꝺo nõ erit:dnotat.n.illũ eẽ ꝯtingẽs ꝑ ꝓpõnẽ de futuro.adiecit ẽt/aut ꝯtingit nõ eſſe vt denotet ꝑ ꝓpõnẽ de p̃nti de mõ cõtingẽtis. Hec de p̊ mõ. ¶ De ſcꝺo ſcꝺo igt.[Preterea ꝛ illũ qꝺ ꝑ corruptionẽ interdũ nõ eẽ põt corruptibile dicim⁹]ꝛ ſic ſcꝺs mo

H

I dus eſt ꝑ limitationē modi deſinēdi:qꝛ eſt ſolū eorū.q̄ ꝑ corruptionē deſinūt:qa rōne vi hūc modū eē vti ſpēm ꝓmi modi:aut ſaltē qd limitati⁹ eſſe. Hec de ſcdo. ❡ De tertio ingt. Inſup ēt alr corruptibile dicim⁹:qđ facile corrūpit. Hic tertius addit ad ꝓmū limitationē modi deſinendi:qa eſt eoꝝ que deſinūt ꝑ corruptionē:⁊ addit ad 2m:qꝛ eſt eorū que facile intereunt:qđ gdē hac rōne ꝑfe
Uel φθαρό μενον cto aliqs grece ἔφθαρτον dixerit/bene vel facile corruptibile latine/qđ vno v̄bo latine diximꝰ interibundū:⁊ ſic pꝫ hos tres modos ſe hūe ꝑ adiectionē. Nā ꝓmus eſt ꝑ indifferētiā modi deſinēdi:cuꝫ ſit tam eoꝝ que ꝑ corruptionē deſinunt vt aīalia ⁊ elīnta:q̄ꝫ eoꝝ que deſinūt ſine corruptione vt relōnes ⁊ tactiones ſiue motus. Secundus eſt ꝑ determinationē modi deſinendi/qꝛ eſt ſolū eoꝝ:que deſinūt ꝑ verā corruptionē. Tertius adhuc magis ꝑ determinationē modi deſinēdi:qꝛ eſt dūtaxat eoꝝ/
Dubi. que ꝑ verā ⁊ facilē deſinūt corruptionem. ❡ Sed dices cū in corruptione duo ſint deſitio ipſa:⁊ modus deſinē
K di vt in gnōne duo erāt inceptio ⁊ modus icipiēdi. Quare vt in gnābilibꝰ diſtinxit tam penes inceptionē/ꝑ actū ⁊ potētiā:q̄ꝫ penes moduꝫ non ſic in corruptione etiā diſtinxit ⁊ ꝑ deſitionē ad actū ⁊ poam ⁊ modū deſinēdi vt
Sol. fecit. Soluꝫ eniꝫ per modū deſinendi diſtinxit. ❡ Dici pōt eſſe loquēdū vt plures:qꝛ v̄bo φθαρτόν. Hoc eſt corruptibile in lingua greca non venit ad vſum/niſi pro re que eſt/⁊ pōt nō eſſe:ideo nō diſtinxit in actum ⁊ poten
Uel φθαρό μενον tiam:id enim qđ corruptum eſt/nō φθαρτόν ideſt corruptibile in illa dicet̄ lingua:ſed ἐφθαρμένον hoc eſt corruptuꝫ. ꝓpterea corruptibile nō per potentiā ⁊ actū diſtin
Que Auer. cōm̄.c.113. xit:ſed ꝑ indifferentiā modi deſinēdi. ❡ Auerroes v̄o ꝓ declarat cām cur corruptibile per verū deſinēdi moduꝫ dicat̄ corruptibile:⁊ arguit per locū a minori:nā ſi corruptibile ſine modo deſinendi dicitur corruptibile.igitur corruptibile per modum deſinendi magis dicatur tale.
❡ Secūdo per exempluꝫ Themiſtiꝫ declarat quid eſt
L illud qđ eſt corruptibile per modū deſinēdi:⁊ ait id eē corruptionē magni fluuij ſm trāſlationē de loco ad locum:fluuius.n.corruptibilis eſt ſcdo corrūpendi modo. ❡ Tertio ait ꝙ lꝫ ipſiuꝫ corruptibile ſit duplex/facile ⁊ difficile:ſolum ſumpſit corruptibile facile:qꝛ eſt plus in vſu:vi eniꝫ oē fere corruptibile eſſe quaſi facile tale:qm ad nō eſſe minora regrunt̄ vt dī ſcdo topicoꝝ. ❡ Ultimo Auerroes in cōmēto hoꝝ modoꝝ ſic ponit numeꝝ:nā corruptibile dī de corrupto in actu/⁊ in potētia:ſi in actu/hoc duplr/aut per verā ⁊ ꝓpriā generationē:vt elemēta generant̄/aut ad gnōnē alteriꝰ/qđ per ſe generat̄/ vt elīnta. Si v̄o dī de corruptibili potētia/hoc eſt dupli
Qualis Aū. expoſitio. citer:aut facile:aut difficile. Hec Auerroes. ❡ Sꝫ pace ſua hec ſufficiētia eſt ad modos corruptibilis:quos ipſe finxit/⁊ nō quos Ariſtoteles enumerauit.error enim venit ex malis tranſlationibus.

M ❡ Etiā de incorruptibili eadē eſt rō:aut eniꝫ ſine corruptione iterdū qdē eſt:interdū v̄o nō eſt.ceu tactiones ipſe:propterea ꝙ prius erant:⁊ poſtea nō ſunt ſine corruptiōe. Aut id qđ cū nunc qdē ſit ens:ipſuꝫ tamē impoſſibile eſt nō eſſe/vel nō fore aliquando.

Expoſitio. ❡ Hactenus de corruptibili:⁊ de incorruptibili nūc tranſigit:⁊ rurſus diuidit ipſuꝫ in tria. ꝓmus modus ſumitur ꝑ negationē modi deſinendi:quatenus eſt eorū:que deſinere quidē poſſunt ſm rem. Sed nō per modū deſinendi:⁊ hoc ingt.⌊Etiā de incorruptibili eadē eſt rō:aut eniꝫ ſine corruptione interdū qdē eſt:interdū v̄o non eſt:ceu tactiones.ꝓpterea ꝙ ꝓus erant ⁊ poſtea nō ſunt ſine corruptione.⌋ Hic eſt ꝓmus modus:⁊ de ſcdo ingt.⌊Aut id qđ cū nūc qdē ſit ens:ipſuꝫ tñ īpoſſibile eſt non eſſe/vel nō fore aliqn.⌋⁊ hoc mō eternū eſt icorruptibile:nā priuat rem/⁊ omnē modū deſinendi. N

❡ Tu eniꝫ es nūc/⁊ tactio etiā eſt nūc:corruptibiles tamē eſtis:qꝛ erit aliqn̄ tempus:qn̄ nec te eſſe/nec hec tangere verū erit dicere.

❡ Soluere videt̄ dubiū circa dicta Ariſtoteles/nā oē qđ eſt dū eſt/īpoſſe eſt nō eſſe.igit̄ oia ſunt hoc mō incorruptibilia. Soluit ꝙ oia dici poſſunt neceſſaria ſub conditione videlꝫ dum ſunt:⁊ ſic oia incorruptibilia ex conditione videlꝫ dum ſunt:tñ ſunt poſſibilia abſolute ſumpta:⁊ hoc inquit.⌊Tu eniꝫ es nūc ⁊ tactio ēt eſt nūc⌋⁊ ſic neceſſaria ac incorruptibilis ex ꝯditione⌊corruptibiles tñ eſtis⌋ſupple abſolute⌊qꝛ erit aliqn̄ tp̄s:qn̄ nec te eē/nec hec tangere verū erit dicere:⌋⁊ ita ſunt abſolute poſſibilia neceſſaria tñ ex cōditione:⁊ ſic patet ad dubium. Expoſitio. O

❡ Maxime v̄o ꝓprie incorruptibile dī:qđ qdē eſt/nō pōt aūt ſic corruptū eē/vt ⁊ nunc ſit/poſtea aut nō ſit aut nō eē ꝯtingat. Uel ⁊ cū ſit ens nōdū corruptū/poſtea ꝯtigat nō eē.

❡ Quia ſumpſit icorruptibile dici duplr:⁊ de eterno:qđ ſimplr eſt incorruptibile:⁊ de eo qđ eſt dū eſt:docet nūc de quo horū maxime ꝓprie dī/⁊ vult maxime dici de eo incorruptibili/qđ ſimplr eſt impoſſe corrumpi:vt deus. Sed ꝑ intellectu litere debes ſcire ipſuꝫ corrūpi vel ipſꝫ corruptibile bifariā apud aliquos exponi. Uno mō per affirmationē de preſenti/⁊ negationē de futuro/vt nunc Socrates eſt/⁊ poſt hoc nō erit/vel pōt nō eſſe.igit̄ corrumpit̄ vel eſt corruptibilis. Aut ꝑ negationē de preſenti ⁊ affirmationē de preterito:vt nūc nō eſt vel pōt non eſſe/⁊ antea fuit.igit̄ Socrates corrumpit̄ vel eſt corruptibilis. Uult igit̄ maxime ꝓprie incorruptibile dici ꝑ negationē deſitionis/tam ꝓmo q̄ꝫ ſcdo mō exponēdo. Et hoc inquit.⌊Maxime v̄o ꝓprie dī incorruptibile:qđ qdē eſt nō pōt aūt ſic corruptū eſſe/vt nūc ſit poſtea aut nō ſit aut nō eſſe cōtingat.⌋⁊ ſic per negōnē deſitionis ꝓmo mō expoſite⌊vel ⁊ cū ſit ens nondū corruptū/poſtea cōtingat nō eſſe.⌋⁊ ſic ꝑ negōnē deſitionis ſcdo mō expoſite:⁊ ſic maxime ꝓprie incorruptibile er.i. ipſꝫ eternum. Expoſitio. P

❡ Dicitur etiaꝫ incorruptibile:⁊ id quod nō facile corrumpitur.

❡ Tertio incorruptibile vult dici:qđ nō facile corrūpit̄:vt mons:⁊ ſerpēs:⁊ id genꝰ. Auerroes v̄o ſumit horū numerū ſic/incorruptibile vel eſt qđ eſt ⁊ nō pōt nō eſſe:⁊ hoc dī eternum.aut qđ eſt ⁊ pōt nō eſſe:⁊ hoc duplr/aut ſine cauſis corruptionis:⁊ ſic eſt ꝓmus modus. Uel per cauſas corruptionis:⁊ hoc duplr aut facile:aut difficile. Sed q̄ꝫ ſit ad v̄ba Ariſtotelis hec ſufficientia:tu intelligis. ❡ Sed queres quo nam mō ipſa corruptio deſinat eſſe:aut ꝑ corruptionē:aut ſine corruptione. Iam patet ſolutio:ipſa eni corruptio nō corrūpit̄ denoiatiue/vt nec albedo eſt alba:ſꝫ formalr ⁊ ꝑ ſe ipſaꝫ vt albedo eſt alba. Expoſitio Que Auer. cōmē.114. Q Dubiu. Sol.

❡ At ſi hec ita ſeſe hn̄ant:ꝯſiderandū eſt quonā mō poſſibile atqꝫ īpoſſe dicimꝰ. Nā ⁊ qđ ꝓpriiſſime icorruptibile dī/ex eo ꝑfecto definit̄:qꝛ īpoſſe eſt corrūpi:neqꝫ interdū eſſe:neqꝫ interduꝫ nō eſſe pōt. Inſup ēt ingenerabile dī impoſſe:⁊ qꝛ ſic gn̄ari nō pōt vt prius

A quidem non fit: poſterius vero fit: ceu diametrum cõmenſurari.

Expoſitio. ¶ Hactenus de generabili: corruptibili: ingenerabili: ⁊ incorruptibili: nunc de poſſibili ⁊ ipoſſibili: ⁊ primo ꝓponit intentionẽ: ſcḋo rõnẽ intentionis. tertio proſequit̃: ⁊ in ꝓponendo intentionẽ dat intelligere ordinẽ ad dicta: ⁊ inquit. [At ſi hęc ita ſeſe habeant: cõſiderandũ eſt, quo nãq̄ mõ poſſibile atq̄ impoſſibile dicimus.] Ecce intẽtionem ⁊ ordinẽ. aſſignat rõnẽ ex his quę primo topicorũ capite duodecimo dixerat: ibi enĩ dictũ eſt ad ſumendũ quoties aliqd dr̃, vtile eſt inſpicere ad definitiones ⁊ ptes illius: arguit igit̃, hęc ponunt̃ in definitione eorũ quę accepta ſunt. igit̃ poſt tractatũ de illis, reſtat tractari de his: ⁊ ſic reſtat videre quoties hęc dicant̃. Antecedẽs ꝓbat: ⁊ inqt [nã ⁊ qḋ ꝓpriiſſime incorruptibile dr̃: ex eo ꝓfecto B definit̃: q2 ipoſe eſt corrumpi] ⁊ ex eo q2 [neq̄ interdũ eſſe, neq̄ interdũ nõ eſſe põt] ⁊ ſic incorruptibile ꝓpriiſſime ſumptũ videlz qḋ erat neceſſe eſſe, ſiue ęternũ, per ipſuz ipoſſibile definit̃. Deinde ꝙ etiã ingenerabile per idẽ definiat̃ oſtendit: ⁊ inqt. [Inſup ẽt ingenerabile dr̃ ⁊ q2 ſic generari nõ põt vt prius qdẽ nõ fit: poſterius vero fit ceu diametrũ cõmẽſurari conſtę] ⁊ ſic ingenerabile ꝑ ipoſe definit̃: ⁊ ꝑ oppoſitũ corruptibile ⁊ generabile per poſſibile ipſuz definiunt̃: hoc qdẽ per poſſibile non eſſe vt corruptibile: illud vero per poſe eſſe vt generabile. igit̃ ⁊ de ipoſſibili ⁊ poſſibili rõnabilr̃ reſtat dicere poſt illa.

Cõe Auer. cõmẽ.115. ¶ Auerroes aũt laborat in explanando cur Ariſtoteles dixit ęquale, ſiue temperatũ nãlr̃ in definitione ingenerabilis: ⁊ eius labor eſt vanus: q2 illud verbum nõ eſt in codicibus grecis: ⁊ ideo ponderat: quod non eſt Ariſtotelis: ſed eſt id quod dicit per inſomnium.

¶ Siqd igit̃ ad ſtadia centũ moueri põt: aut pondus attollere: ad ſũmum ſemper aſſignamus: veluti centum tollere talenta, atq̄ centum per ſtadia inambulare.

C Expoſitio. ¶ Propoſuit ſe dicturũ de poſſibili, deq̄ ipoſſibili: nũc ꝓſequit̃: verũ debes ſcire ꝙ poſſibile vno mõ ſumit̃ vt eſt ꝓpoſitionis mã: qḋ idez valet, qḋ cõtingẽs: ⁊ hoc mõ eſt habitudo terminorũ ſubiecti ⁊ pdicati: qua ratione differt ab ineſſe, atq̄ neceſſario ineſſe: vt in primo priorum diximꝰ: ⁊ hoc mõ poſſibile diuidit̃ in poſe: qḋ ſequit̃ ad verũ ſiue neceſſariũ, ⁊ ad falſuz qḋ eſſe põt: ⁊ de tali poſi, ſiue ipoſſibili, nõ loquit̃ hic Ariſ. Alio mõ ſumit̃ poſe vt ſumit̃ a potentia, vt. 2. de interpretatione dr̃: quo mõ dicimus aliqd eſſe poſe regi, qḋ eſt ipoſſibile militi, vt debellare regnũ poſſibile eſt regi: ⁊ militi nõ. ⁊ de hoc mõ poſſibili vel ipoſſibili loquit̃ Ariſ. nunc: ⁊ qm̃ hoc eſt duplex dictũ a potẽtia actiua: ⁊ dictũ a potentia paſſiua: iõ primo docet poſſibile dictũ a potẽtia actiua, Scḋo remouendo dubiũ docet poſe a potẽtia paſſiua. de primo inqt. D [Siquid igit̃ vel aĩal, vel qḋuis aliud ad ſtadia centum moueri põt, aut pondus attollere: ad ſũmũ ſemꝑ aſſignamus: veluti centũ tollere talenta, aut centum per ſtadia inambulare] ⁊ ſic potẽtia actiua terminat̃ atq̄ cognoſcitur per maximum in qḋ põt. ¶ Debes ſcire ꝙ potentia definit̃ per actũ: actus vero per obiectũ: ⁊ q2 ab excellentiori obiecto cognoſcit̃ maior vis potẽtiaq̄ rei: iure per maximum ipſa potentia definiri debet.

¶ Quãuis ⁊ partes q̄ citra ſũt: poſſit: ſi ⁊ exceſſuz poſſit: quare ad exceſſuz, atq̄ finẽ dfiniri opꝫ potẽtiã ipſaz, nã igit̃ id qḋ põt tot per exceſſuz, ẽt ea q̄ citra ſunt neceſſe eſt poſſe. vt ſi centuz talenta leuare: ⁊ duo poſſe: ⁊ ſi per centum ſtadia ambulare põt, ⁊ per duo ambulare poſſe: potentia itaq̄ exceſſionis eſt. E

Expoſitio. ¶ Remouet tacitũ cauillũ: poſſet. n. dici potẽtia quęlibz: quę põt in maius: põt ẽt in minus. igit̃ non tm̃ per maius ipſa definit̃: ſed ẽt per minus: vbi. n. ſolum ꝑ maius ipſa definiret̃: videret̃ ſolum ipſam poſſe in maius. Soluit ⁊ igt. [Quãuis ⁊ ptes quę citra ſũt poſſit: ſi ⁊ exceſſuz poſſit: quare ad exceſſũ atq̄ finẽ dfiniri opꝫ potẽtiã ipſaz.] Cuius cãm indicat: quãuis in greco vr̃ ꝯcludere, ſed vis eſt reddere cãm: ⁊ inquit. [Nam id qḋ põt tot per exceſſum: ẽt ea quę citra ſunt neceſſe eſt poſſe: vt ſi centum talenta leuare: ⁊ duo poſſe leuare neceſſe eſt: ⁊ ſi per centuz ſtadia ambulare poteſt: ⁊ ꝑ duo ambulare poſſe neceſſe eſt. Potentia itaq̄ exceſſionis eſt.] Sic igit̃ vult per exceſſum eſſe definiendã: q2 in exceſſu continent̃ minora. F huius rei põt aſſignari cã ex quodã ſimili, nã vt magnitudo molis determinat̃ per maximũ vt quãtitatẽ tricubiti nõ per bicubitũ definimus: nec rõnẽ hois ſi aſſignamus per ſenſile, ſed per rõnale: ſic magnitudo vigoris ꝑ maximũ definire opꝫ: minora enĩ in eo ꝯtinent̃. ¶ Ex his pꝫ Ariſtotelez actiuã potentiã definiſſe nõ oẽm, ſed mutabilem: quędã enim potentia eſt imutabilis vt illa dei tm̃ in mouendo orbem maximũ: ⁊ q2 hęc mouet illũ imutabilr̃ ita vt nec maius, nec minus poſſit mouere illo: ideo hęc nõ definit̃ per maximũ, nec minimũ. potentia vero quę mutabilr̃ mouet tunc minus, nunc maius, definit̃ ⁊ cognoſcit̃ eſſe alia atq̄ alia maior per maximum eorũ quę põt. ¶ Scḋo debes ſcire ꝙ potẽtia põt dupli definiri: abſolute, ⁊ ſic eſt pncipiũ agendi vel patiendi. ⁊ hoc modo ſpectat ad metaphyſicũ. Alio mõ cõparatiue reſpectu alterius potẽtię, qua ipſa aut maior aut minor dr̃: ⁊ ſic cognoſcit̃ per maximũ, nam ſi maximuz qḋ põt G altera: ſit maius eo qḋ altera põt: vna potẽtia eſt etiã altera maior: ⁊ hoc modo Ariſtoteles deſcribit. ¶ Tertio debes ſcire ꝙ potẽtia ꝓpterea nõ definit̃ ꝑ minora in q̄ põt: q2 talia poſſunt minui in infinitũ, mõ per infinitum nihil ſcit̃: nec definit̃, ꝓpterea ꝑ maximũ ⁊ nõ per minimuz definitur. ¶ Unde ex verbis Auerrois duę rõnes Cõe Auer. cõmẽ.116. colligi pñt: qbus potẽtia debeat definiri per exceſſuz. pꝰ, q2 defectus minuit̃ in infinitũ: ⁊ per infinitũ nihil cognoſcitur. Scḋo, q2 eo mõ potẽtia cognoſcit̃: quo differt ab alia per magis ⁊ minus. Sed potentia differt per magis ⁊ minus a potẽtia ꝑ maximũ. igit̃ ꝑ maximũ definit̃.

¶ Pręterea ⁊ ſi eorũ quę per exceſſuz dicuntur: tm̃ aliqd ipoſe eſt: etiã plura ipoſſibilia ſunt: qui nãq̄ mille ſtadia peragrare nõ põt: is profecto neq̄ mille ⁊ vnũ poterit.

Expoſitio. ¶ Ut poſſibile de quo erat intẽtio dicebat̃ a potentia: ſic ipoſſibile denoiat̃ ab impotentia ſiue defectu: docet igit̃ H nunc definire impotentiã: ⁊ vult ipſaz cognoſci per minimũ eorũ q̄ nõ põt: ⁊ reddit cãm, q2 ꝓcedere licet in exceſſibus ad infinitũ: ⁊ per infinitum nihil cognoſcit̃: ⁊ B inquit. [Pręterea ⁊ ſi eorũ quę per exceſſum dicunt̃ tm̃] vt mille ſtadia peragrare eſt aliqd ipoſe reſpectu ipotentię deambulatiuę Socratis [ẽt plura ipoſſibilia ſũt] vt mille, ⁊ vnũ, ⁊ mille ⁊ duo: ⁊ ſic in infinitũ. ⁊ hoc inquit. [Qui nãq̄ mille ſtadia peragrare nõ põt: is ꝓfecto neq̄ mille ⁊ vnũ poterit] nec mille ⁊ duo, nec mille ⁊ tria: ⁊ ſic in infinitũ. igitur impotentia nõ ꝑ exceſſum: cũ nõ def, cognoſcit̃: ſꝫ per minimũ eorũ: quę nõ põt. ¶ Põt ẽt ex Auerroe colligi alia rõ: q2 talr̃ eſt impotentia definiẽda: Cõe Auer. cõmẽ.117. qualr̃ differt ab alia ꝑ magis ⁊ minꝰ. Sꝫ differt ab alia

I per minimuȝ eorū q̄ nō poteſt: dicit̄ enim vna impotentia altera vel maior vel minor ſi minimū eoꝝ q̄ nō poteſt eſt maius vel minus altero minimo alterius.

¶ Nihil tñ nos perturbet finis eorū q̄ pōt aliqua potētia/ſi id qđ ꝑprie poſſibile dr̄ per finē exceſſus definiat̄: forſitan enim dicet q̄ſpiā/id qđ dictū eſt nō neceſ̄ ita eē. q nāq; ſtadiū videt: is nō ⁊ magnitudīes eas q̄ citra ſunt videbit. Sed potius ecōtra: q punctum videre poteſt: aut paruū audire ſonum: is ⁊ maiorū ſenſum habebit. Uerum nihil refert ad rationē: definiat̄ eniȝ exuperatio ipſa aut in potētia/aut in re ipſa. id eniȝ qđ dictuȝ eſt

K perſpicuuȝ eſt: viſio ſiquidem ea ſit q̄ per minus. Uelocitas vero q̄ p maius excellit.

Expoſitio. ¶ Mouet cōtra ſe dubitationē: ex cuius ſolutione patebit/quonā modo paſſiua potētia terminat̄: ⁊ p̄mo ꝑponit illā dicens[nihil tñ nos perturbet finis eoꝝ q̄ pōt ſupple aliqua potētia]vt viſus vel auditus: vel id gen⁹/ſupple ſi ille finis per minimū ⁊ nō p maximū deſcribatur. dico nihil perturbet[ſi id qđ ꝑprie poſſibile dr̄ per finē exceſſus vt patuit definiat̄]cū turbatiōis eſſe poteſt ꝯtrarietas definitionū: quā ſubſcribit: ⁊ inquit.[Forſitā enim dicet q̄ſpiaȝ id qđ dictū eſt/nō neceſſario ita eſſe: q nāq; ſtadiuȝ vel qd tale videt: is nō ⁊ magnitudines oēs q̄ citra ſūt videbit]cū ſit dare minimū viſile.[Sȝ potius ecōtra qui punctū videre pōt: aut paruū audire ſonuȝ: ⁊ maiorū q̄ ſit punctū/vel q̄ ſit paruus ſonus/ſenſū hīe pōt.](¶ Rñdet ⁊ inq̄t.[Uerū nihil refert ad rōnē]qua dfiniebat̄ ipſuȝ poſſibile per exceſſuȝ[definiat̄ eniȝ exuperatio ipſa ſemp/aut in ipſa potētia aut in ipſa re.]

L Nam quo mō libet finiat̄: ſemp per exceſſuȝ definitur: ⁊ hoc ſubdit dicens[id eniȝ qđ dictū eſt/perſpicuū eſt]q̄a ſemp ſeruat̄ exceſſus[viſio ſiquidē ea ſit: q̄ per minus definit̄. velocitas vero q̄ per maius]debes ſcire q̄ tā potentia actiua/q̄ paſſiua determinant̄ p maximum atq; exceſſum. Nā viſiua eſt altera maior cuius viſio eſt maior/motiua altera maior cuius mot⁹ eſt velocior. igitur ambe per exceſſuȝ operū definiunt̄: nō tñ eodē mō: naȝ in paſſiuis exceſſus eſt a pte potētię: q̄ patit̄/eſt enim viſio aquile maior: q̄ pōt videre minus. In actiuis vero cōtra eſt p maius: q̄ potētia regis maior eſt illa militis: q̄ poteſt in maius: ⁊ ita vtraq; per exceſſuȝ cognoſcit̄: ſȝ in paſſiuis exceſſus ſit a parte potētię/in actiuis a parte obiecti. ¶ Q̄ue ratio docet potētiā paſſiuaȝ debere cognoſci per minus: ⁊ ita pr̄dictaȝ rōnem nō deſtruit hęc

M obiectio: cuȝ illa ſit data de actiua/deq; poſſibili denoiato ab actiua potētia: ⁊ hoc dixit Ariſtoteles viſio ſiquidē ea ſit: q̄ per minus: ⁊ ita ex pte potētię. Uelocitas autē q̄ per maius excellit: ⁊ ſic ex pte rei: eſt eniȝ viſio opus potētię viſiuę/vt velocitas opus potētię motiuę.

¶ His vero definitis/dōm eſt q̄ ſequunt̄: ſi itaq; quedā ſunt poſſibilia eſſe ⁊ nō eſſe: qđdā tēpus maximū ⁊ eſſendi/⁊ nō eſſendi definitū ſit neceſſe eſt. (dico aūt rem eſſe poſſe aut nō eſſe poſſe in vno quoq; pr̄dicamēto. vt hominē aut albū aut tricubitum aut aliud id genus.) Nā ſi nō erit aliqđ quantū definitum ſed ſemp ꝑpoſito maius: cuiuſq; rōne nihil minus dicat̄: ideȝ ſane vno tēpore infinito erit poſſibile eē: altero tempore infinito poſſibile nō eſſe. qđ quideȝ eſt impoſſibile. N

¶ Potētia vt dicebat̄: quedā dicit̄ reſpectu operis: ⁊ hęc quonā mō cognoſcat̄: declarauit: alia eſt reſpectu eē vel non eſſe: ⁊ q̄ eſt ea qua aliqd pōt plus vel minus durare: ideo per ipſius tēporis exceſſuȝ declarabit̄: ⁊ p̄mo ꝑponit intentionē: ⁊ inquit.[His vero definitis dōm eſt ea q̄ ſequunt̄ deinceps.]Hęc eſt ītentio. Deinde ꝑſequitur/⁊ ꝑponit vnā hypotheticā: videlȝ ſi aliqua eſſe ⁊ nō eſſe poſſunt: eorū terminus erit p maximū tēpus: in quo eſſe pñt: ⁊ hoc inquit.[Si itaq; quedā ſūt poſſibilia eē/⁊ nō eſſe: qđdā tēpus maximū ⁊ eſſendi/⁊ nō eſſendi definitū ſit neceſſe eſt]cuius hypothetice cū ponit̄ antecedēs: erit poſitio ꝯñtis/q̄ cuiuſq; rei ſit maximū tempus durādi ſiue eſſendi ⁊ nō eſſendi. Hęc Ariſtoteles. ¶ De Expoſitio.

inde declarat in q̄bus hęc determinatio locuȝ habeat: ⁊ vult hanc determinationē locū habere in oī p̄dicamento: ⁊ hoc adiecit: ne q̄s credat tempus perdurationis ſolū in animalibus eſſe cōſtitutū: nam q̄dā dixerunt montes ⁊ valles eſſe perpetuas: ideo ſubdit in oī p̄dicamēto eſſe cōſtitutuȝ terminū ſuę durationis/tam ad eſſe/q̄ ad nō eſſe. ¶ Deinde reddit cauſaȝ eius qđ dixit ⁊ arguit per impoſſibile ⁊ inquit.[Nā ſi nō erit aliqđ q̄tū in ipſo tpe eſſendi vel nō eſſendi definitū/ſed quocūq; dato ac ꝑpoſito ſemp maius: ſic q̄ nō ſit deuenire ad vnuȝ maximū cuius cōparatione nihil aliorū q̄bus poteſt durare res ipſa ſit minus: ideȝ ſane vno tēpore infinito erit poſſibile eſſe/altero tempore infinito poſſibile non eſſe: qđ q̄dē eſt impoſſibile:]nā vt dicet̄ erunt duo tempora infinita ęqualia: ſed hoc quonā modo ſit īpoſſibile: quo vt ſequat̄: poſteri⁹ dicet̄ ſępe. Sic igit̄ pȝ poſſibile eſſe ⁊ poſſibile nō eſſe terminari per maximū tēpus. ¶ Quo vero O

ad verba attinet: ambiges vtrū eadē ſit potētia qua aliqd poſſit pati ſiue qua dicat̄ poſſibile pati/⁊ qua poſſit eſſe vel nō eſſe: ⁊ videt̄ q̄ ſic: nā materia eſt potētia qua vnūqđq; poſſibile pōt eē ⁊ nō eſſe: ⁊ hęc eſt potētia paſſiua: qua vnūqđq; pōt pati. Dici pōt q̄ materia ipſa ratione habita ad formā/eſt potentia eſſendi ⁊ nō eſſendi. Ratione vero habita ad agēs eſt paſſiua: ⁊ ſic eſt idē/ſubiecto/ratione differens. Hęc quo ad verba. P

Sed circa rem dubitat̄ contra p̄mā regulam/qua dicebat̄ potentiā actiuā terminari per maximū/q̄ ſi ita eſſet. tunc nō quilibet exceſſus nec q̄lȝ ꝑportio maioris inęqualitatis ſufficeret ad motū: quod eſt falſum. p̄mo/q̄ tunc daret̄ motus tardiſſimus/videlȝ ille quo. a. potētia moueret. b. reſiſtētiā exceſſu minimo: quo ſufficit ¶ Scđo/q̄ tunc rei ſucceſſiuę daret̄ vltīm: nam ſignatis. a. agente: ⁊. b. reſiſtēte: volo q̄ creſcat reſiſtentia ipſius. b. vſq; quo excedat̄ ab ipſo. a. exceſſu minimo: ⁊ ſimus in illo inſtanti/vel imediate poſt illud adhuc mouebit: vel nō mouebit/ſi mouebit: ille nō fuit minimus exceſſus: cū ſub minore illo. a. adhuc moueat. b. ſi nō mouebit: tunc illud eſt vltimū motus. Contra ſcđam regulā: q̄ dicit impotentiā terminari per minimū eoꝝ q̄ nō pōt: nā ſigno maximū in qđ pōt potētia. a. quod ſit. b. ⁊ ſigno minimum qđ nō poteſt eadem potentia. a. reſpectu cuius dicit̄ in potentia: ⁊ ſit. c. tūc arguo: aut hęc ſunt ęqualia: aut in ęqualia. ſi ęqualia. tunc. a. potētia pōt in vtruq;: ⁊ ſic. b. non dicet̄ minimum quod non: cum in illud poſſit: ſi inęqualia: certū eſt q̄. c. nō eſt minus ipſo b. quia tunc. a. poſſet in. b. ⁊. c. quicquid eniȝ poteſt in maius/poteſt in minus. Si vero maius ſit ipſum. c. ipſo. b. aut exceſſu diuiſibili: aut indiuiſibili: non eſt dicendum exceſſu īdiuiſibili: q̄ p īdiuiſibile nihil excedit. ſi ſit exceſſus diuiſi Q

De maximo ⁊ minimo.

A lis/ſit vt duo:⁊ cũ poſſit diuidi:adhuc ipſuʒ.a.pōt moue-
re.b.ipſuʒ/⁊ aliqd maiꝰ:mō ſit minꝰ ipſo.c.vtpote ipʒ.b.
cũ illo plus exceſſus videlʒ cũ vno plus:⁊ ſic ipſuʒ.b.nō
fuiſſet maius. ℂ Cōtra tertiã arguō/que dicit potētiam
paſſiuã terminari p minimũ:nã accipio illud minimuʒ:
qđ mouet illã potētiã paſſiuã:vel excellit illã/vel eſt eq̄-
le:vel minꝰ:nō eq̄le nec minꝰ/q2 nec ab eq̄li/nec minore
puenit actio.ſi maiꝰ:⁊ cũ nō ſit maiꝰ in re indiuiſibili:erit
maius in re diuiſibili:⁊ ita vt pus pōt minꝰ illo mouere
eãdē/vt ſi illō minimũ fuiſſet vt 4^or/⁊ reſiſtētia ſiue po-
tētia paſſiua vt tria:poſſet minꝰ illo minimo dato vtpote
vt tria cũ dimidio vnius mouere illã eandem. ℂ Cōtra
vltimã dubitant:q2 ſi daref maximũ tēpus eſſendi:tunc
rei permanētis daref vltimũ:vt deductuʒ eſt.Scđo/rei
permanētis daf pm non eſſe.igiť nō daf maximũ tēpus
quo eſſe pōt.Illud enĩʒ pmũ nō eſſe/eſt minimũ eorũ:q
B bus eſſe nō pōt. ℂ Tertio/tps quo Socrates mortuus
nō eſt/eſt īfinitũ.igiť nō maximũ:ſilr quo Socrates nō
fuit ante generationē fuit īfinitũ igiť nec eſſendi nec nō
eſſendi tps maximũ dari pōt. Hec ſunt fortiſſime qōnes
Regule de potentijs. cōtra Ariſtotelē. ℂ Circa hec debes ſcire:q tam ab Ari
ſtotele:q̃ ab Auerroe/⁊ ceteris grecis expoſitoribꝰ:colli-
Prĩa regla gunť hic quatuor regule de potētiarũ terminatione.qua
rũ pma eſt/poꝰ actiua terminať p maximũ qđ ſic:atqʒ p
ipſuʒ cognoſciť quanta ſit:hoc eſt per id qđ inter oia que
Secunda. ſic pōt aut mouere/aut afficere/eſt maius. ℂ Scđa ipo-
tentia actiua ſciť quãta eſt per minimũ in qđ nō pōt:hoc
Tertia. eſt per id:qđ eſt minimũ eorũ in que non pōt. ℂ Tertia
potētia paſſiua ſciť quãta eſt per minimuʒ a quo poteſt
pati/hoc eſt p id qđ inter oia e qbꝰ pōt pati eſt minimũ.
Quarta. ℂ Quarta eſt poſis eſſe/atqʒ poſſibilis nō eſſe eſt maxi
Poſitio Iuniorum. mũ tēpus:hec colliguntť craſſa minerua ex vbis Ariſto-
telis ℂ Iuniores vo potētias actiuas definiunt p mini-
mũ in qđ nō:naʒ pondus equale potētie eſt minimũ qđ
nō.potētias vo paſſiuas p maximũ a quo non pñt pati.
Cōſilr aiunt potētiã ad eſſe/⁊ nō eſſe terminari p mini-
C mũ in quo nō:⁊ ſic tenent quatuor/que videnť cōtraria
Ariſtoteli ⁊ expoſitoribꝰ:pro iunioribꝰ tñ ſunt rōnes di-
cte:que ſunt fortiſſime/nec pñt ſolui leuiter. ℂ Nōnulli
Nōnullorʒ conſilium. aiunt Ariſtotelē ⁊ iuniores idē ſentire. Nam Ariſtote-
les intellexit actiuas potētias ſciri per maximũ citra qđ
pñt ⁊ hoc aliq appellant minimũ qđ nō.paſſiuas autē p
minimũ vltra qđ nō pñt:qđ illi appellãt maximũ in qđ
nō pñt:⁊ ita de maximo ⁊ minimo tēpore:volunt enim
eſſe dandum maximũ citra qđ ois res pōt durare:⁊ hoc
eſt minimũ per qđ nō pōt durare. ℂ Hec expoſitio vř
deficere ppter duo.pmo q2 Auerroes expreſſe vult acti
Confu. uas terminari p maximũ qđ ſic:⁊ paſſiuas per minimũ
Scđa rñſio qđ ſic.Scđo/q2 eſt cōtra exēpla Ariſto.de directo.Sim-
plicꝰ quoqʒ expreſſe idē aſſerit. ℂ Propterea dici pōt
potētias actiuas ⁊ paſſiuas terminari per maximuʒ vel
D minimũ in numeris integris/nō aũt in numeris cuʒ fra-
ctionibꝰ:⁊ hec cōueniũt verbis Ariſtotelis ⁊ Simplicij/⁊
oiuʒ peripateticorʒ. Iuniores vo loquunť de maximo ⁊
Alanti ſol. minimo cũ fractionibꝰ:⁊ ɔſiliũ hoc nō diſplicet. ℂ So-
litus ēt erã dicere cũ Auerroe alibi vt ſexto phyſice au-
ſcultationis cō.15.⁊.32.⁊ alibi:q ſm ɔſiderationē nãlē
regule Ariſtotelis ſunt vere.nãlis enĩʒ phs oia cōſiderat
vt ſenſilia atqʒ ſenſu notantur.Mathematicus ɔſiderat
per imaginationē qcqd pōt cogitari:que rō docet ad ima
ginationē mathematici regulas Iuniorũ habere locum.
ℂ Tunc ad rōnes/ad pmã dico potētiã actiuã termina-
ri p maximũ ſenſile:⁊ dico q lʒ quilibʒ exceſſus ſufficiat
ad motũ/vt motus abſtrahit a ſenſu:nō tñ ſufficit ad mo
tũ ſenſu notabilē:⁊ ita cōcedo eſſe motũ tardiſſimũ:quo
nullus notabilr tardior ſentiri poſſet.Silr concedo dari E
vltimũ quo aliqua virtus mouet aliquã reſiſtentiã motu
ſenſu notabili.nō tñ vltimũ ſimplr quo virtus mouet re
ſiſtentiã aliquã quouis motu. ℂ Ad 2^m dico potentiam
actiuã terminari per maximũ notabilr ſenſile/impoten
tiaʒ per minimũ notabilr ſenſile qđ nō:⁊ cōcedo hec eē
diuerſa:⁊ illud minimum qđ nō eſſe maius maximo qđ
ſic:ex quo nō vltra ſequiť illō nō fuiſſe maximũ/nã fuit
maximũ apud ſenſibilē notã:lʒ nō maximũ ſm rem.cō
cludit igiť argumētũ illud non eſſe ſm rem:cum quo tñ
ſtat illud eſſe maximũ apud ſenſuʒ. ℂ Ad tertiã dic eo-
dē mō:potētia enĩʒ actiua terminaf per minimũ qđ nō:
⁊ paſſiua per maximũ qđ nō in cōſideratione mathema
tica:nō aũt in cōſideratione ſenſili/ac nãli.per idem ad
obiecta cōtra quartã/cōcludunt enĩʒ nō dari maximum
ſm rei nãm/lʒ ſit maximũ apud ſenſibilē ɔſiderationē:
F ⁊ ad vltimũ debes ſcire q alr eſt dari maximũ poſſibi-
lis nō eſſe/⁊ maximũ tps nō eſſendi.ſilr maximũ tēpus
eſſendi/⁊ maximũ tēpus poſſibilis eſſe.Unde concedo
nō dari maximũ tēpus nō eſſendi:q2 illud a parte poſt
eſt infinitũ:ſed bñ datur maximuʒ tēpus poſſibilis non
eſſendi:nã oēs res que pōt nō eē venit ad maximũ ipſiꝰ:
quo ipſa fuit ſub poſſibili nō eſſe.Silr daf maximũ tps
poſſibilis eſſe:q2 deueniēdũ eſt ad vltimũ tēpus:in quo
ceſſat potētia eſſendi/⁊ eſt res ipſa:⁊ tu intellige vt ſupra
ſm ɔſiderationē naturalem/nō ſm rem in ſe. Hec nunc
mihi videnť/lʒ aliter ſcripſerim in libro de gnōne.Sed
cum nihil certi habuerim in ſcientia naturali:ego ſcribo
vt venit in buccam.Mutantur enim opiniones ſm tē-
pora vt dixit Empedocles.

ℂ Principiũ vo hinc ſumať:ipoſe enĩʒ atqʒ
falſuʒ nō idē ſignificãt. Impoſe nãqʒ ⁊ poſ-
G ſibile/atqʒ falſuʒ ⁊ verũ vno mō ex ſuppōne
ſunt. veluti triangulũ duos rectos hĩe ipoſe
eſt/ſi hec ſint.ēt diameter cōmēſurabilis erit/
ſi hec ſint. Sũt aũt alio mō ſimplr ⁊ poſia ⁊
ipoſſibilia ⁊ vera ⁊ falſa. Nō eſt igiť idē fal-
ſuʒ aliqd eſſe ſimplr ⁊ ſimplr impoſſibile.

ℂ In oībus Ariſtoteles vt ſtudioſus geometrie ſeruat or Expoſitio.
dineʒ geometricũ.geometra nãqʒ pmo terminorʒ defi-
nitiōes ſumit.Scđo ſuppōnes ɔſtituit. Tertio ɔclōnes
deducit.Ariſtoteles igiť hactenꝰ ſumpſit terminorʒ defi
nitiones:nũc ſuppoſitiones ɔſtituit:quarũ pma eſt falſũ
⁊ impoſe nō ſunt idē:lʒ q2 hoc pōt eſſe falſuʒ:ideo decla-
rat hec quatuor videlʒ falſuʒ ⁊ veruʒ/poſe ⁊ ipoſe poſſe
ſumi ex ſuppoſitione:⁊ ſic falſuʒ ⁊ ipoſe/poteſt eſſe verũ
⁊ poſe:vt equuʒ habere alas eſt falſuʒ ⁊ ipoſe/tamen po
ſito q volet/erit verum ⁊ poſſibile ex illa ſuppoſitione.
Alio mō illa poſſunt ſumi abſolute:⁊ ſic falſuʒ nō eſt im
Due Auer. com. 14. v3. ex qua terra cõſtat erit grauioꝛ: ꝙ̄ ſit ſupficies ipſius ignis. Immo erit ſimplr g̃uis ſupficies terrę: ⁊ illa ignis ſimplr leuis: ⁊ ſic ſm ambas opiniones ſequitur puncta eſſe grauia. Hoc pacto Auerroes intellexit hunc locum: ⁊ recte expoſuit: vt patet.

Quidẽ ver bum ꝓter- miſſum eſt. Et antes Fieri põt. Cõtingit. ℂ Omnino aũt accidit aut aliqñ nullã eẽ magnitudinẽ: aut tolli poſſe: ſi ſimilr ſe h3 punctu3 quidẽ ad lineã: linea autẽ ad ſuperficiẽ: ⁊ hęc ad corpus: oĩa enim ſi ad inuicẽ reſoluantur: in prima reſoluentur: quare fieri põt vt puncta ſint ſola: corpus autem nullum.

Expoſitio. ℂ Hic ponit̃ tertia vel quarta rõ: ⁊ inqt. Oĩo ẽt accidit aut aliqñ nullã eẽ magnitudinẽ: aut aliqñ tolli poſſe oẽ3 magnitudinẽ: ſequit̃ ſupple dico / ſi ſilr ſe h3 punctũ qdẽ

M ad lineã: linea aũt ad ſupficiẽ: ⁊ hęc ſupficies ad corpus. deducit aũt ꝯñã: ⁊ inquit. Oĩa .n. ſi adinuicẽ reſoluant̃: in p̃ma reſoluent̃: quare fieri põt / vt puncta ſint ſola. corpus aũt nullũ: qꝛ puncta ſũt ſimplr p̃ma in cõpoſitione. Et ita corpa ad ſupficiẽ reſoluent̃: ſuperficies ad lineas: lineę aũt ad puncta: q̃re pũcta poſſent ſola remanere nõ

Due Auer. cõmen. 14 exiſtente corpore aliquo. ℂ Auerroes aũt inqt. Et ſi corpora cõponant̃ ex ſupficieb⁹: ⁊ ſupficies ex lineis: ⁊ lineę ex punctis: neceſſe eſt vt aliquo tp̃e nõ inueniat̃ corpus oĩno: ꝓbat ipſe hoc: ꝓpter diſſolutionẽ corpoꝝ omniũ in nõ corporea. ſ. in ſupficies / ⁊ lineas / ⁊ puncta. nã in illo tẽpoꝛe erunt oĩa corpa diſſoluta in ea ex qbus cõponũtur: neq3 inuenit̃ aliqḋ corpꝰ diſſoluẽdũ in ea: ex qbꝰ cõponit̃: qꝛ oĩa corpa ſunt diſſoluta. Ecce ꝙ Auer. deducit

Ariſt. ꝯñtiã hoc pacto: oẽ cõpoſitũ reſolubile in aliqua: erit aliqñ ad illa reſolutũ: oẽ corpus eſt cõpoſitũ ex punctis: qꝛ ex ſuperficiebus: ⁊ ſuperficies ex lineis: ⁊ lineę ex punctis. igit̃ aliqñ oẽ corpus erit reſolutũ ad puncta: q̃re ſequit̃ tũc ſolũ eſſe puncta: ⁊ nullũ corpꝰ eſſe. Hęc Auer- N

roes de ꝯñtia. ℂ Sed ꝯ hanc deductionẽ ſunt dubitatio: nã3 miſtũ cõponit̃ ex elntis: ⁊ tñ non ſequit̃ aliquando eſſe elnta ſola: ⁊ nullũ miſtũ. Preterea elementu3 eſt ex mã ⁊ forma: ⁊ tñ nõ ſequit̃ aliquãdo eſſe mãm ⁊ formã: ⁊ nullũ elementum. ℂ Rñdet Auerroes ⁊ vult hoc impoſſibile ſequi eos qui faciunt generationẽ ex nõ corpoꝛe: ⁊ corruptionẽ in nõ corpus. vt Platonici. qui autẽ ponit ꝙ corpus generet̃ ex alio corpoꝛe: ⁊ corrumpit̃ in aliud corpus: vt ait Ariſtoteles. nõ cõtingit ei vt aliquod tempus veniat: in quo nullũ erit corpus: quã relinquit in poſterũ declarandã: ⁊ ſic velle videt̃ Auerroes ꝯñtiam valere de cõpoſitione quãtitatiua. qua Plato ait corpa cõponi ex punctis. Nam omne compoſitũ ex aliquibus compoſitione quãtitatiua / reſoluet̃ aliqñ ad illa. modo nec miſtũ fit ex elemẽtis cõpoſitione quãtitatiua: nec elementum ex mã ⁊ forma: ⁊ ſic nec miſtũ aliqñ reſoluetur ad elementa: nec elementũ ad mãm ⁊ formã / taliter vt ſola ſint elemẽta: vel mã ⁊ forma ſolę: ⁊ nihil aliud. ℂ S3 adhuc dubito ꝯtra ſolõnẽ Auer. qꝛ totus mundus fit ex qnq3 corpoꝛibus cõpoſitione quãtitatiua: ⁊ aial ex mẽbris cõpoſitione quãtitatiua: ⁊ tñ partes mundi nõ erũt aliqñ: ⁊ mũdus erit corruptus. ſilr nec mẽbra erũt aliqñ abſq3 aiali. ℂ Melius igit̃ expoſitoꝛ auctoritate Simplicij. Rñdet: ꝙ qui ponit miſtũ fieri ex elementis bene põt dicere neceſſitatẽ miſtionis: nam miſcibilia ſubduntur motibus cęloꝝ: qui neceſſario ſm Ariſtotele3 operãtur miſtionẽ. Puncta aũt cum ſint ſimplr indiuiſibilia: non ſupponunt̃ cęleſtibus motibus: ⁊ ſic non pñt cęli in punctis ipſis inferre neceſſitatẽ miſtionis: ſunt eni3 ipſa indiuiſibilia non idonea miſtioni: nec apta ſubdi cęlis: ⁊ ſic ad formã dici põt / omne cõpoſitum vi ſuę naturę poſſe reſolui aliqñ ad illa: ex qbus componit̃: vt miſtum ad elementa. ⁊ elementũ ad mãm ⁊ formã: ⁊ aial ad mẽbra: ⁊ mundus ad quinq3 corpora: qm̃ omne cõpoſitũ vi ſuę naturę eſt reſolubile ad ea ex qbus cõponit̃. Uerũ neceſſitate motoris extrinſeci nullũ horũ põt eſſe aliqñ reſolutũ ad ea: ex qbus eſt: ita vt ſola illa ſint. Nam cęlu3 qḋ eſt motoꝛ neceſſario agit miſtionẽ miſti ex elementis: ⁊ cõpoſitionẽ elemẽti ex materia ⁊ forma: quare l3 neceſſitate intrinſeca omne cõpoſitu3 ſit aliqñ reſolubile ad ptes ex quibus eſt: neceſſitate tñ extrinſeca nõ oẽ cõpoſitum eſt taliter reſolubile: vt aliqñ ſolę partes ſint. At ſ3 Platone3 qui ponit corpora componi ex punctis op3 dicere duplici neceſſitate eſſe aliqñ puncta / ⁊ nullũ corpꝰ / intrinſeca qdem: qꝛ omne cõpoſitu3 per vim ſuę naturę eſt reſolubile ad ea: ex qbus eſt. extrinſeca vero: qꝛ puncta nõ ſubduntur cęleſtiũ actioni: ⁊ hęc ſolõ Simplicij ⁊ expoſitoris eſt optima: vt mihi videt̃. ℂ Et hãc ſolõnẽ Auer. fortaſſe olfecit in fine pręſentis cõmẽti: dicit aũt hoc qḋ dicit eſt neceſſariũ ei: qm̃ non eſt diſſolutio corpoꝛis in ſpecie in aliquo tẽpoꝛe cũ corruptione ſuoꝝ indiuiduoꝝ ſm hanc opinionẽ / niſi mõ accidẽtali. nã qui ponit corpus ex punctis fieri: ponit cõpoſitionẽ hanc fieri per accidens. nõ per ſe: ⁊ ita poſe eſt vt aliquãdo nõ inueniatur corpus ſm ſpeciem: qꝛ qḋ eſt per accidẽs poteſt nõ eſſe: imo de neceſſitate / omne per accñs aliqñ erit. at cu3 poſuerimus ſm Ariſto. ꝙ gñatio corporum eſt ex corpoꝛe per ſe: ⁊ intrinſece: ⁊ extrinſece: tunc cõtinuatio ⁊ ꝑpetuitas corpoꝛis in ſpē eſt eſſentialis ⁊ ꝑ ſe: in idiuiduo eſt accñtalis. Ecce ꝙ Auer. velle vi duplicẽ eſſe cõpõnẽ

Dubiũ. Sol. Auer. O Dubi. ꝯtra Sol. Auer. Due expo ſitoꝛ. P Q

A aliquius ex aliquib⁹ p accñs, vt qñ cōponit̃ aliqđ totũ
ex partibus p accñs.vz.caput ex capillis ⁊ p ſe:vt eſt cō/
poſitio elñti ex mã ⁊ forma:⁊ miſti ex elñtis:tũc vult q̄
oẽ cōpoſitũ ex aliq̄bus per accñs aliqñ reſoluet̃ ad illa:
ita vt illa ſint:⁊ ipm̃ nõ ſit:nec in ſpecie:nec in numero.
compoſitũ aũt alicui⁹ ex aliq̄b⁹ p ſe:nõ opꝫ vt tale reſol/
uatur ad illa ex quibus eſt:vt illa ſint:⁊ ipſum non ſit in
ſpecie:nec in numero:⁊ ſic videt̃ Auer.quaſi aliter rñde/
re:volens q̄ cōpoſitio corporũ ex punctis ſit p accñs:⁊
corporũ miſtorum ex elñtis:⁊ elñti ex mã ⁊ forma:⁊ vlt
corpoꝝ ex corporibus ſit p ſe.Tu ṽo cõſidera q̄ fortaſ
ſe hęc ſolutio Auerrois ſcđa eſt ficta:nõ enim ꝯſtat ſic eẽ
ad mẽtẽ Ploni:⁊ iõ cũ Simplicio ⁊ expoſitore ſentirẽ.

B ¶ Pręterea etiam ſi tempus ſimilr̃ ſe hꝫ:tol-
letur aliquando:aut tolli poteſt:ipſum enim

Expoſitio. nunc indiuiſibile eſt/vt punctum lineę.

¶ Quinto arguit:⁊ inquit.Pręterea ẽt ſi tp̃s ſe hꝫ ſimilr̃
ad ipſa nunc:vt linea ad puncta:ita vt tẽpus cōponat̃ ex
ipſis nũc:vt linea cōponit̃ ex punctis:tẽpus itaq̄ꝫ tollet̃
aliqñ:aut ſaltẽ tolli põt p reſolonẽ factam ad ipſa nunc.⁊
cãꝫ ꝯñtię aſſignat:⁊ inq̄t.Ipſũ.n.nũc indiuiſibile eſt:vt
punctũ lineę.Quare vt linea reſoluit̃ ad ipſa puncta in

Quę Auer. comen. 15. diuiſibilia:ita tp̃s ad ipſa nũc.¶ Auerroes aũt facit vnũ
ſyllm̃ p̃mo:⁊ inquit.Et ſi inſtantia in tẽpore ſunt ſimilia
punctis in lineis.lineę aũt cōponunt̃ ex punctis.igit̃ tp̃s
ex inſtãtibus.hic eſt ſylls:tũc infert:⁊ cum ita ſit:neceſſe
eſt/vt in aliqua hora ſit:in qua tẽpus nõ ſit:qđ eſt ĩpoſe:
⁊ hoc oſtendit:q̄ꝛ in aliqua hora non eſſe tẽpus implicat

C ꝯtradictionẽ:q̄ꝛ ponens hunc ſermonẽ negat ⁊ affirmat
tẽpus eſſe infinit̃.nã ꝯtingit vt ſit tẽpus aliqđ:in quo nõ ſit
tp̃s:⁊ ita erit tẽpus:⁊ nõ erit.¶ Deinde Auerroes oſten
dit ꝯñtiã valere:q̄ꝛ ſi ponat̃ tẽpus cōpoſitũ ex inſtãtib⁹:
vt cōpoſitę ſunt lineę ex punctis:opꝫ dicere tempus re/
ſolui ad ipſa inſtãtia:vt linea ad puncta reſoluit̃.naꝫ oĩs
cōpoſitio reſoluit̃ ad illa:ex q̄b⁹ eſt:vel ſaltẽ de poſſi ad
illa reſolui põt:dico de poſſi:ſi nõ ꝯcedit̃ de ineſſe.Uerũ
(vt dicit)ſi cōcedit̃ tp̃s reſolui poſſe de poſſibili ad ipſa
nunc:ſequit̃ aliqñ fore reſolutũ:q̄ꝛ oẽ poſſe neceſſario ali
quando ponet̃ in eſſe.verum de his alibi.

¶ Idem autem ⁊ his accidit:qui cęluꝫ ex nu
meris cōponunt.Quidã enĩꝫ ex numeris na
turã cõſtituunt:vt ⁊ pithagoricorũ nõ nulli.
Nã corpora q̄dẽ phyſica grauitatem atq̄ꝫ le
uitatẽ habere vident̃.Unitates aũt neq̄ꝫ cor

Expoſitio. pus facere cōpoſitę pñt:neq̄ꝫ grauitatẽ hñe.

¶ Nunc quaſi p viã ꝯñtię atq̄ꝫ corollarię opiones pitha/
goricoꝝ refellit:⁊ p̃mo ꝓponit gñatim illius opionis er/
rorẽ:⁊ inq̄t.Idẽ aũt abſurdũ ⁊ his accidit:qui cęlum ex

D numeris cōponunt.Deinde poſitionẽ eorũ breuibus tã/
git:⁊ inq̄t.Quidã.n.ex numeris nãm cõſtituũt hoc cęluꝫ:
⁊ oẽ cōpoſitũ nãle:vt miſta:⁊ elñta.vt ⁊ pithagoricorũ
nõ nulli.Ultimo q̄ꝛ dixerat idẽ abſurdũ ſequi hãc poſi/
tionẽ:explicat ſpeciatim illud:⁊ inq̄t.Et ſupple tu idem
abſurdũ ſequit̃:nã corpora q̄deꝫ phyſica grauitatẽ atq̄ꝫ
leuitatẽ habere vident̃.eſt igit̃ maior/corp⁹ phyſicũ eſt
graue aut leue.Deinde dat ſilr̃ ꝯcl̃onẽ:⁊ minorem:⁊ inq̄t.
vnitates aũt neq̄ꝫ corp⁹ facere cōpoſitę pñt:⁊ hęc eſt cō/
cluſio:neq̄ꝫ grauitatẽ hñe:⁊ hęc eſt minor.Unñ põt totus
ſylls eſſe/oẽ corpus graue eſt ex grauib⁹:⁊ oẽ corp⁹ leue
eſt ex leuibus.elñta ⁊ miſta ſunt oĩa aut leuia aut grauia.
igit̃ elñta ⁊ miſta cōponent̃ ex grauib⁹.Ultra/oẽ elñtuꝫ
aut miſtũ cõſtat ex grauib⁹.numeri nõ ſunt graues:nec
leues:veluti nec vnitates.igit̃ nec elñtũ nec miſtuꝫ põt

eſſe ex numeris:nec ex vnitatibus.Hęc eſt tota ratio. E
¶ Aduerte q̄ codicib⁹ aliq̄b⁹ reperit̃ epilogus:vt ex/
poſitor habebat:in noſtris ṽo in codicib⁹ gręcis nõ legi
ipſuꝫ.¶ Quo ṽo ad ṽba attinet/Auer.ponderat verbuꝫ Quę Auer.
nãm:⁊ dixit q̄ q̄dã nãm ꝯſtituunt ex nũeris:nã ſunt duę cõmen. 16.
põnes:vna voluit corpora nãlia cōponi ex numeris:vt
pithagoreoꝝ nõnulli:⁊ iſti per nãm intelligunt corpora
nãlia.Aliꝫ(vt Plato)dixerũt formas.i.ideas intelligen/
tiam.i.deũ/ſeu aĩam mũdi:⁊ aĩam noſtrã cōponi ex nũe/
ris:q̄ꝛ dixerũt aĩam eſſe numerũ ſeipſuꝫ mouentẽ.Ariſt.
igit̃ obycit ꝯ dicẽtes nãꝫ eſſe factã ex nũeris:q̄ꝛ ad illos
ſeq̄t̃ vnitates eẽ graues aut leues:eo q̄ꝛ corpa nãlia ſunt
aut grauia aut leuia:⁊ nõ ꝯ eos q̄ dixerũt aĩam factaꝫ ex
numeris.nõ enim ſeq̄t̃ vnitates eſſe graues:vel leues:ſi
aĩa ſit ex numeris:q̄ꝛ aĩa nec eſt grauis nec leuis:⁊ ſic pꝫ
cur dixit nãm.Hęc Auer.¶ Pręterea.Auerroes.ꝯ.17. Quę Auer.
laborat p̃mo circa quorũdã ṽborũ interpretationẽ.Ubi cõmen.17.
debes ſcire q̄ in arabicis codicib⁹ reperiebat̃ duplex te
xtus:vnus erat.Neq̄ꝫ punct⁹:neq̄ꝫ vnitas hꝫ ſoliditatẽ: F
aut grauitatẽ oĩno.Et hic textus apud eũ nõ hꝫ dubiũ.
nã clare pꝫ vnitatẽ nõ hñe grauitatẽ:nec ſoliditatẽ in cõ/
tinuo.ſilr̃ nec punctus.¶ Alius textus erat.Neq̄ꝫ pun/
ctus:neq̄ꝫ vnitas hꝫ ſoliditatẽ aut actionẽ oĩno.Et tunc
Auerroes laborat ſuper ṽbũ actionẽ:⁊ ait per actionem
debere intelligi cõẽ actioni ⁊ paſſioni:quę a formis nãli
bus ꝑficiũt̃.Nã qui corpa cōponit ex ſupficieb⁹:aut
ex punctis:nõ põt aſſignare cãm:qua actiones ⁊ paſſio/
nes corpoꝝ nãliũ differũt:nã oẽs ſuperficies:⁊ oĩa pũcta
ſunt eiuſdẽ rõnis.igit̃ ſubſtãtię corpoꝝ oium erunt eiuſ
dẽ rõnis:⁊ ita actiones ⁊ paſſiones nõ differũt.Pręterea
eſt neceſſe ponere actiones ⁊ paſſiones exiſtere in ſuper/
ficieb⁹ ⁊ vnitatib⁹ſiue punctis:ex q̄bus ſunt corpora.aut
opꝫ ponere corpa phyſica nõ cōponi ex his.aut opꝫ di/
cere tales actiones atq̄ꝫ paſſiones nõ eſſe in corporibus.
Et cõfirmat hęc Democriti auctoritate:qui cũ poſuerit
phyſica corpora fieri ex atomis:dixit res tribus modis
differre tñ.videlꝫ.ordine atomorum:figura atomoꝝ:⁊ G
ſitu illoꝝ:vt in lib.de gñõne dictuꝫ eſt.mõ Democritus
ita dicẽs cũ difficultate potuit aſſignare alias dñas ſenſi
biles:quę apparẽt ex guſtu/colore/⁊ tactu/ꝓpea coactus
fuit dicere tales dñas eẽ ſm̃ apparentiã:⁊ nõ ſm̃ verita
teꝫ.at q̄ corpa cōponũt ex ſupficieb⁹:nõ pñt aſſignare ex
illis dñaꝫ:qua differũt corpa:ꝓpea Ariſ.ꝓpoſuit in libro
de gñõne Democritũ Platoni.¶ Pręterea eſt alius er/
ror in opione Platonis/q̄ꝛ ea data res mathematicę erũt
p̃n⁹ rerũ nãliũ.at Democritici pñt reruꝫ nãliũ aſſignare
ſaltẽ p̃n⁹ nãlia:vel ꝓpinqua nãlib⁹.Et ſic meli⁹dicit De
mocritus.lꝫ(vt dicit Auer.)vterq̄ꝫ erret:vt in lib.đ gñã/
tione viſum eſt.Hęc Auer.ait quo ad textus expõnem.
Quę(vt mihi vr̃)nulla ſunt ad textuꝫ.Cuꝫ in noſtris co/
dicibus nullus illorũ textuũ reperiatur.

Auerro. tñ parte illa/Themiſtius aũt/digredit̃ cir Digreſſio
ca opionẽ Platonis:⁊ diſputat cũ The/ Auerro.
miſtio:⁊ p̃ narrat q̄đ Themiſtius ait de ꝯdictionib⁹ Ari.
⁊ inquit.Themiſtius autẽ in hoc loco ſui lib.dixit defen H
dendo Platonem/⁊ quaſi cõtradicendo Ariſ.hęc verba
vz:qua de cauſa igitur fuit iſte ſermo Ariſt.cõtradicens
ſm̃ exiſtimationẽ dicentibus corpora ex ſuperficiebus
fieri:nõ eſt facile ad intelligendũ/niſi aliquis vellet eſſe
iniuſtus dicendo ſupple/q̄ facile eſt intelligere has con
tradictiones valere.Hęc Themiſtiꝫ verba Auerro.ex/
ponens inquit.Ideſt q̄ omnes iſtę cõtradictiones quas
induxit Ariſto.nõ poteſt homo cõcedere eas eſſe cõtra/
dictiones niſi voluerimus impugnare ſuſtinentes hanc
opinionẽ ſupple Platonis.q.d.Tũc opꝫ dicere has ꝯdi/

I ctiones eſſe validas:qr volumus dicere opinionē Pla-
tonis eſſe falſaz:qḋ q̄dē eſt iniuſtuz. ¶ Deinde Themi.
quaſi deridēdo Ariſ.ait,nō eſſe Platoni ꝯdicendū niſi
intelligat̄ intentio ſui ſermonis:nā vt ſcribit̄ in Timeo:
Anaxagoras dixit Socrati,ſi tua ꝯclō ꝯtra me eſſet ſm
intellectū mee intentionis:vere ꝯcluderet̄ mihi:cū autē
tu nō intelligis itentionē mei ſermonis:nō reputo mihi
ꝯcludi:in qb⁹ verbis Themiſtius innuit Ariſ.nō recte
Platoni ꝯtradixiſſe:qr nō intellexit itentionē ei⁹ ſermo-
nis:τ ſic Themiſtius deriſit Ariſ. ¶ Tertio Auer.intro-
ducit Themi.dicentē φ Plato nō dixit lineā cōponi ex
punctis:nec ſupficiē ex lineis.Immo nec ſeq̄ ad ſuū ſer-
monē:qr lz velit corpa ex ſupficieb⁹ cōponi:nō dicit li-
neā ex punctis:nec ſupficiē ex lineis ꝯſtitui:nec ſequit̄ ſi
corpus cōponit̄ ex ſupficieb⁹:φ linea cōponat̄ ex pun-
K ctis:τ φ ſupficies cōponat̄ ex lineis. ¶ Deinde.4.aſſi-
gnat cām quare hoc nō ſequit̄:τ ait,ſupficies poſſe cōpo
ni inuicē dupl'r:aut ſm lineā.vz.applicādo vnā ſupficiē
alteri linealr̄.Aut ſm latitudinē τ ſuppōnē:vt ponendo
vnā ſupficiē ſup aliā donec reſultet altum τ ꝓfundū qḋ
dā.ſilr̄ ēt cōpoſitio linearū cū lineis eſt duplex:ſm lineā
applicādo lineā linee ſm longū ſiue faciant angulū:ſiue
nō faciant:τ ſm latitudinē imaginādo φ vna iuxta aliā
ponat̄ donec faciat ſupficiē:tūc dicit φ qn̄ dr̄ lineā eē ex
punctis:τ ſupficiē ex lineis nō eſt intelligendū niſi ſz ap
plicationē.vz.applicando punctū puncto donec reſultet
linea:τ applicādo ſm latitudinē lineā linee donec reſul-
tet ſupficies.mō apud Platonē corpora ſunt ex ſupficie
bus nō ſm applicationē in ꝓfundū:ſed ſm lineā.i.appli
cationē ſupficiei ad ſupficiez in lōgū:τ ꝑpᵃ ait,quo mō
L igit̄ ſequit̄ vt linea fiat ex punctis:cū modus cōpoſitio-
nis ſit diuerſus ab altero:eſt igit̄ rō cōpoſitio q̄ linea cō-
poneret̄ ex punctis:τ ſupficies ex lineis differt a cōpoſi-
tione:qua Plato dicit corpora fieri ex ſupficieb⁹.igitur
ex vno ꝯceſſo nō ſequit̄ aliud fore ꝯcedendū:τ ita dato
φ corpora fiant ex ſupficiebus:nō ꝑꝑ hoc ſequit̄ lineas
fieri ex punctis:vel ſupficiē fieri ex lineis.ex his velle vī
Them.φ Plato ꝯceſſit corpa cōponi ex ſupficieb⁹ cō-
poſitione ſm ꝓfundū:qr ponēdo aliā ſuper aliā reſultat
corpus:nō tñ cōceſſit lineā ex punctis cōponi:τ ſupficiē
ex lineis:τ tota cā eſt:qr iſte cōpoſitiones ſūt ipermiſte:
τ vna nō ſequit̄ ad aliā. Nā quouis mō cōponant̄ cor-
pora ex ſupficiebus nō ſequit̄ lineas aliqua cōpoſitione
cōponi ex punctis:vel ſupficies ex lineis. ¶ Deinde ſe-
quit̄ illa ps cōmē.Et vīr nō eſt inopinabile.Ubi Auer.
inducit Themiſtiū ponētē motiuū Platonis:quo Pla-
to mouebat̄ ad dicēdū corpora ſenſibilia fieri ex ſupficie-
bus:τ breuiter motiuū erat:qr ſupficies eſt ꝑma forma
corporū:que ꝑmitus materie ꝑme ineſt.que ratio docet
oīa ſenſibilia corpa eſſe ex illa conſtituta.Unū ait,tres di
M menſiones eſſe ꝑmā materie formā:quā cetere qualita-
tes ſequunt̄:τ in qua reperit̄ figura quedā corporea:ha-
rū dimenſionū ꝑmū eſt ſupficies,que eſt ante figuras re
ctangulas:τ ante qualitates dictas.Quare ſi ſupficies eſt
res ꝑma dimēſionū:vī quaſi forma ꝑma oīum corporū
ſenſibilium:τ per ꝯñs oīa corpa ſenſibilia cōſtitui ex illa
tanq̄ ex ꝑma forma:iuxta hec pz hūc ordinē eſſe apud
Themiſtiuz:φ ꝑmo ſunt dimenſiones in mā. Scdo ſu-
perficies,vt terminus illarū. Tertio qualitates ſenſibi-
les. ¶ Ex quo ſequit̄ ſupficiē ꝑcedere corpus ſenſibile:
qr nō dr̄ corpus ſenſibile,niſi vt includit qualitates ſen-
ſibiles.cū igit̄ ſupficies precedat q̄litates illas:vī prece-
dere corpus,vt ſenſibile:τ ita ſupficies vī pᵃ forma mā:
quare oīa ſenſibilia corpora erunt ex illa ſubſtātialiter.
¶ Obijcit aūt ſibi Themiſtius:qr ſuperficies illa pōt

cōſiderari,vt figura:τ vt q̄ntitas.nō vt figura eſt forma N
mā:τ nō vt q̄ntitas.Immo vt q̄ntitas hz rōnē poten
tie,τ mā:quare ſupficies eſt forma,vt figura:ſed vt figu
ra nō precedit corpus ſenſibile:qm̄ corpus ſenſibile eſt
ſubā:τ figura eſt q̄litas:que eſt poſt ſubāz:τ ita ſupficies,
vt forma nō precedit corp⁹ ſenſibile. ¶ Scdo obijcit:qr
Plato velle vī forte ꝑmo φ corpora ſint ex ſuperficieb⁹
ſm applicationē vnius ſuper aliaz:poſtea mutat̄:τ vult
φ corpora ſint ex ſuperficieb⁹ ſm cōpoſitionē:τ ita Pla
to vī dupl'r errare:pᵒ,qr in opīone nō videt̄ vniformis:
ſed varius.Scdo errat φ illud corpus qḋ eſt ex ſupficie
bus per lineas terminatū:nō eſt infinitū:id eſt cōtinuum
diuiſibile in infinitū:nec eſt corporeū ſolidū ꝑ ſupficies:
qr ſuperficies ſic cōpoſite nunq̄ reddunt corporeū ſoli-
dū. ¶ Rñdet Themiſtius.τ inq̄t.Debent igit̄ ꝑſcruta-
ri qd erat hui⁹ phi intentio:τ nō accuſare eū:quaſi velit
dubitationes has ꝑficiſci ex malo intellectu opinionis
Platonis:τ tñ ipſe non explicat Platonis intellectum. O
¶ Deinde ſequit̄ illa pars cōmen. Hoc igitur qḋ dixit
vbi Auerroes exponit q̄dā dicta Themiſtij:τ ſunt duo
dicta.ꝑmum quid Themiſtius velit per compoſitionez
corporis ex ſuperficiebus ſm lineam:τ dicit φ intendit
cōpoſitionē ſuperficiei cum ſuperficie quatenus cōcur-
runt ſup vnā lineā nō ſz rectū:ſed vt oblique ꝯtinuant̄ τ
mō quo dicūt mathematici ſuperficies facere corp⁹ ico-
cendron:vel octhaſiuz:vel id gen⁹. Scdm eſt qd intelli-
git ꝑ ꝑmā formā exiſtentē in ꝑma mā:quā cō ſequuntur
alie qualitates:τ rñdet Auer.φ per formā eiuſmodi intel
ligit dimenſionē terminataz:vñ ꝑma forma:ſupficies:τ
dimenſio terminata idē eſt. Nā dimenſio terminata ac-
cipit̄ in definitione corpis exiſtentis in ꝑma mā:τ ēt eſt
prior figura ipſa:τ in figure definitione poſita:nā dī figu
rā corporis cōtineri a ſupficie vel ſupficieb⁹.dī ēt corp⁹
eſſe:qḋ ſuperficie claudit̄:τ ita vī ſupficies pᵃ forma poſt P
dimenſionē interminatā:tum qr ꝑcedit corpus ipſuz figu
ratū:tum qr precedit qualitates:τ notanter dixit:qr pre-
cedit corpus ipſuz figuratū:qr nō precedit corpus inter-
minatū:qḋ dī dimenſio in potētia. ¶ Qḋ ſupficies ter-
minantes corpus ſint ꝑores trib⁹ dimenſionib⁹ que ſunt
de definitione corporis:ꝓbat ꝑmo,qr tres dimenſiones
nō pñt eſſe in mā actu:niſi vt finita eſt mā:τ nō eſt fini-
ta niſi ꝑꝑ ſuperficies,igit̄ ſuperficies ſunt ꝑores trina di
menſione. Scdo,qr poſita ſuperficie in mā ponit̄ dimē-
ſio interminata:τ illa remota remouet̄ ēt dimenſio.igit̄
ſupficies eſt prior trina dimenſione:τ corpore:τ ita ſequi
tur ſuperficiē eſſe ꝑmā formā:ex qua cōponunt̄ corpa:τ
he rōnes ꝓbant nō ſolū ſupficiē eſſe priorē corpore figu
rato:ſed corpe ſimpl'r:qr eſt prior dimenſione trina:que
ponit̄ in definitione corpis ſimpl'r. Preterea dicit φ ſu-
perficies eſt prior oīb⁹ figuris:qr eſt prior figuris rectā- Q
gulis que ſūt oīum figurarū ꝑme:τ oīb⁹ modis.i.ſuperfi-
cieb⁹ ſunt priores ipſe ſupficies:qr ſupficies ꝑcedit oēm
ſpēm ſupficiei figurate.Ex his vult hic ſupficiez eſſe pri
mā formā ſimpl'r:qr precedit corp⁹ ſimpl'r:cui⁹ ſubā eſt
trina dimenſio:nā precedit trinā dimenſionē:vult etiaz
eſſe primā ſm qd:qr precedit figuras:τ ita precedit cor-
pus,vt figuratū:τ hec duo Auer.de itentione Themiſtij
hucuſq̄ ꝓbauit. ¶ Et ex his pz motiuū Platonis φ cor
pora ſenſibilia ſint ex ſuperficieb⁹:nam ex ꝑma forma:τ
ꝑma mā reſultat corp⁹ ſimpl'r τ corp⁹ figuratū:ſupficies
eſt ꝑma forma.igit̄ ex ſupficie fit corpus ſimpl'r:τ corp⁹
figuratū:dico fit corpus ex ſuperficie vera compoſitione
ex partibus ſm qualitatem:qr ſupficies eſt forma ꝑma.
Hec eſt vna Themiſtij expō circa intētionē Platonis:
vult enim Platonem velle corpora fieri ex ſuperficie τ

A materia:qꝛ ſupficies eſt prima materię forma:ꝛ ita vult corpora fieri ex ſupficie cōpōne qualitatiua:ꝛ nō q̄titatiua. ❡ Deinde ſeqtur illa pars. Et cū Theſi. vbi iduxit Theſi. dubitatē aduerſus opinionez:ꝛ dicta Pla. ꝛ primo epilogat breuiter motiuū pro opinione Plato. cōtinuando ſe ad ſequentia: ſcda ibi. Et dixit. ſed inquātum exequit̄ prima pars pꝫ. In ſcda probat ꝙ corpus eſt prius ſupficie:qꝛ vt tangebat̄: ſuperficies eſt figura: ꝛ corpus ſimplr eſt prius figura:ꝛ hęc eſt prima dubitatio. ❡ Scda ponit̄ ibi. poſſet aliquis opinari: quę talis eſt:qꝛ poſſet dici Plat. per cōpoſitionē corporis ex ſuperficiebus intellexiſſe ꝯpoſitionem q̄titatiuā:ꝛ nō qualitatiuā:qꝛ locutus eſt de ꝯpoſitione ſm ſuppoſitionē:quę eſt ſpecies ꝯpoſitionis q̄titatiuę. ❡ Tertia ponit̄ ibi: Deinde induxit. quę talis eſt:qꝛ nō videt̄ ſuperficies prima materię forma: ſed vltima:nā dimēſio terminata eſt vltima forma materię. modo ſuperficies eſt
B dimenſio terminata. ❡ Quarta ponit̄ ibi. Et impoſſibile eſt: Quę talis eſt: cōceſſo ꝙ corpora cōponāt̄ ex ſupficiebus cōpoſitione ſuppoſitiōis: vt Pla. prima fronte ſentire videt̄: ſequitur vt illud quod eſt inter ſuperficies:non ſit ſolidū:neqꝫ infinitum. i. continuū diuiſibile in infinitum: Immo cōtingit vt illud qđ terminatur per ſuperficies circum circa: ſit vacuum: non eni poteſt dici eſſe ſuperficiebus plenū:qꝛ ſuperficies addita ſupficiei nunq̄ facit maius corpus: nec minus: nec dici poteſt illud eſſe infinitum. i. continuū diuiſibile in infinitum:qꝛ ſuperficies ſuperpoſita ſupficiei nunq̄ ꝯtinuabitur: quare illud erit actu aut vacuū: aut qđdam ex ſuperficiebus aggregatū nō faciēs maius in corporeitate. ❡ Deide ſeqtur illa pars. Et hoc qđ dixit. vbi Auer. cōparat dubitationes cōtra Plato. rationibus p Pla.
C ꝛ ait/has dubitationes contra Platonē non eſſe leues: nec minores rōnibus pro Platone: ſignū autem eſt: qꝛ poſtea in fine ipſemet Theſi. ait opinionez Platonis non eſſe adhuc intellectā. ❡ Deinde ſeqtur illa pars. Dicamus igitur nos. vbi Auerro. ꝯtradicit Theſi. per quatuor rōnes: prima eſt. ꝙ Plato non nouit materiā: igitur per cōpoſitionem corporū ex ſuperficiebus: non potuit intelligere cōpoſitionē corporū ex materia ꝛ ſuperficie. ❡ Deinde cū dicit. Et ideo cum dicit: ponit ſecundā rōnem: quę talis eſt/ Ariſt. non debuit exponere: qđ clarū eſt: modo/clare Pla. ait corpora cōponi ex ſupficiebus ſm ſuppoſitionē ad euitandū vacuū/igit̄ non debuit exponere intentionē eius: nam non potuit dicere niſi corpora cōponi ex ſupficiebus more mathematico: per interpoſitionē vacui. deinde cū dicit. Et etiā ſi cōceſſerimus. ponit tertiā rōnem: quę talis eſt: nā ſi corpora ſenſibilia ſunt ex materia ꝛ ſuperficie: ſuperficies erit loco formę: ꝛ ita ſeqtur aliam ſuperficiez eſſe grauitatis: aliā leuitatis cauſam: velut forma eſt cauſa grauitatis vel leuitatis. quod eſt falſum: nam oēs ſuperficies ſunt eiuſdem rationis: ꝛ ita ſi vna eſt cauſa grauitatis: omnes erunt illius cauſę. ❡ Deinde cum dicit. ꝛ etiam
D cōtingeret. ponit quartā rōnez: quę talis eſt: ꝙ ſi corpora ſenſibilia cōponunt̄ ex materia ꝛ ſuperficie: tunc ſuperficies erit ſubſtātia: deducit̄ primo/qꝛ prius ſubſtātia eſt ſubſtātia. modo ſuperficies eſt prior corpore: qđ eſt ſubſtātia (vt dixit Theſi.) igitur ſuperficies eſt ſubſtantia. Scđo/qꝛ partes ſubſtantię ſunt ſubſtātię. modo materia ꝛ ſupficies ſunt partes corporis: qđ eſt ſubſtantia: igit̄ur ſunt digniores/vt ſint ſubſtantię. iſtud xo cōſequēs eſt falſuꝫ:qꝛ ſupficies eſt forma corporis mathematici: qđ non eſt ſubſtantia. ❡ Deinde ſeqtur vltima pars cō. ibi. Et cauſa ꝙ ſupficies. Ubi Auer. ſoluit motiuum Theſi. pro poſitione Plato. ꝛ breuiter innuit eē

E negandū antecedens: nō eni ſupficies eſt prima forma materię: ꝛ ad rationez reſpōdet ꝙ ſupficies non ineſt materię/niſi qꝛ formę elementorū coęternalr exiſtunt in illa. vꝫ. grauitas: leuitas: ꝛ cęterę id genus: ꝛ ſic ſuperficies non ineſt materię primitus. ſed qꝛ hęc res expoſcit rem longam: remiſit ſe ad aliū locum. vꝫ. lib. de ſubſtātia orbis. ❡ Ex his clare ꝯſtat Auer. poſuiſſe dimenſionem interminatam materię coęternā: ait eni ſuperficiem ſequi formas elemētoꝝ. preterea dicit ſubſtantiā prius eſſe ſubſtantia. Uerū de his in libro de ſubſtātia orbis. ❡ Animaduerſione dignum tripliciter de Pla. opinione alias nō ſenſiſſe: vna enim interpretatio fuit Plato. voluiſſe corpora fieri ex ſuperficiebus per ſuppoſitionē imaginando plures ſuperficies ſuperpoſitas reddere corpus: ꝛ hic ſenſus eſt Ariſt. de illa poſitione: quē ipſe reprobat vbiqꝫ:qꝛ non pōt euitare vacuū: ꝛ ꝓpter alias rōnes. ❡ Scda/interpretatio eſt: ꝙ cū Pla. valde in mathematicis verſaretur: aſſuetus in illis oia more mathematico tradidit/ideo voluit corpa fieri ex ſupficiebus per defluxū:qꝛ mathematici dicūt punctū motū facere lineā:qꝛ de puncto ad punctū licet rectā lineā ducere. Similr lineam motaꝫ facere ſupficiem:qꝛ de linea ad lineā licet ſupficiē ducere: ita Pla. autumat ſupficiē motam de imo ad altū: vel de alto ad imū facere corpus: quare corpora fiunt ex ſupficiebus ſm imaginationē mathematicā: quę licet cōcedant̄ more mathematicoꝝ: tamē phyſice Pla. non cōcederet. ❡ Tertia interpretatio eſt: ꝙ Pla. loqt̄ur mathematice: ſed ſentit phyſice. mathematicus eni cū conſideret ſolā formā: iđ ſolā q̄titatē cōtemplat̄: quā credit eſſe formā: imo ſolā formā. Quare mathematice ſuperficies eſt dicēda forma: ꝛ tāto magis q̄ q̄titas: q̄to ipſa eſt terminata: ideo ſm rōnes mathematicas corpora nō fiunt niſi ex ſupficiebus: ecce quō verba ſunt mathematica: ſenſus autez

G eſt phyſicus:qꝛ ipſe per ſupficiē intelligit formam ſubſtantialē corpis: verbi gr̄a/per ſupficiez ignis intelligit formā ignis: per ſupficiem aquę formā aquę: ꝛ in cęteris id genus. Quādo igit̄ Pla. corpora ait fieri ex ſupficiebus: voluit dicere corpa fieri ex ſuis formis ꝓncipaliter: quatenus ſm ipſum materia aut nihil eſt: aut ꝓpe nihil: ꝛ ita velle videt̄ corpa eſſe principalr a ſupficiebus. i. a ſuis formis/quatenus totū eſſe corpoꝝ eſt a formis. Quę interpretatio ſi eſt ad mentē Platonis: recte ipſe ſentit: ſi autē aliter intelligeret: vt ſibi imponit diſcipulus. vꝫ. Ariſto. opinio eius falſa eſt: ꝛ recte eū reſfellit Ariſt. Hęc mihi occurrunt de opinione Platonis.

❡ Quod autem neceſſarium ſit corporibus ſimplicibus omnibus natura motuꝫ aliquē ineſſe: ex his perſpicuum eſt. Nam cuꝫ moueri videantur: vi neceſſe eſt ipſa moueri: ſi proprium motū non habent. vi autez ꝛ preter naturam idem eſt. At ſi preter naturā eſt motus aliquis: ꝛ ſm naturā neceſſe eſt eſſe preter quē ille eſt. ꝛ ſi multi hi ſunt: qui preter naturam ſunt: vnum eſſe qui ſm naturam eſt: neceſſe eſt. nam ſm naturam quidem ſimpliciter eſt. preter naturam autem vnumquodqꝫ plures habet. H | Moueri | Mota | Ipſa xbū additū eſt. | Ille | Ipſe

❡ Scđꝫ expoſitores inquirit nūc/an corpa nālia hēant motus nāles. ꝛ hoc ꝓponit dicens: qđ aūt neceſſariū ſit corpibus ſimplicibus oībus aliquez motum ineſſe ſm Expoſitio

Que Aui. đ dimēſione iterminata

Que de Plato. opinione

I naturã: ex his ſupple: que dicentur ꝑſpicuũ erit. De ne
Que Auer ceſſitate autẽ preſentis intentiõis. ¶ Auerroes vult ꝑ
ro.cõ.18. ſentẽ intentionẽ neceſſariã eſſe ad demonſtrationẽ fa
ctã paulo ante cõtra Pla. qꝛ in ea accepit omne corpus
qḋ recte mouet̃: eſſe graue aut leue. modo hec ꝓpoſitio
non põt demonſtrari niſi declaret̃ omne corpus nãle
habere motũ nãlem: ⁊ hac neceſſitate Ariſto. tranſit ad
hanc rem. ¶ Alij voluerunt Ariſto. tranſiſſe ad hãc in
tentionẽ: qꝛ quidã in illa errauerũt: vt. vꝫ. veritas que
ſiti appareat. ¶ Melius aũt dico hanc intentionẽ eſſe
inductam: qꝛ Ariſto. eſt pertractaturus ꝙ grauitas ⁊ le
uitas ſunt principia motuũ naturaliũ: quam rẽ non po
teſt declarare niſi preaccipiat ⁊ declaret id: qḋ nunc ꝓ
poſuit. Accedit adhec ꝙ quidam errauerunt in hac re:
⁊ ideo quaſi obiter remouet errorẽ eoꝝ. ¶ Quo ad
verba attinet: debes ſcire ꝙ Ariſto. expreſſit corpa ſim
plicia: qꝛ idem eſt iudiciũ de corporibus mixtis: omne
K enim mixtũ mouet̃ ab elemẽto predominante: ⁊ ideo ſi
cuilibet corpi ſimplici ꝯpetit motus naturalis: cuilibet
etiã corpori mixto cõpetit: quoniã mouetur a ꝓdominã
te elemento. Hec de intentione. ¶ Poſtea ꝓbat qḋ di
xerat: ⁊ inquit. nam cũ moueri videant̃: ſenſu enĩ cõſtat
elementa moueri: ſi ꝓpriũ naturalẽ motũ non habẽt:
vi neceſſe eſt ipſa moueri. eſt igit̃ cõſequentia: elemẽta
videntur ſenſibus moueri: ⁊ non ꝓprio naturali motu:
igitur vi neceſſe eſt ipſa moueri: omne enĩ corpus phy
ſicũ qḋ mouetur aut natura: aut preter naturã mouet̃.
vi autẽ ⁊ preter naturã idem eſt. quare ſi omne qḋ mo
uetur: mouetur aut natura: aut ꝓter naturã: neceſſe eſt
vt omne moueat̃ aut vi: aut naturali ꝓprioqꝫ motu. Ul
tra ꝓcedit: ⁊ inquit. at ſi ꝓter naturã eſt motus aliquis
ſupple eis cõpetens: ⁊ ſm naturã neceſſe eſt eſſe cũ pre
ter quẽ ille eſt. quare ſi ſimplicia corpa mouentur mo
tu ꝓter naturã: oportet ea moueri etiam motu nãli, eo
L videlꝫ ꝓter quẽ ille dicit̃ ꝓternaturalis: ⁊ ſic patet ipſa
Que Auer moueri motu ꝓprio naturaliqꝫ. ¶ Auerroes aũt redu
ro.cõ.eod. cit rõnem ad tres ꝓpoſitiones: quarũ ꝓma eſt ꝙ omne
corpus naturale neceſſario mouet̃. ⁊ patet ſenſu. Scḋa
eſt ꝙ omne corpus naturale mouetur aut naturalr̃: aut
violẽter: ⁊ ꝓbatur rõne: qꝛ omne qḋ cõpetit alicui: aut
ſibi cõpetit ſm naturam: aut ꝓter naturã. Modo violẽ
ter moueri eſt ꝓter naturã moueri. Tertia, omne qḋ vio
lenter mouet̃: habet motũ naturalẽ: ꝓbatur, qꝛ violen
tum dicit̃ reſpectu naturalis: ⁊ ita omnis motus violen
tus dicit̃ reſpectu motus naturalis: quare ſi aliqḋ mo
uet̃ violenter: oportet vt habeat motũ naturalẽ. ¶ De
inde Auerro. remouet tacite queſtionẽ Auicẽne: ⁊ inqt.
⁊ hec vniuerſalr̃ ꝓpoſitio eſt manifeſta: ⁊ ꝓbata primo
celi: ⁊ abnegatio Auicẽne in ea nulla eſt. hãc rem diſpu
tauit Auerro. ꝓmo celi cõtra Auicẽnam: ⁊ ideo hic illã
tetigit: ⁊ nõ expreſſit: Sed in fine illam aliquantulũ ex
M preſſit. ¶ Deinde ꝯponit ſyllogiſmũ ſic, omne corpus
violẽter vel naturalr̃ motum naturalr̃ mouetur. omne
corpus ſimplex naturalr̃ vel violenter mouetur. igitur
omne corpus ſimplex naturalr̃ mouetur. Deinde decla
rat qualis fuit ſyllogiſmus Ariſt. ⁊ ait. ⁊ per poſitionem
oĩum antecedentiũ ſupple ꝓpoſitionũ cõcludit conſe
quẽs intentũ: ⁊ ſic velle videt̃ Auerro. ꝙ in textu ſyllo
giſmus ſit acceptus in forma hypothetica: in quo ꝓ an
tecedẽte ſumpte ſunt tres ꝓpoſitiones: hoc pacto: ſi om
ne corpus ſimplex mouet̃: ⁊ omne corpus phyſicũ vio
lẽter aut naturalr̃ mouet̃: ⁊ omne qḋ mouetur violẽter:
mouet̃ naturalr̃: oẽ corpus phyſicũ mouetur naturalr̃:
hec eſt hypothetica: cuius antecedẽs ſunt tres propoſi
tiones: ⁊ ait Auerro. ꝯſecutionẽ hanc eẽ manifeſtã: vbi
ſi ponatur añs ſequetur poſitio conſequẽtis: ait enim ſi N
militer eẽ notam poſitionẽ antecedẽtis. Ecce quõ for
ma huius ſyllogiſmi eſt hypothetica a poſitione ante
cedẽtis ad poſitionẽ cõſequẽtis. ¶ Deinde ſeqr̃ illa
pars. Et hoc ſicut diximus: vbi remouet vnum dubiũ:
nã poſſet dici ꝙ hec ꝓpoſitio omne corpus nãle habꝫ
motũ naturalẽ ſit per ſe nota: igit̃ non eſt demonſtrabi
lis. Qḋ aũt ſit per ſe nota pꝫ ex hoc qḋ ſonat hoc nomẽ
natura: eſt enĩ diffinitio nature, vt ſit principiũ motus
⁊ quietis: cũ igit̃ poſuimus aliqḋ corpus eẽ nãle: neceſ
ſe eſt vt natura ſit ſui motus cã: ⁊ ſue quietis: nã motus
⁊ quies quoꝝ cauſa eſt neceſſaria: ſunt ex hoc etiã ipſi
neceſſarij: ⁊ ita natura ſi ex ſui diffinitione eſt ꝓncipiũ
motus ⁊ quietis: ſeqr̃ corpus naturale hẽ motũ natu
ralẽ: ⁊ eſſe hoc quaſi per ſe notũ. igit̃ non eſt demonſtra
bilis hec ꝓpoſitio. Reſponſionẽ innuit Auer. aſſerens
hunc ſyllogiſmũ eẽ neceſſariũ non ſimplr̃: ſed reſpectu
O negãtis. Scḋo dõ phyſicoꝝ cõmẽ. 3° dixit hanc ꝓpoſi
tionẽ egere modica inuẽtione: ⁊ ideo ſyllogiſmus hypo
theticus valet ad eã. ¶ Deinde ſeqr̃ illa pars cõmẽ.
Et hoc qḋ dixit: vbi ꝓderat cur dixit motus violẽtos
plures eſſe naturalẽ vnum tñ: ait enim eẽ hoc additũ
ne qs credat motũ extra naturam eſſe vnũ velut nãlis
eſt vnus: propterea qꝛ violentus dicit̃ reſpectu nãlis: ⁊
etiam qꝛ cõtraria exiſtimant̃ ſm eundẽ numerũ, vt de
ſanitate ⁊ egritudine, tñ nõ eſt ita: qꝛ motus violẽti plu
res eẽ poſſunt: ⁊ tñ vnus eſt naturalis: violẽter enĩ aer
fertur ad centrũ: ⁊ violẽter fertur ad cõcauum: ⁊ tñ na
turalr̃ fertur ſolum ad cõcauum ignis: ⁊ hoc ait Ariſto.
⁊ ſi multi hi ſunt: qui ꝓter naturã ſunt: vnũ eſſe qui ſm
naturam eſt, neceſſe eſt. Nã ſm naturam quidẽ ſimpli
citer id eſt vno modo eſt. Preter naturã aũt vnũqḋqꝫ
elementoꝝ plures hꝫ. ¶ Sed occurres, qꝛ licet elemẽ Dubitatio
ta media poſſint habere plures motus violẽtos: ⁊ vnũ
P naturalẽ: extrema elemẽta nõ habẽt motũ violentũ ni
ſi vnũ: ⁊ vnũ naturalẽ. ¶ Quicquid velint alij: ego di Solutio
cerẽ ꝙ Ariſto. loquitur generatim: accepit enĩ preter
naturã pro eo qḋ non eſt ſm naturã: modo, qḋ non eſt
ſm naturã multiplex eſt: violentum dõ ⁊ naturale: que
extremaliter cõtrariant̃: nõ niſi ſimpliciter ſunt. ¶ Ex Reſolutio
his patet textum reſolui in duos ſyllogiſmos: quoꝝ pri textus
mus eſt: omne quod mouet̃: mouetur violẽter: vel natu
ralr̃, corpus ſimplex mouetur: igit̃ corpus ſimplex mo
uetur violenter: vel naturalr̃. Scḋs eſt: omne quod mo
uetur violẽter vel naturalr̃: hꝫ motum naturalẽ. omne
corpus ſimplex mouetur violẽter, vel naturalr̃ per cõ
cluſionẽ primi ſyllogiſmi: igitur omne corpus ſimplex
hꝫ motum proprium naturalẽ hec eſt reſolutio textus.

¶ Preterea etiam ex quiete patet: ⁊ enĩ aut
vi: aut ſm naturam quieſcere neceſſe eſt. vi
autem manet: quo ⁊ vi fertur. et ſm natu- Q
ram: quo ſm naturam.

¶ Scḋam rõnẽ ponit nunc ex parte quietis: ⁊ duo pre Expoſitio
ſupponit: quorũ primũ eſt ꝙ omne quod quieſcit: neceſ
ſe eſt aut vi: aut ſm naturã quieſcere: ⁊ inquit. preterea
etiã ex quiete ſupple hoc idẽ patet. Deinde tangit ſup
poſitionẽ primã: ⁊ inquit. ⁊ enim aut vi: aut ſm naturã
neceſſe eſt quieſcere: ſupple omne qḋ quieſcit: hec eſt ꝓ
ma ſuppoſitio. Scḋa ſuppoſitio eſt: ꝙ ibi quieſcit aliqḋ
vi: quo ⁊ fertur vi. ⁊ ibi quieſcit aliquod ſm naturã: quo
⁊ fertur ſm naturã. Hoc inquit: vi autem ſupple ibi ali
quid manet: quo ⁊ vi fertur. ⁊ ſm naturã ſubaudi ibi ali
quid manet: quo ſm naturã fertur. Hec eſt ſcḋa ſuppo Que Auer
ſitio. ¶ Auerroes aũt ait hanc rõnem acceptã ex par ro.cõ.19.
te quietis

A te quietis fundari in duabus ppoſitionibus:quaꝝ vna eſt:omne corpus naturale habet quieté naturalem.Se cunda eſt:omnis locus in quo quieſcit corpus naturali/ ter:ad ipſum mouetur naturaliter:poſtea in exponédo partes textus:non has ppoſitiones:ſed eas:quas colle gimus:notat eſſe ſupponédas:videlz.omne quod quie/ ſcit:neceſſe eſt aut vi:aut naturalr̃ quieſcere.⁊ ſcda eſt:il lic aliquid quieſcit vi:quo vi fertur.illic quieſcit ſm na turam:quo fertur ſm naturam:⁊ huius ſcdę propoſitio nis Auer.cauſam reddit ex eo q2 quies eſt finis motus: ⁊ ita ſi quies fuerit nãlis:motus ad ipſaz erit nãlis:⁊ ſi violéta:mot⁹ad ipſaz erit violét⁹:⁊ ſic pz 2ª ſuppoſitio.

Manere Manens Huc Hic ¶ Cum igitur aliqd in medio manere videatur:ſi ſm naturam quidé: patet ⁊ lationem huc:ſm naturam ipſi ineſſe. Sinautem vi: quid eſt quod prohibet ferri. Si igitur quie B ſcit quidem:eundem volumus ſermonez: neceſſe eſt enim aut ſm naturaz eſſe primũ quieſcens:aut in infinitum abire:quod quidem eſt impoſſibile.

Expoſitio ¶ His ſuppoſitis/arguit/cũ igitur aliquid in medio manere videatur/videlz terra/vel lapis:vt ſenſibus patet: quęrit̃ de eo:quod ſic videt̃ in medio manere:aut manet in medio ſm naturaz:aut vi illic manet.Si ſm naturam quidé:patet ⁊ lationem:quę huc vergit:ſm naturã ipſi quieſcenti ineſſe:vt ſcda ſuppoſitio ait. Si autez terra vel lapis vi quieſcit in medio:oportet eſſe aliquid detinens terram vel lapidé:quod prohibet terram vel lapidé ferri.Uerbi gratia/vt colũna detinens lapidez. Modo volumus ſermoné de prohibente.⁊ cuz illud quieſcat in medio detinendo lapidé vel terram: neceſ C ſe eſt aut ſm naturam eſſe primũ quieſcens:quod quidé primo detinet:⁊ primo naturaliter quieſcit:⁊ ſic habetur:qđ illuc fuit naturaliter motum:aut eſt neceſſe in infinitũ abire:ſic ꝙ.a. detinet vi ipſuz.b.⁊.b.vi detinet ipſum.c.⁊.c.vi detinet ipſum.d.⁊ ſic in infinituz: modo hoc eſt impoſſibile.igitur oportet dare aliquid in medio primũ quieſcẽs naturaliter:⁊ ita oportet eſſe aliqđ quod illuc naturalr̃ fuerit motum:⁊ ita eſt aliquod corpus:cui cõpetit motus naturalis:qđ eſt intentũ.¶ Sz

Dubitatio Auerro. occurres:cur Ariſtote.in probando ppoſitum ſuum ex quiete induxit exemplũ ſpeciatim de terra quieſcente in medio:⁊ non de alijs elemẽtis.¶ Soluit Auerroes

Solutio q2 de terra maxime dubitatur. Naz alia elemẽta exiſtimant̃ eſſe fixa naturaliter ſm totũ in ſuis locis.De terra vero tñ dubitat̃.⁊ cauſa dubitationis eſt:q2 videmus cum pars inferior auferṫur/partem ſuperioré deſcẽdere:⁊ ita exiſtimat̃ eſſe de tota:vt de parte cernit̃:⁊ ideo D exiſtimatũ eſt terrã totam in medio vi quieſcere. Hac igitur ratióe de terra induxit exemplũ.¶ Quo vero ad verba textus attinet:animaduerte/ꝙ textus Auerrois habet.Inducemus ſermoné ſuper ipſum:vbi Auerro. exponit ſuper ipſum ſcilicet aduerſariũ:⁊ errat:quoniã in grȩcis verbis ſtat:vt nos trãſtulimus.Pręterea dicitur in textu Auerro.aut mouebit̃ in infinituz. Et Auerroes dupliciter exponit:vno modo referẽdo ad terraz: alio modo referẽdo ad prohibens:ſi referṫ ad terram: eſt ſenſus:ꝙ ſi terra non quieſcit naturalr̃ in medio:ipſa mouebitur deorſum in infinitũ.Quam expoſitionez Auer.non tenet:⁊ recte:q2 vt patet in grȩcis codicibus: non poteſt ſic intelligi. Sinauté refertur ad prohibẽs: recte dicit̃:naz ſi terra non quieſcit in medio naturalr̃: ſed vi:cum videatur illic ſtare:oportet eſſe prohibens ipſum ne vlterius moueat̃:⁊ quęrat̃ de prohibente:vel E quieſcit naturaliter:vel vi.Si naturaliter:habetur propoſitũ.ſi vi:oportet eé aliud prohibens:⁊ ſic vel ibitur in infinituz:vel oportet venire ad aliquid:qđ illic quieſcit naturaliter.Et hęc expoſitio optima eſt.

¶ Sinauté id quod ferri prohibet: Mouetur:vt Empedocles inquit:terraz a reuolutione quieſcere:aliqué in locum ſane moue Ferri verbũ ſupple. retur:cum impoſſibile ſit in infinitum ferri nullum enim ipoſſibile fit. In infinitũ auté trãſire impoſſibile eſt.Quare quod fertur: neceſſe eſſe alicubi ſtare:⁊ illic nõ vi:ſed ſm naturam manere.Quod ſi eſt quies ſm naturã: latio in húc locũ motus erit ſm nãm. Expoſitio

¶ Iſte textus ſolet induci cõtinuus pręcedẽti:nam quę F ſiuit de prohibẽte:an quieſcat:vel moueat̃.Cum probauit ꝙ ſi quieſcit:relinquit̃ intentum:nunc probat quod non põt moueri tale prohibẽs(vt dicit Empedocles.) Et hoc modo Auerro.exponit hic.Melius autez videtur ꝙ Ariſt.remoueat reſponſioné Empedoclis:qui dixit terram vi quieſcere in medio:⁊ ꝙ prohibens eſt reuolutio cęli:vt viſum fuit in ſcđo huius:cõtra qué obycit Ariſto.dicẽs/ſi ita eſt:tunc terra remota cęli reuolutione/aliqué in locum ſane moueretur ſupple determinatum:cũ impoſſibile ſit in infinitũ ipſam ferri: nullũ enim impoſſibile fit:in infinitum auté pertranſire impoſſibile eſt:quare non põt terra remota cęli reuolutione in infinitũ ire:ibit igitur cęli reuolutióe ammota in aliquem locũ determinatum:⁊ tunc complet rationez: ⁊ inquit.qđ ſi eſt quies ſupple terrę ſm naturam in aliquo loco determinato:latio in hunc determinatũ locũ motus erit ſm naturã:⁊ ita relinquitur aliquod corpus habere motũ naturalem.Hęc Ariſt. ¶ Auerroes auté G ex textu vltimo colligit talez rationé: ſi poſſibile eſt vt Quę Auerro.cõ.19. aliquod incipiat motum in infinitum:poſſibile erit vt motus infinitus generetur.Sed impoſſibile eſt motuz infinituz generari:igit̃ impoſſe eſt aliqđ incipere motũ infinitum generare.Quare cũ remota reuolutione cęli motus erit infinitus:igit̃ nihil põt illũ incipere gñare.

¶ Quapropter ⁊ Leucippo ⁊ Democrito: qui prima ipſa corpora aſſerunt in vacuo atq3 infinito ſemper moueri:occurrendũ eſt: Occurrẽdũ Dicendum quo nam motu mouentur:quiſue eſt ipſoꝝ ſm naturam motus.

Expoſitio ¶ Improbat(vt recte ſentit expoſitor)aliquoꝝ philoſophoꝝ errata:primo illud Democriti atq3 Leucippi: quorũ inſufficientiam primo/ipſe narrat:⁊ inquit. quapropter ⁊ Leucippo ⁊ Democrito:qui prima ipſa cor H pora:quę Atoma vocant ac rerũ principia:aſſerunt in vacuo atq3 infinito ſemper moueri:occurrendum eſt ⁊ dicendũ:quonã motu moueñ:quiſue eſt ipſoꝝ ſm nãz motus:Qui cũ hęc nõ determinãſſent:inſufficiẽter viſi ſunt tradidiſſe.Hęc de inſufficientia eoꝝ.¶ Auerroes Quę Auerro.cõ.20. auté vult ꝙ Ariſt.nũc deſtruat opinionez eoꝝ qui dicũt motũ innãlem eſſe ante nãlé.Scđo/ait hos eé diuiſos in duas ſectas:vna eſt Leucippi ⁊ Democriti dicẽtiũ Atoma moueri in vacuo atq3 ĩfinito motu ęterno.Alia Platonis qui dicit ꝙ quatuor elementa mouebantur anteq̃ mundus eſſet:motu inordinato:deinde cũ deus feciſſet mundũ:induxit illa ad motũ ordinatuz. Tertio ait Ariſto.primo cõtradicere primę ſectę:ſcđo vero ſcđę.

I Hec Auerro. de textu introductione: quaꝫ non video:
quo modo valeat. ¶ Deinde ſeqtur illa pars: ⁊ intēdit:
Ubi Auerro. exponit quedā verba textus: que in grecis
codicibus non reperiunt̄. Quibus premiſſis ponit cō
uenientiā ⁊ differentiā inter opinionē Platonis: ⁊ De-
mocriti: cōuenientia quidē eſt ꝙ ambo ponunt innatu-
ralem motum priorē naturali. differentia ſcḋo qꝛ Plato
innaturalē motum poſuit in preterito: ⁊ nūc in preſen-
ti non. Democritus aūt ait motum innaturalē corpori-
bus Atomis ⁊ de preterito ⁊ de pſenti ſemp ineſſe. cau-
ſa autē: qꝛ ipſe poſuit hec Atoma rerū oīum elementa:
quare oportet ipſa ſemp fuiſſe ⁊ ſemper eſſe: ⁊ cū eorū
eſſe ſit motus: oportet vt ſemper fuerint: ⁊ ſemp ſint in
motu: ſed cum hic motus non poſſit eſſe naturalis: erit
igitur violētus: quare Democritus differt a Plato. in
hoc: ꝙ motum violentū ponit precedere: ⁊ poni eē de
preſenti. ¶ Deinde Auerro. parte illa. Dicamus igitur
K cis ſi hec: reſellit opinionem Democriti: ⁊ colligit in te
xtu duas inſufficientias: que ſunt due quaſi queſtiones
prima eſt: quis eſt primus motor corporū Atomorum.
Scḋa, cum primus motor debet habere motū natura-
lem: quis eſt eius naturalis motus. Hec Auerro. que pa
te ſua non ſunt ad propoſitum: eſt enim vna tñ inſuffi
cientia: videlꝫ quo naꝫ motu mouent̄ corpora hec Ato
ma: ⁊ quis ſit illorum motus naturalis. Quod ſi he ſint
due inſufficientie: non ſunt ille: quas reſumit Auerro.
fuit autem cauſa erroris Auerrois textus male tranſla-
tus ad eius linguam.

¶ Nā ſi elementorū aliud ab alio vi mouet̄:
Etiam Sed — neceſſe eſt ⁊ cuiuſqꝫ etiaꝫ aliquē motū eſſe
ſm naturam: preter quem violentus eſt.

Expoſitio ¶ Nunc ponit excuſationem illorū: dicebant enim illo
rum elementorū: que ſunt Atoma aliud ab alio moueri
L vi: Qḋ excludit primo: qꝛ ſi ita eſt: neceſſe eſt ⁊ cuiuſqꝫ
etiam aliquem motum eſſe ſm naturam: preter quem
violentus eſt, vt dictum eſt.

Primam motrices Primum moue. — ¶ Et oportet primam motricem non vi, ſed
ſm naturam mouere. In infinitū enī erūt:
ſi non erit aliquid primum mouens ſm na-
turā: ſed ſemp ipſuꝫ prius vi motū mouet.

Expoſitio ¶ Scḋo obijcit excuſationi qꝛ oportet ſaltē primū mo
uens non vi mouere: ſed ſm naturā. nam quod mouet
vi habet principiū ſue motionis extra: ⁊ ita nō mouet
niſi motum: ⁊ ita oportet moueri ab alio ſemp: vel ſtan
dum eſt ad primū: quod non vi mouet. Unde inquit. ⁊
oportet primam motricē ſupple vim non vi: ſed ſm na
turam mouere. probat hoc: ⁊ inquit. in infinitum enim
erunt ſupple tu mouentia ⁊ mota, ſi nō erit aliquid pri-
mum mouens ſm naturam: ſed ſemp ipſum prius mo
M tum violēter, aliud moueat: eſt igitur cōſequētia ſi pri-
mū mouet vi: igitur ꝓcedetur in infinitum in mouenti
bus ⁊ motis: ꝓbatur qꝛ ſi mouet vi: igit̄ non mouet niſi
motum extra. quare mouebit̄ ab alio: ⁊ queratur de il-
lo. vel igitur ibit̄ in infinitū in mouētibus ⁊ motis: vel
oportet vt primū moueat naturalr̄: ⁊ tunc ſi primū mo
uet naturalr̄ aliquid mouebitur naturali motu: ⁊ ſic eſt
aliquod corpus: qḋ habet motuꝫ naturalē. Hec Ariſto.
Que Auerro. co. cod. — de inſufficientia Democriti ⁊ Leucippi. ¶ Auerroes
autē laborat circa verba Ariſto. que in ſuis tranſlatio-
nibus ita ſcribuntur. Quoniā corpus primū motū nul
lum corpus mouet violenter: ſed naturalr̄. Et hec expo
nit dupliciter aut referēdo ad mouens ipſum, quaſi di-
cat ꝙ primū mouens non pōt mouere id quod mouet
violenter: ſed naturalr̄: ⁊ tunc legitur litera ſic: quoniaꝫ N
corpus primo motū vt eſſet celuꝫ: vel id genus: nō mo-
uet aliquod ⁊ ipſum eſt motū ab aliquo alio violenter:
ſed mouet ipſum: ⁊ eſt motū naturalr̄. vel exponit refe-
rendo ad id qḋ mouetur, quaſi dicat quod ea que mouē
tur a primo mouente, ſiue ſit corpus, ſiue virtus extra
corpus non pōt moueri ab illo violento motu, qꝛ non
moueretur ſemp. ſed hora quadā ſic: ⁊ quadaꝫ nō. Que
oīa nulla ſunt: cū he expoſitiones non cadant in verbis
grecis. ¶ Deinde ſeqtur illa pars cōmenti. Motū au-
tem corporꝫ: Ubi Auerro. remouet dubitationē: dictuꝫ
eſt enim violentū motū non eſſe perpetuuꝫ: modo hoc
videtur falſum: naꝫ motus circularis ignis in propria
ſphera: ⁊ motus circularis aeris in ſuprema regione eſt
violentus: ⁊ tamē eſt perpetuus: igitur motus violētus
pōt eſſe perpetuus. ¶ Reſpōdet Auerro. ⁊ vult ꝙ mo
tus talium elementorꝫ nec eſt violētus, nec naturalis.
Uiolentus quidē non eſt: qꝛ ſemper eſt. nec naturalis: O
qꝛ ignis non mouet̄ illo motu a principio in eo exiſten
te. Et addit ꝙ fere idem eſt de motu membrorum ani
malis a pͥmo motore, qḋ eſt calor naturalis ſiue ſpiritus
qui motus qꝛ non eſt violentus vocatur naturalis. Sic
igitur patet. Motū elementorū circularē eſſe non na-
turalē: ſed vel ſupernaturalē: qꝛ ⁊ ſi non cōtra eorū na-
turam: non tamē eſt ſm eorum naturā: ſed ſupra natu-
raꝫ: vt motus membro animalis: qui nō eſt ſemp etiā.
¶ Deinde ſeqtur illa cōmenti pars. Et hoc fundatur.
Ubi Auerro. reſoluit hunc textuꝫ ad ꝓpoſitiones: atqꝫ
ſyllogiſmuꝫ: ⁊ vult textum fundari ſupra ꝓpoſitiones:
quarū prima eſt, ꝙ omne motū habet motorem. Secū-
da eſt, ꝙ omnis motor in loco hoc eſt de loco ad locuꝫ
eſt corpus. Tertia eſt, ꝙ corpus non mouet niſi moue-
tur. Ex his deducit̄ cōſequētia textus: que ſm Auerro.
eſt: ſi corpus primū non mouet corpus motu naturali:
tunc motū eſſet infinitū. Nam ſi motū habet corpus a
quo mouet̄: ⁊ illud corpus etiam aliud corpus: ⁊ cuꝫ non P
moueat niſi moueat̄ per propoſitiones: tandem abibit
in infinitum: ⁊ ſic neceſſe eſt reperiri corpora infinita:
que ſaltē de poſſibili poſſunt ſe tangere, vel cōtinuari:
quibus ſe tangētibus: aut cōtinuatis: magnitudo reſul-
tabit infinita: ⁊ ita motus erit infinitus: vt ſeptimo phy
ſicorū deductuꝫ eſt. ¶ Deinde ſeqtur. Et per hoc quod
dicit. Ubi Auerro. cōſiderat verba ſui textus: ⁊ accipit
primo ꝙ omne corpus quod mouet: qꝛ mouetur: taliter
mouet: qualiter mouet̄. Nam ſi mouet̄ violenter: mo-
uet aliud etiā violenter. ⁊ ſi mouetur naturalr̄: etiā mo-
uet aliud naturalr̄. Tūc verba textus exponit: que ſunt
corpus pͥmū ſi non mouet motu naturali ⁊c̄. Ubi vult
ꝙ mouere aliud naturalr̄ poteſt eē dupliciter vno mo
do vt mouere dicat actionē primi motoris. Cum enim
primū mouēs corporeū moueatur naturalr̄: actio eius
in rem motaꝫ eius eſt naturalis: licꝫ forte res mota ab eo Q
non moueat̄ naturalr̄: vt eſt de celo ⁊ elementis: celuꝫ
enim mouet elementa circulariter: ⁊ naturalr̄: ⁊ tamen
elementa nō mouentur naturaliter motu illo. Alio mo
do poteſt intelligi vt mouere dicat motuꝫ ipſius rei mo
te a primo motore: ⁊ tunc dicemus elemēta moueri na
turaliter a celo motu circulari. hoc eſt non violenter: cū
elemēta ſemper moueant̄ motu circulari: qḋ non cōtin
git de aliquo motu violento: cū nullū violentuꝫ ſit per-
petuum. Auerroes autē laudat magis primā expoſitio
nem. ¶ Ego ſcḋo dico hec non eſſe ad verba vera Ari-
ſto. que nos legimus: ſed ad eius malas trāſlatiōes: que
ſunt pleruꝫqꝫ cā erroris huius. Ego eni iudico fatuū eſſe
conari in dictis Auer. qꝛ ipſe frequēter fruſtra laborat.

¶ Hoc

A ¶ Hoc aūt idem accidere neceſſe eſt: ⁊ ſi (vt in timeo ſcriptum eſt:) ante mundi facturã elementa inordinate mouebantur. Neceſſe eſt enim aut violentū eſſe motū: aut ſm naturã. ſi autem ſm naturã mouebant̄: neceſſe eſt mundū eſſe: ſi quis velit cõtemplari cū diligentia. Tunc enim primum mouens neceſſe eſt mouere ipſum ſm naturam motū: ⁊ ea que mouentur non vi: in ſuis quieſcentia locis: cū facere ordinem quē quidem nunc habent. ea quidem que grauitatē habent: ad medium. Que autem leuitatem: a medio. Hunc autem ordinem habet mundus.

Cū diligentia attēdēs

B Expoſitio ¶ Nunc reprobat opinionē Platonis: voluit enī Plato (vt in timeo dicit) elemēta ante mūdi ipſius facturã moueri inordinate. Unde dixit ante mundi ḡnationē materiã inordinate fluctuaſſe. Materia aūt ⁊ elementa idē eſt: quare voluit ante ḡnationē mundi elementa moueri inordinate. Poſtea xo reducta eſſe ad motum ordinatū ab ipſo deo: quã quidē reductionē Pla. appellat mundi geniturã. Obijcit autē Ariſto. huic poſitioni aſſerēs accidere illi qḋ Democrito ⁊ Leucippi opinioni accidebat. Unde inquit. hoc aūt idē ſupple abſurdū: quod Democrito accidebat: neceſſe eſt accidere: ⁊ ſi (vt in timeo ſcriptū eſt) ante mūdi facturã elemēta inordinate mouebant̄. ⁊ hoc facile ipſe deducit: ⁊ inquit. neceſſe eſt enī aut violentū eſſe motū ſupple eorū ante mundi facturã: Aut ſm naturã. probat ꝙ nō ſm naturam: q2 tunc mūdus preextitiſſet: ⁊ ita fuiſſet anteꝗ̄ eſſet: vnde
C inquit: ſi autē ſm naturã mouebant̄: neceſſe eſt tūc mūdum eſſe: ſiquis velit cõtemplari cū diligentia. Deducit eꝗ2 ex quo elemēta tunc mouebant̄ ſm naturã: neceſſe eſt tunc primū mouens mouere ipſū ſupple primū motū ſm naturam: hoc eſt celū. nam motus elementorū reducitur ad motū celi, quare ſi tunc elemēta mouebantur ſm naturam: oportet tunc celum a primo motore etiam moueri ſm naturã. Oportebat etiam ea que mouent̄ nō vi: ſed propria natura: queq2 quieſcunt ſuis in locis etiā nō vi: ſed natura: eū facere ordinem: quem quidē nunc habent: ta2 ſupple in quieſcendo: ꝗ̄ ſupple in mouēdo. Expoſitiue videl3 ea quidem que grauitatē habent: oportebat ad mediū moueri: que autē habent leuitatē: oportebat moueri a medio. Hunc autē ordinē mundus habet: igit̄ ſi hec omnia ſunt ante mūdi facturam: oportet dicere mundū etiam tunc preextitiſſe: ⁊ ita mundus eſſet anteꝗ̄ eſſet. Tacuit autē probare ꝙ ante
¶ Recolligit nunc ꝯnem ſyllogiſmi:⁊ inquit.Cuʒ autem neqʒ ex nō corpore:neqʒ ex alio corpore fieri poſſint elementa:ex ſeſe mutuo ipſa fieri relinqtur.Hec eſt ꝯcluſio O Expoſitio.
tottus ſyllogiſmi ¶ Debes ſcire ſm Auerro.ꝙ elemēta fieri ex corpore pōt dupliciter intellig:aut ꝙ fiant per ſe ex corpore:aut p accidens:ſi p ſe ex corpore:aut ex corpore actu:aut ex corpe potentia.ipſa p ſe fieri ex corpe actu deſtructū eſt.ipſa fieri ex corpore in potentia p ſe:dupl’r adhuc eſt:aut ex corpe:qđ ſit ſeparatū ab actu corporeo: ⁊ hoc iterū deſtructū eſt:⁊ p parte deſtruetur.aut ex corpore in potentia:q2 actu eſt ſub corpe:⁊ pōt denudari ab illo:⁊ ſic verū eſt elemēta fieri per ſe ex corpe in potētia. iterū elemēta fieri per accidēs ex corpe:pōt dupl’r intelligi:aut in potētia:⁊ hoc non:q2 elnta fiunt p ſe ex corpore in potētia/ad ſenſuʒ datū.aut actu:⁊ ſic eſt verū:fiunt enī elemēta ex corpore actu p accidens.qđ p ſe eſt in potētia: P
vt dictū eſt.ſm igit Auerro.Ariᵗᵉᵐ pbat elemēta fieri p accidēs:ex corpore actu,qđ nō eſt aliud ab elemētis:ſed elementū ipſum:quia illa nō fiunt niſi ex ſeinuicem.hec Auer.⁊ nō ſunt aliena ab his:que diximus.¶ Ulterius quo ad verba.inquit Auer.⁊ debes ſcire ꝙ intēdebat per hoc qđ dixit/neqʒ graue:neqʒ ponderoſuʒ/negationē ſimplicē:ecōtrario illi:qđ dixit de celo:cum dixit de eo neqʒ graue neqʒ leue eſſe:illic eniʒ intēdebat ꝙ celuʒ hʒ naturam:de qua nō dicit graue neqʒ leue.⁊ ita velle videtur Auer.ꝙ qñ Ariſtoteles ait.Sinautē nullū habet momētum intelligat ſimpl’r ꝙ nullū habeat momētuʒ:q2 celuʒ ēt habet momētū:nā lʒ nō habeat momentū:quo ſurſuʒ vel deorſuʒ inclinet:hʒ momētū:quo mouet circulariter. qđ momentū eſt eius natura tertia.¶ Unde ſi p nullūʒ habere momentū nō intelligeret negationē ſimplicē:nō ſequeret illa ꝯñā:videlicet ꝙ ſit imobile atqʒ mathematicum:q2 celuʒ nullū habet momentū elemētare:⁊ tamē Q
eſt mobile ⁊ nō mathematicuʒ.igitur intelligit ſimpl’r ꝙ nullaʒ habeat vim naturaleʒ mouendi.hec Auer.⁊ recte. ¶ Ultimo Auer.infert cōtra antiquos/⁊ ex hoc apparet vt ſubiectū eorū:ſit idē:⁊ vnum cōmune:qđ dicitur mā. apparet etiam ꝙ ſint ex materia ⁊ forma cōpoſita.⁊ pcipue/vt dicit:patet hoc cum declaratū ſit impoſſibile eſſe/ vt generentur ⁊ corrumpantur ſm diſſolutioneʒ ⁊ cōpoſitionem in ſuperficies:aut in partes diuiſibiles.

¶ Rurſus igitur conſiderandū eſt quis nam ſit mutue generationis ipſoruʒ modus:vtrū vt Empedocles dicit atqʒ Democritus:an vt hi qui in ſuperficies diſſoluūt:an alius qſpiam ſit preter hos modus.

¶ Nunc ꝯſiter ad aliud tranſit negotiū:cuius/vt ſui moris eſt: Expoſitio

A ris eſt:itentionē ꝓponit. Et inqt. Cuꝫ ſup. elemēta generē tur ex ſeſe mutuo:rurſus igitur conſiderandū eſt:quis nā ſit mutuę gnatiōis ipoꝝ modus. vtrū vt Empedocles di cit/atqꝫ Democritus. an vt hi qui in ſuperficies diſſoluūt: vt Platonici. an alius quiſpiam ſit pręter hos modus: vt peripatetici dicunt.

Democrito. Emped. ſed ſemper. ¶ Hi igitur qui quidem circa Empedoclem atqꝫ Democritum ſunt: ipſi ſeipſos latēt: nō generationem mutuam: ſed apparentem generationem facientes. vnumqꝺqꝫ enim qꝺ inexiſtit: ſegregari dicunt: quaſi e vaſe ſit ipſa generatio: non autem e materia quadaꝫ/mutatio eius: quod generatur.

B

Expoſitio. ¶ Proſequitur nunc de ꝓpoſita intētione: ⁊ pˀmo narrat opinionē Empedoclis/o Democriti/⁊ Anaxago. circa modum generationis ex ſeſe elementorū: vbi debes ſcire ꝙ Empedocles poſuit quatuor pˀma corpora ignem videlicet/aereꝫ/aquā/⁊ terraꝫ: ⁊ ſm ſubam intranſmutabilia: diuiſibilia tamē ſm quantitatē: ⁊ diuiſa in ptes paruas per congregationē hꝫ partium ſm plus ⁊ minus conſtituere illud: qꝺ dicimus igneꝫ/aerē/aquā/⁊ terram: naꝫ nihil ſincere poſuit tale: poſuit enim duplicia elementa videlicet pura: vt quatuor prima corpora: quę diximus. ⁊ impura: quę ex partiuꝫ illorū congregatione reſultāt: ⁊ ex his ipuris poſtea per ſegregationem poſuit generari ea: quę dicimus miſta. Democritus ꝟo poſuit pˀma corpora atoma: ⁊ ex ipſis per ꝯgregationē gnari pˀmū id qꝺ dicimꝰ ignē/aerē/aquā/⁊ terraꝫ. ⁊ ex illis ꝑ ſegregationem fieri miſta.

C Anaxa. etiā pˀma corpora poſuit ptes ſimilares/infinitas exiſtētes in vnoquoqꝫ. poſtea per ſegregationē miſta fieri. Conueniūt igitur hę opiniones: in eo qꝺ dicūt rerū generationē fieri ꝑ ſegregationē eoꝝ q̄ inexiſtūt. ¶ Obijcit igitur Ariſtoteles cōtra hoc in quo cōueniunt. pˀmo qꝛ tunc generatio nō eſſet vera: ſꝫ apparēs tm̄. Inqt. ſꝫ igiꝰ qdē circa Empe. atqꝫ Demo. ſunt: ipſi ſeipſos latēt: ⁊ ponit i q̄ ſeipſos latēt .ſ. nō gnationē mutuā ipſoꝝ ſup. verā: ſed apparētē tm̄ faciētes. declarat hoc eos dixiſſe: ⁊ inqt. Unūqꝺqꝫ enim qꝺ inexiſtit: ſupple in elemētis: ſegregari dicunt: ⁊ hoc eſſe illorū gnationeꝫ. quaſi generatio miſtorū ſit ex vaſe exitus: qꝛ fit per ſegregationē ab illis elemētis: ſegregant̄ eniꝫ ab illis parua corpora quę poſtea congregant̄ ad generationē miſtorū: ⁊ ita dicūt generationē quaſi ſit exitus a vaſe: ⁊ nō ex quadā materia mutatio vera ⁊ ſubſtātialis eius qꝺ fit. ecce ad hanc opinionē ſeq generationē nō eſſe verā: ſed apparentē tm̄ mutationeꝫ: qꝺ eſt primū abſurdū contra hos. ¶ Debes ſcire ꝙ genera-

D tio ſm hos eſt ſegregatio: ⁊ cōgregatio. eſt qdem ſegregatio paruorū corporū ab his. quę vocāt elemēta. eſt aūt cōgregatio illorū paruorū corporū: quę iam erant ſegregata ad vnūqꝺ qꝺ generatur. quare generatio quouis modo ſit: erit appens mutatio ⁊ nō vera ex materia tranſmutatio.

...ę Auer. ...men. 56. ¶ Auer. autē ait qōnem pſentem quę q̄rit de modo gnationis elementoꝝ abinuicē declarari nō poſſe ſyllogiſmo hypothetico cuiꝰ cauſa eſt qꝛ hypotheticus diuiſiuus ſyllogiſmus fundatur ſupra partibus cōtradictorijs: modo eiuſmodi opiniones nō ſunt cōtradictorię: ideo fieri nō pōt per deſtructionē illarū ſyllogiſmus hypotheticus diuiſiuus a deſtructione falſarū poſitionū ad pōnem verā: vlterius Auer. dicit ꝙ Ariſto. in hoc libro cōtradicit opinionibus falſis: ⁊ in libro de generatione inducit moduꝫ verū: quo elemēta inuicē generant̄. hinc cōcludit librum hunc eſſe pambuluꝫ ad librū de generatione. 3ᵒ dicit Ariſtoteleꝫ nō tm̄ cōtradicere Democrito ⁊ Empedocli: ſed

E omnibus dicentibꝰ generationē eſſe congregationē: ⁊ ſegregationeꝫ: ⁊ oibus qui dicunt generationē eſſe ex ſubiecto ente in actu: oēs enim ſic dicentes cogunt̄ dicere generationē eē aut latitationē: aut alterationē in qualitate nō in ſuba. ¶ Seqtur illa pticula [Sed iam] vbi mouet dubitationē: qꝛ in libro de anima dictū eſt/Empedoclē poſuiſſe elemēta intranſmutabilia: hic ꝟo dicit de mente illius illa inuicē generari. Reſpondet ꝙ forte Ariſtoteles tribuit hanc opinionē Empedocli quaſi per accidēs: q̄tenus ponit illa in miſto actu modo latitationis: vel meliꝰ dici pōt Empedoclē poſuiſſe elemēta duplicia/ quędam vera: ⁊ hęc ſunt intranſmutabilia: alia impura: ⁊ hęc tranſmutabilia: de his ſupra ſatis dictū eſt. ¶ Deinde ſequit̄ illa pticula [Et hoc qꝺ dicunt] vbi notat Auerroes duas lr̄as: vna dicit ita antiquos dixiſſe rerū generationē eſſe: ſicut generatur ignis excuſſione lapidis cū ferro. lꝫ ſit dif-

F ferētia: qꝛ antiqui voluerūt generationeꝫ eſſe de capitulo tranſlationis generatio ignis ex lapide eſt de capitulo alterationis ⁊ tranſmutationis. Alia lr̄a dicit eos ita generationem dixiſſe: ſicut eſt exitus alicuius corporis a vaſe: ⁊ hoc pacto in noſtris gręcis codicibus legit̄. ⁊ eſt exemplum verius: qm̄ hic exitus eſt tranſlatio tm̄: ⁊ ſic gnationem eſſe tranſlationē dixerunt antiqui: quare melius eſt.

¶ Deinde ſi ſic: non minus ea quę accidunt: abſurda ſunt. Eadē enim magnitudo ſi denſatur: grauior fieri non videtur. At qui aquaꝫ aeri ineſſe: ⁊ inde ſegregari dicunt: eos hoc dicere neceſſe eſt. Cuꝫ enim aqua ex aere ſit: grauior eſt. Dicit verba additam.

Expoſitio. ¶ 2ᵒ arguit ſic. Si vnū elementū generatur ex alio ſola ſegregatione: tunc motu locali omnibꝰ alijs paribus aliquid fieret grauius q̄ pˀus erat. Immo ſequeret̄ ſolo mo-

G tu locali: graue fieri: qꝺ falſum eſt: naꝫ graue aut ſubſtantia eſt. aut ꝯñs per ſe ſubam: ⁊ ſic fieri negt. niſi ſubſtātiali mutatione. ꝯña ꝟo deducitur: qꝛ dum ex aere aqua fit: ipſa generat̄ per ſolā ſegregationē earū partiū: quę in aere erat apud ipſos. modo pꝫ taleꝫ aquā genitā grauiorem eſſe q̄ prius erat duꝫ in aere cōtinebatur. quę ratio docet ipſaꝫ fieri nō poſſe per ſolā partiū ſegregationē ab aere: ⁊ ita in aere nō prius erat. Inquit. Deinde ſi ſic ſupple eſt ꝙ vnū elementū generetur ſola ſegregatione earū ptiuꝫ: quę in priori elemēto erant: nō minus ea: quę accidūt abſurda ſunt: ſupple/ q̄ pauloante diximus: ſeqtur eniꝫ ſupple aliqd fieri grauius q̄ prius erat ſolo motu locali: ſupple ſi ſola ſegregatione vnū elementū ex ſeparatione partiū fieret ex alio. eadē enim magnitudo ſi denſat̄: grauior

H fieri nō videtur ſupple ſolo motu locali: ⁊ qui aquā aeri ineſſe. ⁊ inde cū generatur: ſegregari dicunt: eos hoc dicere neceſſe eſt: vt deduximꝰ: cuꝫ enim aqua ex aere ſit: grauior eſt: quare cū hoc abſurduꝫ ſit ipſaꝫ fieri ſegregatione partiū abſurdū erit: ⁊ ꝑ ꝯñs aqua nō pˀerat aeri. ¶ Aduerte ꝙ Auerroes pulchre hoc declarat: ⁊ dicit: ꝯtingit. n. eis ꝙ cū corpus leue a quo exit graue: cuꝫ fuerit in aliqua quantitate: deinde inſpiſſatur: ⁊ diminuit̄ ſua quātitas: vt in eo appareat grauitas maior: quādo inſpiſſat̄: ⁊ appropinquat ſua quantitas quātitati corporis grauis: qꝺ exit ab eo. ⁊ ſic ſola loci mutatione: qua fit inſpiſſatio ſequitur aliquid fieri grauius. Ponit exemplū: ⁊ inqt. verbi gratia. qꝛ videmus ꝙ aer ex quo generatur aqua: habet quātitatem ſupple ſibi conuenientē: ⁊ cuꝫ ex eo fit aqua: inſpiſſatur primo: ⁊ diminuitur ſua quantitas: ⁊ ſic fit aqua: ecce q̄uo ſola inſpiſſatione aqua fit grauior: q̄ erat antea: cum in aere ipſo cōtinebat̄. Oſtendit aūt Auerroes hoc abſur-

I dū eſſe:⁊ inquit. Si igiť aqua eſſet in actu clauſa in aere: nō accideret aeri quādo inſpiſſať:⁊ appropinquat aquę: vt eſſet grauior ꝙ̄ ante:qꝛ ſupple tūc ſola inſpiſſatiōe ac-cideret noua grauitas. Nō hoc falſuʒ eſt:videmus enī aerē:cū inſpiſſatur addi ſibi grauitatē aquea:quā pri⁹ nō habuit. Quare opʒ dicere aquę generationē fieri nō ſola partiū ſeparatione. ℂ Deinde ſeqtur illa ꝑticula [Et iſti naūt] vbi remouet dubiū:dubitaret forte aliqs:qꝛ ſi aer ſit grauior in ſpiſſatione:tūc ipſe eēt grauis in loco ꝓprio: rñdet primo/cuʒ dixiſſe aerē eſſe grauē ante ⁊ poſt exitū aquę ab eo:ne quis credat leuitatē aeris eſſe violēter cō-miſtā grauitati aquę. Et ꝓpterea voluit inuere vtrūqꝫ eē graue:⁊ nō aquā tm̄:ne quis dicat aquā violēter miſtam eſſe aeri. vel aliter ait Auer. hoc dixiſſe:qꝛ opinio ſua eſt aerē ꝓprio in loco graue eſſe:⁊ ſic ꝯceditur id qꝺ in du-bio inducebatur. Uel alr hoc qꝺ dixit defuit ad ꝯfirman-

K duʒ ſupple abſurdū illud ſeꝗ opinionē antiquoꝝ:ꝗ dixe-runt oīa elemēta eſſe vnū ſubſtantia:nō ꝙ ita ipſe velit: hęc Auer. ⁊ non īperite. ℂ Deinde ſubdit [Si aliqs quę-reret] repetit dubitationeʒ:quā breuibus ſoluit ꝙ de mē-te Ariſto. aer in proprio loco habet aliquā grauitatem vt in quarto dicemus. Animaduerte tamen multa Auer. hic dicere:quę ad verba textus nihil faciunt:vt ītelligēti pʒ.

Occupare Obtinere Maiorem Ampliorem Tranſitu Migratione Permuta-tione. ℂ Preterea corporum miſtoruʒ alterum ſe-paratum nō neceſſe eſt locum ſemper occu-pare maiorē. At cum oritur aer ex aqua:ma-ioreʒ aer occupat locū. Quod enim ſubtilio-rum eſt partium:id maiore in loco ſit. Patet

Abſurdum. Irrōnale αλογον autē hoc:⁊ in ipſo tranſitu: euaporante eniʒ humido:ſpirituqꝫ turgente:ea vaſa quę mo-

L les continent:ob anguſtiaʒ rūpuntur. Qua-re ſiquidem omnino vacuum non eſt:neqꝫ extēduntur corpora:vt hi q̄ h̓ dicunt:inquūt: ipſum impoſſibile eſſe patet. Sinautem va-cuum eſt ⁊ extenſio: abſurdum eſt id quod ſeparatur:ex neceſſitate ſemper maiorem oc-cupare locum.

Expoſitio. ℂ 3⁰ ſyllogiſat ſic/corporū miſtorū alterū ſeꝑatum nō ne-ceſſe eſt locuʒ ſemꝑ occupare maiorē. hęc maior ꝓbatur extra textuʒ. qꝛ eorū quę miſta ſunt:eadē eſt forma: eadē etiā ⁊ virtus:quoꝝ āo eſt forma ⁊ virtus eadē:loc⁹ quoqꝫ idē erit. Et ſic pʒ hęc maior. Deinde ponit minorē:⁊ inqt. vt cū oritur aer ex aqua:maiorē aer ipſe occupat locum. ꝓbat aerē maiorē occupare locū cuʒ ipſe ex aqua oritur: p̄mo q2 qꝺ eſt ſubtiliorū ꝑtiuʒ:id maiore in loco ſit. Nō

M aerē ſubtiliorū ꝑtium eſſe nemo eſt q dubitat:q̄re aer dū oritur ex aqua maiorē occupare locū claꝝ erit. Secundo ꝓbat ideʒ dicens:pʒ autē hoc ⁊ in ipſo tranſitu:vt quādo aliqua corpora tranſeūt de vna diſpoſitiōe ad aliā:quādo tranſeunt de groſſo ad aereū:euaporāte eniʒ humido/vt muſto:vel alio ſucco:ſpirituqꝫ turgēte:ea vaſa continent moles/hoc eſt muſtū ⁊ ſuccos:quę moles dicunť nomine generis:rūpuntur. doliū enim ſępe rūpitur intumeſcente muſto:ſilr ⁊ amphora intumeſcēte ſucco:⁊ hoc eſt qꝛ mo-les illę tranſeunt de aqueo terreo ad aereū:quę ratio do-cet aerē/cuʒ ex aqua ſit:maiorē occupare locū. ⁊ ſic patet minor:deficit cōcluſio:quę eſt:igiť aer nō fuit ſola cōgre-

Syllogiſ. ter- gatiōe aquę cōmiſtus. ℂ Eſt igiť ſyllogiſmus:corpus al-teri cōmiſtū per ſolaʒ cōgregationē:⁊ actu exiſ:cū ſepa-tur nō obtinet maiorē locū. aer cuʒ ſepatur ab aqua:obti-net maiorē locū. igiť aer nō eſt aquę cōmiſtus per ſolam

ꝯgregationē actu exiſtens. ℂ Sʒ occurret quādo rūpun- N
tur vaſa:quę moles cōtinent:⁊ quādo nō rūpuntur. Rñ- Dubiū re. Solutio.
det Ariſto. ꝙ ſi non detur vacuū:neqꝫ corpora contenta in vaſe extēdunť ſpiritu turgēte:nūqꝫ poſſunt vaſa rūpi: quia per ebullitionē nūqꝫ intumeſcēt hęc corpora. dupli-citer enim muſtum poteſt intelligi fieri maius ꝑ ebulli-tionē:aut ꝓpter vacuū:quia dum ebullit vacuū inter ꝑ-tes ebullientes oritur:aut ꝓpter extenſionē:qꝛ duʒ ebul-lit ꝑtes groſſę aquę extendunť. quare ſi nec vacuū:nec ꝑ-tiū extēſio ſit nec vaſorū fractio erit intumeſcētib⁹ corpo-ribus contētis in illis. Inquit. Quare ſiquidem oīno va-cuum nō eſt:neqꝫ extendunť corpora contēta in vaſis:vt hi q hęc dicunt:inquiunt:volunt eniʒ corpora nō extēdi: ipſum īpoſſibile eſſe patet:hoc eſt patet fieri nō poſſe fra-ctionē vaſoꝝ ꝑ ītumeſcentiā corporū. pʒ ergo qꝛ eſt dōm vaſa nō rumpi. deinde dat qꝛ eſt nece dicere vaſa rūpi. ⁊ inqt. Sinautē vacuū eſt:⁊ ēt extenſio corporū ꝯtentoꝝ

intumeſcēte ſpiritu:ſupple tūc vaſorū fractio erit:⁊ ſi fra-ctio ſupple erit:abſurdū eſt id qꝺ ſeꝑatur ex neceſſitate ſem- O
per ſola ſegregatione maiorē occupare locuʒ. Naʒ id qꝺ ſeꝑatur/maius erit:aut ꝓpter vacuuʒ:qꝺ inter partes eſt: aut qꝛ partes extendunť:quę minores ꝑerant. ⁊ nō ꝓpter ſolā ſegregatiōeʒ:vt ipſi dixerūt. Sic igr ſi nec vacuū:nec extenſio partiū eſt:etiā nec vaſorū fractio ſiet intumeſcē-te ſpiritu. Sinautē aut vacuū:aut partiū extēſio ſit:vaſo-rum fractio erit:⁊ corporū etiaʒ intumeſcentia:verū non erit ob ſolam ſegregationē/vt dixerunt ipſi:ſed vel vacui

īterpoſitione:vel partium extenſiōe. ℂ Et ſi dices ad qd Opīō ve. Solutio.
hęc Ariſto. dici poteſt hęc eſſe dicta vt demōſtraret anti-quos vix poſſe ſaluare ꝓblema de fractione vaſoruʒ ſm eorū fundamēta:niſi aut ponāt vacuuʒ qꝺ eſt cōtra veri- P
tatē:aut ponāt ꝑtium extenſionē:qꝺ eſt cōtra eos qui vo-lunt ſola ſegregatione corpora fieri maiora/nulla extēſio-ne de nouo facta. Fuit autē mihi nō paruʒ difficilis loc⁹ iſte:vt conſiderātibus patet. Auerro. autē reſoluit textuʒ ad ſyllogiſmū in 2ᵃ figura:⁊ inqt. Illuʒ in duabus ꝓpoſi-tionibus fundari. prima eſt/corporū clauſorū inuicē cum exierit vnum ab altero:non occupabit maiorē locuʒ loco

corporis in quo erat clauſuʒ. ℂ Addit Auerro. Ariſtote. Dię Auer. cōm. q̃.
per corpora inuicē clauſa itelligere ipſa miſta:non quidem vere miſta:ſed cōgregatiue coadunata. Scḋa eſt/ꝙ cum aer exierit ab aqua:occupat maioreʒ locum loco aquę:in quo aer ipſe erat clauſus. Ex his in ſcḋa fig⁹/vt dictū/ꝯclu-ditur/ꝙ cuʒ aer fuerit generatus ex aqua:nō erat clauſus in ea. Scḋam ꝓpoſitionem probat Ariſto. vt dicit Auer. per quoddā cōmune omnib⁹ corporib⁹ ſubtilibus:vide-licet per hoc quia corpus ſubtilius occupat maiorē locū: modo aer eſt ſubtilior aqua. igiť occupabit maiorē locuʒ cum ab aqua exierit. Scḋo ꝓbat Ariſto. idem/ exemplo

ſumpto ab alteratione ⁊ tranſlatione:⁊ hoc vt Auerro. ait Q
vt ꝓpoſitioneʒ minorē vniuerſaliorē faciat in omnibus corporibus:quę mutantur de ſpiſſitudine in raritatē. exē-plum igitur Ariſt. eſt de corporibus turbidis videlicet mu-ſto:⁊ ſucco:cū clarificanť:⁊ tranſeunt ad aereā diſpoſitio-nem magis. Naʒ hęc creſcunt adeo:ꝙ frāgūt vaſa:⁊ mu-ſtum doliaꝫ:⁊ ſuccus ampullā. quę ratio docet aerē:cum ſit ex aqua:non eſſe conſtrictū in ea:quoniā non ineſt aq̄ vis tanta:vt poſſit aerem ſic conſtrictum detinere:cū nec dolio hęc vis inſit:eo q2 aer eſt pollētior inter elementa: vt patet in fulminibus:⁊ typhonibus:⁊ cęteris ventis fu-rioſis:q elidunt duriſſima ac firmiſſima corpora. ℂ De-inde in tranſlationibus:quas Auer. interꝑtatur:ſequunť hęc verba [Et cū ita ſit]:⁊ nihil eſt vacuum:⁊ reliqua:vbi Auerro. vult ꝙ Ariſto. velit oſtēdere ꝙ ſiue ponatur va-cuum:ſiue nō ponatur:impoſſibile eſt vt corpus occupet

maiorem

A maiorē locū:cū exit a minore corpore:ꝙ̄ occupabat cū
erat in illo.2ª pars ꝓbatur:quia ſi vacuū nō eſt non erit
expanſio corporis:quia putant cauſā expanſionis eē va-
cuum.Si nō eſt expanſio corporis:nullū corpus pōt fie-
ri maius ꝙ̄ erat.quare aer cum exit ab aqua: nō pōt ma-
iorem locū occupare:ꝙ̄ antea cū erat in aqua.prima ꝯo
ſic deducitur:pmo,quia ſi vacuū eſſet bene poſſet eē cau
ſa quare corpus maius fit minus:quia compiſſione vacui-
tates tolluntur.ſecundo,quia nō poteſt ꝓpter vacuū cor-
pus ſpiſſum fieri rarius.vel rarū ſpiſſius:niſi alteratio-
ne mediante.Modo ex ſolo motu locali quo corpus exit
ex alio corpore redditur maius:igitur poſitiōe vacui nō
ſeqtur corpus poſſe fieri maius cū exit ex alio:ꝙ̄ quando
erat in illo.Addit tamē Auer.in tranſlationibꝰ ſuis ver-
ba Ariſto.eſſe diminuta:q2 non inuenitur verificata niſi
B ſecunda pars.ſed in tranſlationibꝰ Albeſeras reperiunt
ambe partes.❡ Addit ſecundo hoc modo Themiſtium
expoſuiſſe.⁊ certe hec expoſitio optime conſonat verbis
grecis:que latina nos fecimus.inquit enī Ariſ.quare ſi
quidem omnino vacuū nō eſt:neqꝫ extendantur corpo:
vt hi qui hec dicunt:inquiunt:volunt enim ipſe corpora
extendi poſitione vacui:ipſum ſupple qꝺ dixerunt patet
eſſe īpoſſibile:videlicet ꝙ corpus occupet maiorē locū:
ꝙ̄ occupabat cū erat in alio corpore nā vt diximus:cū
vacuū nō eſt:non eſt expanſio:q2 expanſiōis cauſā vo
lunt eſſe vacuū.cū non eſt expanſio:nō pōt vllū corpꝰ
effici maius cū exit ab alio:ꝙ̄ erat cū in illo erat.Et ſic
patet prima pars.deinde verificat ſcdam,⁊ ingt.Si aūt
vacuum eſt:⁊ extenſio ipſe:que fit ꝓpter vacuum:abſur-
dum eſt ipſum qꝺ ſeparatur:cum exit ab alio:ſemper maio
rem ex neceſſitate occupare locū:Hoc Ariſto.poſuit:ſed
C Auer.dupľr probauit.primo,q2 non eſt verū niſi quādo
corpora tranſirēt ad minus.ſecūdo,quia poſitione vacui
corpus fieri non poteſt maius vel minus.niſi alteratiōe.
at iſti dicunt ſola tranſlatiōe aliqꝺ corpus fieri maius:vt
aer cū exit ex aqua maior fit:⁊ nō alteratiōe:ſed ſola trā-
ſlatione:vel ſeparatione partiū ab eo:in quo aer erat.hec
expoſitio mihi placet valde ⁊ eſt alia a noſtra:⁊ ſortaſſe
facilior:⁊ verior.❡ Deinde ſeqtur[Et cū Themiſtius]
vbi narrat ꝙ Themiſtius dixit Alex.hunc locū alr intel-
lexiſſe:cuius tn̄ expoſitionē Themiſtij nō explicauit:po-
ſtea reddit cauſā quare Ari.dixit hec:vbi debes ſcire ꝙ
due ſunt difficultates antique:vtrū de magno ad paruū
corpus mutari poſſit abſqꝫ vacuo.Et vtrū de pūo ad ma-
gnū mutari poſſit corpꝰ abſqꝫ vacuo.He ſunt due qōnes.
Dictū fuit in phyſicis de magno ad paruū nō poſſe mu-
tationē fieri abſqꝫ vacuo.Quoniā nō poſito vacuo:dare-
tur penetratio corporis.Ideo in mutatione de magno ad
paruū neceſſarium eſt vacuū.At in mutatione de paruo
D ad magnū nō eſt vacui neceſſitas:q2 in tali mutatiōe ne-
gato vacuo,nō ſeqtur penetratio corporis.inquit.Auer.⁊
nō dixit hoc.ſ.qꝺ in textu legitur de vacuo niſi ꝙ cū ſer-
moni dicentis corpus tranſmutari non poſſe de magno
ad paruū negato vacuo:accidit queſtio quā diſſoluit in
phyſicis de penetratione:voluit narrare qōnem illam de
penetratione non accidꝫ ſermoni dicentis corpus muta-
ri de paruo ad magnum:⁊ reddit cauſam cur ſermoni di-
centi corpus mutari de magno in paruum accidit que-
ſtio de penetratione:⁊ ſermoni dicenti corpus mutari de
paruo in magnū dicta queſtio de penetratiōe nō accidat.
cauſa(vt dicit)eſt,quia mutatio de magno in paruum eſt
abſqꝫ alteratione:ſupple acquiſitiua noue forme:ideo ſal-
uari nō poteſt niſi conceſſa penetratione.At mutatio de
paruo ad magnū eſt cū alteratione acquiſitiua noue for-
me:ideo fieri pōt abſqꝫ penetratiōe.Quare ad hec aliud

tertere Ariſto.declarauit ꝙ ſiue ponatur vacuū:ſiue nō E
ponatur:fieri minime poteſt,vt corpus ſubtilius genere-
tur cū exit ab alio corpore:ꝙ̄ erat antea,quando cū illo
coadunabatur:⁊ hoc totū ſatis fuit explicatū.❡ Deinde
ſequitur illa particula[Nos autē itelligimus]vbi Auer.
quaſi de mente Alexan.oſtendit ꝙ etiā quando mutatio
fit de paruo ad magnū neceſſariū eſt vacuū.q2 non po-
teſt fieri niſi foramina amplientꝫ.Foramina aūt amplia-
ri non poſſunt niſi introitu vacui in illa:quare niſi eēt va-
cuū:nō eſſet ampliatio:⁊ vbi nō eſſet ampliatio:nō poſ-
ſet aliquod corpus fieri maius cū exit ab alio corpore:in
quo latebat.Similiter nec poſſet fieri minus:nā negato
vacuo eſſet penetratio partiū.Sic igitur negato vacuo
corpus quod exit ab alio corpore:nec maius nec minus
fieri poſſet ꝙ̄ erat dum cum alio latebat.Cuius oppoſitū Inſuper
dixit Themi.qui voluit ſine vacuo corpus fieri non poſ- Sed
ſe minus,cum exit ab alio:in quo latebat:bene tamē fie- F
ri poteſt maius.Sed hec tu conſidera.

❡ Inſuper etiam generationem mutuam de-
ficere neceſſe eſt:ſiquidem in ipſa finita ma-
gnitudine infinita finita nō inſint.Cum enim
ex terra aqua fit:aliquid terre aufertur.Si ge- Quare
neratio quidem ipſa ex ſegregatione fuerit:⁊ Igitur
iterum cum ex eo quod relinquitꝫ ſimili mo-
do.Quare ſiquidē ſemper hoc erit:accidet
in ipſo finito infinita ineſſe. At cum hoc impoſ
ſibile ſit:non ſemper ex ſeſe mutuo generabū- G
tur.Non eſſe quidem igitur ex ſegregatione
mutuam generationem dictum eſt.

❡ Ultimo arguit Ariſto.hypothetice.ſic:ſi generatio eſt Expoſitio.
ex ſola ſegregatione corporis:qꝺ cum alio erat cōgrega-
tum.tunc generatio mutua elementorū tandē deficeret.
deducitur ꝯńtia:q2 pono ex terra certe magnitudinis fie-
ri aquā terre magnitudinis,videlicet pedalē:cum hec ge-
neratio ſit mera ſegregatio aque a terra aliqd a terra mi-
nutū erit,ob qꝺ terra ex qua aqua fit redditur minor.vl
terius pono aliā aquā iterū ⁊ terra relicta fieri.⁊ certum
eſt terrā rurſus minorē relinqui:quare oportet tandem
aut vt generatio aque ex terra deficiat aut vt in terra ex
qua aq̄ ille oriantur ſint infinite aq̄ certe quantitatis inui
cem incommunicabiles ac infinita eſſe in mole finita fie
ri nequit:igitur generatio elemēti ex elemēto tandē defi-
ciet.inquit.Inſuper etiam ſupple ſi generatio elemēti eſt
mera ſegregatio vnius elemēti ab alio in quo erat cōgre- H
gatum:generationē mutuam deficient tandē neceſſe eſt.
Siqdem in ipſa finita magnitudine infinita finita nō in-
ſint:⁊ qꝺ dixerat declarat,dicens,cū enim ex terra aqua
fit:aliquid terre auferꝫ:quia terra redditꝫ minor ꝙ̄ erat:
ſi generatio qdem ipſa fuerit ex ſegregatione:⁊ fuerit ſilr
etiam generatio ſecūda que iterum fit ex eadem terra re-
licta:ſegregatio:⁊ ſic in infinitū ponit demum cōcluſio-
nem:⁊ inquit.Quare ſiqdē ſemper hoc erit videlicet ꝙ
in generatione ſemper aliquod quātū ſegregetur a terra:
accidet in ipſo finito infinita eſſe at cū hoc īpoſſibile ſit:
nō ſemper ex ſeſe mutuo elementa ipſa generabunꝫ ⁊ ſic
generatio mutua deficiet:qꝺ erit ꝓpoſitum.demum epi-
logat.d.nō eſſe qdem igitur ex ſegregatione mutuam ge-
nerationem dictum eſt.❡ Quo ꝯo ad verba attinet de- Declaratio
bes ſcire ꝙ infinita eē in magnitudine finita pōt dupliciter verboꝝ.
ter intelligi continue ꝓportionalia ⁊ ſic nihil ꝓhibet:q2
in omni magnitudine infinite partes eſſe poſſunt ꝯtinue
eiuſdem ꝓportionis:aut equalia ⁊ nulli certe quantitati

I nec inuicē cōſtabilia:⁊ ſic eſt īpoſſibile:⁊ tale ſequit̃ eos qui dicunt generationē vnius elemēti eſſe ſegregationē: hec quo ad verba. ¶ Auer. autē ait ⁊ iſtius ſermonis forma eſt quaſi ſylli hypothetici continuatiui:cuius compoſitio eſt talis/ſi generatio mutua elemētorū ē ſ₃ expulſionē:neceſſe eſt vt generatio ſecet̃. hec continuatio ꝓbatur ſm̄ Auer. in textu:quia ſi non ſecetur:in corpore finito erunt infinite magnitudines finite. hec Auer.

Que Auer. cōmē. 59.

Pila Sphera Cubus Circulus

¶ Reſtat autem vt in ſeipſa tranſmutata fiāt. verū hoc dupliciter:aut eniȝ transfiguratione:vt ex eadem cera pila fit:cubuſue. aut diſſolutione in ſuperficies. vt quidam aiunt.

Expoſitio. ¶ Nunc vult reprobare alias opiniones:⁊ primo ponit illud in quo conueniunt quaſi ex dictis illud deducendo:⁊ inquit. Reſtat autem ſupple vt ipſa elementa fiant in ſeipſa tranſmutata. ⁊ non ſegregatione tñ. Poſtea diſtinguit vt opiniones declaret diuerſas. ⁊ inquit. Uerū ħ dupl'r ſupple eſt. hoc eſt:elemēta tranſmutari inuicē dupliciter eſt:aut eniȝ transfiguratione:vt ex eadem cera fit pila mō:⁊ mō cub⁹:vel aliqd̄ tale:ſic ex eadē maſſa elemēti oīa elēta fiāt ⁊ vnū ex alio ſola facta mutatiōe facta in figura. aut diſſolutione in ſuperficies id eſt ſola mutatiōe facta in ſuperficies:vt quidā aiunt/videlicet platonici. ſz aut tertiū modū verum:videlicet per tranſmutationē in ſubā qꝛ in libris de generatione cōplebit̃. quare q̄rit nūc de his alijs duobus modis:quos vtroſq₃ refellit: hec Ariſtoteles de poſitionib⁹ breuiter quas reprobabit. K

¶ Siquideȝ igitur transfiguratione gn̄antur: accidit ex neceſſitate ipſa corpora dicere indiuiſibilia eſſe:non enim ſi diuiſibilia ſint:pars ignis erit ignis:neq₃ ipſius terre terra:ꝓpterea ꝙ pars pyramidis omnino pyramis non erit:neq₃ ipſius cubi cubum. L

Expoſitio. ¶ Incipit nūc reprobare opiniones:⁊ p̄mo eiuſq₃ voluit elemēta fieri inuicē transfiguratiōe:⁊ (vt mihi videt̃) hec ratio fundat̃ in plurib⁹ ꝓpoſitionibus:p̄ma ꝙ elementa limitāt ſibi figuras quarū tranſmutatiōe mutant̃ in ſubſtātia. verbi cā. ignis limitat ſibi pyramidē:⁊ terra cubū: ⁊ alia alias quaȝ tranſmutatiōe ipſa in ſuba mutant̃. Secunda ꝓpoſitio/figura eſt indiuiſibilis:nō enim quelibet pars pyramidis eſt pyramis:neq₃ quelibet pars cubi eſt cubus:ex hac ſequit̃ 3ª ꝙ corpora que has ſibi limitāt figuras:etiā indiuiſibilia erūt:quoniā ſunt ꝓpter has figuras:⁊ ideo ſi he īdiuiſibiles erūt:⁊ corpora his figuris cōſtituta etiā indiuiſibilia erūt. his ſtantibus arguit Ari^{les} ſi elēta mutuo ex ſeinuicē gn̄arent̃ transfiguratione earū figurarū:quas ſibi p ſe limitāt:elemēta ipſa erūt indiuiſibilia:qꝛ p ꝓpoſitiones ſi figure ſunt īdiuiſibiles:⁊ corpora erunt īdiuiſibilia:que illas ſibi limitāt. inq̄t. Siqdem igitur elemēta ex ſeſe mutuo generant̃ transfiguratiōe:accidit ipſa corpora dicere indiuiſibilia eſſe. probat ꝯñam: ⁊ inquit. Nō eniȝ ſi ſint diuiſibilia:erunt diuiſibilia in ꝑtes eiuſdē rōnis:⁊ ita opȝ dicere illa eſſe indiuiſibilia in ꝑtes eiuſdē rōnis:nō eniȝ ps ignis erit ignis:neq₃ ps ipſi⁹ terre erit terra ipſa:velati neq₃ ps pyramidis erit pyramis quam ſibi limitat ignis:neq₃ ps cubi eſt cubū:quā figurā ſibi limitat terra. quare elementū oē īdiuiſibile erit qd̄ eſt abſurdū intenti. ¶ Unde pōt ſyllogiſmus a p̄mo ad vltimū ſic ordinari:ſi generatio elemētorū mutua eſt transfiguratione:elementa limitabunt ſibi figuras quaſdam quarum tranſmutatione ipſa generantur ⁊ corrumpuntur. ſi elementa limitabunt ſibi figuras:elementa li-

H

M

Syllo.

mitabunt ſibi formas indiuiſibiles in ꝑtes eiuſdē rōnis: ſi elemēta limitabūt ſibi formas īdiuiſibiles in ꝑtes eiuſdem rōnis:elementa erunt indiuiſibilia in ꝑtes eiuſdem rationis:⁊ ita ſeq̄tur īpoſſibile:quare elementa transfiguratione nō mutuo generabunt̃:nō deſunt q̄ dicunt ꝑħm obiecīſſe nō directe cōtra poſitionē ſed cōtra fundamentū poſitionis:qd̄ eſt ꝙ elemēta determināt ſibi ꝓprias figuras tāq̄ eēntiales formas:obiecit eniȝ cōtra hoc:qꝛ qdlibet elemētuȝ eēt īdiuiſibile in ꝑtes eiuſdē rōnis:⁊ nullū eorū eēt ſimilare:velati ⁊ ipſa figura:quā ſibi limitāt: eſt indiuiſibilis. ¶ In cōmēto p̄ſenti Auer. docet omnes opiones antiquorū de gn̄atiōe elemētorū:reduci ad tres: videlicet latitationē/vt Anaxagoras poſuit. trāſfigurationem:vt Democritici. ⁊ diſſolutionem eorum ad ſuperficies:vt Platonici. Ulterius dicit in calce commenti: ꝙ non eſt ita de cubica figura veluti eſt de pyramidali: qꝛ terra poteſt diuidi in cubica ⁊ in ꝑtes:quaȝ q̄libet eſt cubica. nō ſic de pyramide:qd̄ quō ſit:relinquatur. N

Que Auer. cōmen. 60.

¶ Sinaūt diſſolōne ſuꝑficieȝ:primū q̄dē abſurduȝ eſt nō omnia ex ſeſe mutuo generare; qd̄ quideȝ ipſos dicere neceſſe eſt: ⁊ non dicunt. Neq₃ eniȝ conſentaneū eſt rationi vnū duntaxat tranſmutationis expers factū eſſe. Neq₃ per ſenſum videtur:ſed omnia in ſeſe mutuo tranſmutari ſimiliter.

Uerbū n[illegible] q[illegible] b⁹ v[illegible] ſtris habetur. O

¶ Obijcit autē cōtra Platonē:q generationē elementoꝝ voluit fieri per reſolutionē ad ſuꝑficies. ⁊ primo qꝛ accidit eos dicere nō omnia elemēta ex ſeſe mutuo fieri. inq̄t. Sinautē diſſolutione ſuperficierū ſupple dicit̃ elemēta generari:primū q̄dem abſurdū ſupple qd̄ accidit:eſt nō oīa ex ſeſe mutuo generari:qd̄ q̄dem ipſos dicere neceſſe eſt:⁊ nō dicunt. coguntur aūt ſic dicere ſtantib⁹ ſuis fundamētis:⁊ tñ verbo nō dicunt. ¶ Quo ꝟo ad ꝟba attinet: verbū[nō]in antiquis tranſlationib⁹ nō legit̃:⁊ in q̄buſdā grecis codicib⁹ minime:tñ in noſtris reperit̃:⁊ (vt mihi videt̃) optime ponit̃:deinde explicat abſurdū Platonis quale eſt:⁊ ait ipm̄ eſſe ſenſibus ⁊ rationibus diſſonū. inquit. Neq₃ eniȝ rōni conſentaneū eſt vnū ſupple elēntorum duntaxat eſſe factū expꝰs tranſmutationis:neq₃ ꝑ ſenſum videt̃ ſ₃ id qd̄ ſenſu videt̃ eſt/oīa in ſeſe ſimiliter mutuo tranſmutari:inq̄t̃ rationi ⁊ ſenſui diſſonū eſt vnuȝ ſolum elementorū videlicet terrā eſſe intranſmutabile:cetera ꝟo tranſmutabilia eſſe. ¶ Auerro. autē p̄mo breuibus narrat poſitionē Platonis:quā in Timeo poſuit:⁊ 2º deducit ꝯñam ſeu abſurdū. Plato igit̃ poſuit figurā:que ignis eſt ignis pyramidē habentē tres baſes. figurā aeris hūteȝ octo baſes. figurā aque habentē baſes. 20. terrā ꝟo habentē cubicā figurā. hec breuiter de Platonis opinione. Abſurdū ꝟo deducit:qd̄ erat qꝛ data poſitiōe Platonis:nō oīa elemēta mutuo ex ſeſe trāſmutarent̃:imo (vt dicit Auer.) nō omne elemētuȝ fieri diceret̃ ex omni elemēto. deducit Auer. qꝛ īpoſſibile eſt vt elemētū qd̄ eſt ex pluribus triangulis fiat ex elemēto:qd̄ eſt ex paucioꝛib⁹ triangulis. verbi gr̄a. īpoſſibile eſt vt elemētū qd̄ eſt ex viginti baſibus fiat ex elemēto:qd̄ eſt ex tribus baſibus:⁊ ita ſequitur vt elementū:qd̄ eſt pauciorū triangulorū nō tranſmutetur in aliud pluriū triangulorū:neq₃ aliud in ipſum. hec Auer. ¶ Mihi autē nō placet hec deductio: quia Ariſtoteles ait Platonē oporteret dicere vnuȝ ſoluȝ elementū eſſe tranſmutationis expers:⁊ illud eſt terra vt poſtea dicet. ꝓpterea debes ſcire p̄ᵒ ꝙ Plato in Timeo voluit. p̄ncipium eorū que generant̃:vt ſubiectū quideȝ eſſe materiā:vt rōnem ꝟo eſſe formā ſeu ideam vel ſpeciem boni

Expoſitio.

P

Que Auer. cōmen. 61.

Q

[illegible] Au. deductio [illegible]

A horuꝫ autē ꝓpagines prime ſunt quatuoꝛ elemēta: ꝛ quā-
tum ad hoc non valde differt ab Ariſtotele. Nam Pla-
to oium elementoꝝ vnā primā poſuit materiā vt ꝛ Ari-
ſtoteles ipſe: ꝛ ſic per reſolutionē ad iſtam oia ex ſeſe mu-
tuo fieri ſentit. Dīt Ꝟo ab Ari. quo ad materias ꝓpīquas
elementorum: quas appellat ſuperficies: naꝫ aliaꝫ poſuit
ignis: aliaꝫ aeris: aliam aque: aliam terre: verum figure
ſupficiales ex qbus ignis, aer, ꝛ aqua cōſtāt oēs ſunt eiuſdē
rationis: quatenus voluit oēs eſſe ſchalonicas. ſeu hyſo-
pleuricas. pyramis enim ex qua conſtat ignis ex quatuoꝛ
hyſopleuris cōponitur. octocedron qđ eſt materia ꝓpin-
qua ſeu elementū ſeu figura ꝓpria aeris, conſtat ex octo
hyſopleuris. Icocedron: qđ eſt ꝓpria aque materia, vel fi-
gura, vel ꝓprium aque elementū: ex viginti conſtat hyſo-
pleuris. at ſolam terraꝫ ait conſtare ex figura alteri⁹ ſpēi
B videlicet hyſochele: naꝫ hec figura habens angulos octo:
cubū conſtituit: qđ eſt elementū ſeu ꝓpria materia terre:
quia igit̄ ignis, aer, ꝛ aqua cōſtāt ex materijs ꝓprijs: q̄ que
ſunt eiuſdē rōnis: ſola autem terra conſtat ex figura hyſo-
chele: que eſt alterius rōnis: ideo tria p̄ma cogit̄ dicere in-
uiceꝫ tranſmutari: ſolā autē terraꝫ intranſmutabilē: quia
conſtās ex materia alterius ratiōis nō pōt tranſmutari i
inconſtās ex mā alterius rōnis: vnde ſyllogiſmus eſt, oē
qđ cōponitur ex materia alterius rōnis: nō pōt tranſmu-
tari in cōpoſitū ex mā eiuſdeꝫ rōnis. ſed terra ꝯſtat ex cu-
bica materia: que cōſtat ex hyſochele figura: ꝛ cetera tria
conſtant ex ſchalenonib⁹ ſeu hyſopleuris: que ſunt figu-
re eiuſdē rōnis. igit̄ ſola terra eſt intranſmutabilis in alia
elemēta. Hec Plato iuxta fundamēta ſua cogit̄ dicere: lꝫ
Que Plato de figuris. verbo nō dicat. ¶ Ex his apparet Platonē has figuras
nō poſuiſſe ex pte forme: ſed ex parte materie: qꝛ has vo-
C luit eſſe ſcđas materias elemētoꝝ: ex qbus ꝓpinque cō-
ſtant elīta: nam materia p̄ma oībus elemētis cōis eſt re-
mota oium elementoꝝ. Quomodo Ꝟo poſitio Platōis
defendi poſſit: primo pro pte dictuꝫ eſt: ꝛ fortaſſe dicetur:
Inſuper autem ¶ Accidit inſuper eos de his, que apponūt di-
centes nō ꝯſentanea his dicere que apponūt.
huius autē cauſa eſt, nō bene prima principia
ſumere: ſed oia ad opiones definitas quaſdā
reducere velle. ſenſibiliū enim principia for-
taſſe ſenſibilia: perpetuoꝝ ꝑpetua: corrupti-
biliū corruptibilia: ꝛ oino ſub eodeꝫ gn̄e ſub
quo ſubiecta ſunt eſſe oportet.
Expoſitio. ¶ 2⁹ obijcit ꝑ aliud abſurdū: qꝛ ſꝫ hanc Platonis poſitio-
nē accidit de his q̄ apponūt nō dicere ꝯſentanea his que
apponūt: qđ Ariſ. reputat erroneū: ꝑ hanc cām. vꝫ qꝛ p̄n-
D cipia debet corriſdere p̄ncipiatis: ꝛ ꝓpōnes ꝯclusiōibus: quia
opꝫ corruptibiliū p̄ncipia eē corruptibilia ꝛ perpetuoꝝ
perpetua. ꝛ ꝙ hoc accidat platonicis pꝫ. qꝛ effectus ſunt
res naturales: ſuperficies quas volunt eſſe principia ſunt
res geometrice. inquit. Accidit inſuper eos de his que ap-
ponunt: dicētes nō conſentanea his dicere que apponūt
ꝙ putat erroneū. ꝛ ꝙ hoc accidat. ꝓbat. d. huius autē cau-
ſa eſt nō bene p̄ma p̄ncipia ſumere: ſed oia ſupple ad p̄n-
cipia velle reducere: que ſunt ſm̄ quaſdā opiniones defi-
nitas vt Pithagoricas, vel Democriticas, vel alias. quia
igit̄ volunt effect⁹ reducere ad p̄ncipia ſm̄ opiones alio-
rū: ideo loquuntur de appentib⁹ per nō appentia: oſndit
auteꝫ hoc eſſe abſurdū. d. ſenſibiliū eniꝫ p̄ncipia fortaſſe
ſenſibilia: ꝑpetuoꝝ ꝑpetua: corruptibiliuꝫ corruptibilia:
ꝛ omnino ſub eodē genere ſub quo ſubiecta hoc eſt p̄nci-
piata: que cauſis ſubijciunt̄ opꝫ eſſe. Sic igit̄ 2ᵐ abſurdū
eſt ꝙ de p̄ncipiatis ſubiectis loquunt̄ ꝑ cauſas extraneas
alterius generis: qꝛ p̄ncipiata ſubiecta ſunt naturalia ꝛ ge- E
neris phyſici. cauſe autē ſunt mathematice. hoc auteꝫ re-
probatum eſt in libris poſteriorū: ideo nunc ſupponat̄.
¶ Hi preterea propter horum amorem idem Preterea autem
facere vident̄ his qui pōnes in diſputationi- Diſputatiōib⁹ Sermonib⁹
bus ſeruant. omne eniꝫ ſuſtinēt qđ accidit: vt Rationibus
vera habētes principia: ac ſi quedam non ex- Expedičs eē ꝛ oportere.
pediens eſſet ex euenientibus iudicare p̄ſer-
tim que ex fine. eſt autē finis factiue quidem
ſcientie opus: naturalis autem: id qđ ſemper
proprie per ſenſus apparet.
¶ 3⁹ obijcit per aliud abſurdū: qꝛ iſti logice, ſiue diſputati- Expoſitio.
ue ꝓcedunt ꝙ ſciētijs demonſtratiuis eſt diſſonū. ꝛ ꝙ ꝓ-
cedant diſputatiue declarat: ꝛ inquit. Hi p̄terea ꝓpter ho-
rū amoreꝫ: hoc eſt ꝓpter affectū. quē in mathematicis ha- F
bent: ideꝫ facere vident̄ ipſi qui poſitiones in diſputatio-
nibus ſeruāt. ꝛ declarat quō faciāt dialectici: qñ diſputan-
do poſitiones ſeruāt: ꝛ inquit. Omne eniꝫ ſuſtinet: qđ acci-
dit ꝛ ſeqtur ad poſitiones illas: vt faciūt illi qui vera hñt
principia. diſputātes eniꝫ cū tenēt aliquas pōnes: ꝯcedūt
qcquid ſequit̄ illas: ꝛ negāt omne repugnās poſitis: ꝯce-
dunt dico, omne ſequēs ex poſitis etiā ſi falſum fuerit ꝛ i-
poſſibile: faciunt aūt hoc ac ſi quedā ſupple poſita nō eēt
expediens iudicare ex eueniētibus ac ſequētibus illa po-
ſita: ꝛ p̄ſertim ex fine: que eſt cōcluſio. iuxta quā ꝓpoſitio-
nes ſumpte moderantur qđ eſt erroneū: qꝛ in demr̄atiuis
ſciētijs ꝓpoſitiones moderant̄ ꝓpter ea que ſequunt̄. Lo-
gice eniꝫ ex falſis ſeqtur qñqꝫ veruꝫ. demonſtratiue autē
ſi cōcluſio eſt falſa: ꝓpoſitiones ſunt falſe: aut vtraqꝫ: aut
altera: vt in poſteriorib⁹ eſt dictū, quare qꝛ Plato diſpu-
tatiue in ſciētijs demonſtratiuis quales ſunt phyſice, ꝓ- G
ceſſit: ideo errauit. ¶ Quo Ꝟo ad Ꝟba attinet: dixit. Ac ſi
quedā ſꝫ nō oia: qꝛ ſolum demr̄atiua principia ꝑ ea que
ſequunt̄ iudicant̄: nō autē dialectice poſitiones: ꝛ quia di-
xit p̄ſertim ꝑꝑ finē eē iudicandas poſitiones declarat du-
plicē finē eſſe: ꝛ inquit. Eſt autē finis, factiue qdem ſcien-
tie opus: naturalis aūt ſcientie veritas ſenſib⁹ ꝯformis: ꝛ
hoc ait: naturalis autē id qđ ſemper ꝓprie ꝑ ſenſus appa-
ret. igit̄ veritas ſenſata vel ſenſib⁹ ꝯformis eſt finis phy-
ſicarū ſcientiarū. Ex his vult habere errorē Platonis: qꝛ
Plato de ſenſilibus rebus ꝑ non ſenſilia p̄ncipia ꝓceſſit:
qꝛ ex nō ſenſilibus p̄ncipijs nō pōt ſequi ꝯcluſio ſenſilis:
ꝛ ſic nō phyſice ſed magis dialectice ꝓceſſit. ¶ Quo Ꝟo
ad verba attinet: ꝑ naturalē ſcientiā hic itellexit oēꝫ ſciaꝫ
humanitus acqſitam. hec eniꝫ eſt de ſenſilibus: ꝛ ꝑ ſenſi-
lia p̄ncipia. Scientia Ꝟo ſupernaturalr̄ inuenta: pōt eſſe H
de inſenſilibus per inſenſilia p̄ncipia: vt catholici ſcribūt.
vel fortaſſe per naturalē ſcientiā: ſolaꝫ phyſicaꝫ voluit: q̄
ꝓculdubio eſt de ſenſilibus rebus per ſenſilia principia.
¶ Dubitaret forte quiſpiaꝫ: qꝛ rerū naturaliū p̄ma prin- Dubitatio.
cipia ſunt prima forma ꝛ p̄ma materia: ꝛ vtraqꝫ ſunt eter-
ne. igitur nō opꝫ corruptibiliū p̄ncipia eſſe corruptibilia.
¶ Reſpondet Auer. Ariſ. dictuꝫ eſſe intelligendū de ꝓ-
pinquis principijs: nō autē de remotis. modo prima ma-
teria: ꝛ p̄ma forma ſunt remota p̄ncipia miſtoꝝ natura-
liū: ꝓpiqua autē ſunt quatuoꝛ ipſa elīta: ꝛ ꝓpterea Auer.
colligit Ariſto. duo voluiſſe: primū ꝙ cuꝫ res geometrice
ſint eterne: illarū p̄n⁹ erunt eterna. Scđm, ꝙ cū res phy-
ſice ſint corruptibiles: illarū p̄ncipia erunt etiā corrupti-
bilia nō quidem remota: ſed ꝓpinqua. ¶ Sed occurreꝫ
quomodo ꝓpinqua p̄ncipia ſunt corruptibilia an de per
ſe: an ꝑ accidēs. Rñdet Auer. ꝙ ꝓpinqua ipſa p̄ncipia re-
rū naturaliū ſunt corruptibilia: qꝛ ſunt ꝯtra cōpoſiti cor-

I ruptibilis:vt materia ꝓxima rei:⁊ eius forma. ſunt.n.cor-
ruptibiles:qꝛ ſūt ptes cōpoſiti corruptibilis vt ignis vel
miſti cuiuſdā.vnde Auer.ait hec Ariſto.dixiſſe ad demō-
ſtrandū primā materiā eſſe ingñabilē ⁊ icorruptibilē.for
mā ꝟo rei eē corruptibilē/ꝗten⁹ eſt ps cōpoſiti corrupti-
Confutatio bilis.℄ Sed pace Auer.dixerī:hec determinatio.nō vi-
dictoꝝ Aui. detur conſona:nā ſi miſtū cōpoſitū eſt res corruptibilis:
opꝫ ſm Auer.elītuꝫ ex quo miſtū eſt tāqꝫ ex ꝑncipio ꝓ-
pinquo:eē corruptibile.vltra elītuꝫ eſt corruptibile.igiꝭ
ei⁹ ꝑncipia ꝓxima ſūt corruptibilia.ſunt igiꝭ ꝑn⁹ ꝓxima
ꝑma materia ⁊ eius forma elementaria.igitur prima ma
teria ⁊ prima forma elementaria erunt corruptibiles:qδ
Auer.negat de ꝑma mā:⁊ cōcedit de ꝑma forma:que eſt
elītaria.pterea ꝑma mā ⁊ ꝑma forma ſunt corruptibiles
ꝑ accñs quaten⁹ ſunt ptes cōpoſiti corruptibilis:⁊ Ariſt.
ꝑ ꝓxima ꝑncipia corrūpi intelligit vt dicit Auer.illa cor-
rūpi:qꝛ ſunt in cōpoſito corruptibili.igiꝭ dictum Ariſto.
K eſt vlr verū de ꝓpinquis:⁊ de remotis ꝑncipijs:quoniaꝫ
vtraqꝫ ſunt corruptibilia:qꝛ ſūt ptes rei corruptibilis ſal-
tē ꝑ accñs:inſuꝑ ēt eodē mō in geometria eēt:nā remota
⁊ ꝓxima reꝝ geometricaꝝ ꝑn⁹ ſunt ꝑ accñs corruptibi-
lia:qꝛ oēs res mathematice ſunt ſm eſſe in reb⁹ phyſicis.
quare ad corruptionē rerū phyſicarū ſaltē ꝑ accñs eſſent
Solo.ꝓpa corruptibiles.℄ Videꝭ igiꝭ mihi eē dōm dictū Ariſ.eē
vlr verū:naꝫ de ꝓximis:ꝗꝫ de remotis ꝑncipijs:⁊ cum di
vel intelligit ꝑ ſe vel ꝑ accñs.dico ꝙ intelligit ꝑ accñs:naꝫ
rerū corruptibiliū ꝑ ſe:ꝑn⁹ ſunt corruptibilia ſaltē ꝑ acci-
dēs:⁊ hoc ſufficit.⁊ cū di a pari res mathematice pñt eſſe
ꝑn⁹ rerū phyſicarū:qꝛ ſaltē ꝑ accñs ille mathematice res
ſunt corruptibiles.dico ꝙ lꝫ res mathematice ꝑ accñs ſūt
corruptibiles:nō vt ſunt ſic ꝑ accñs corruptibiles:nō ſunt
mathematice/nec mathematice ꝯſiderationis:⁊ ſic nō pñt
L eē rerū phyſicaꝝ ꝑncipia:qꝛ ſunt alterius gñis:niſi qua-
tenus deſcēdunt ad phyſicū genus:nā quātitates de qbus
eſt geometria:ꝗten⁹ ſunt corruptibiles diſponūt ad phy-
ſicā gñationē:⁊ ꝯſiderantur a phyſico:⁊ nō a mathemati-
co.℄ Ulteri⁹ in calce cōmēti Auer.notat diuā iter mo-
dū ꝓcedendi mathematice ſciētie ⁊ phyſice.naꝫ in phy-
ſica ꝓcediꝭ a notiorib⁹ nobis que ſunt cōpoſiti effect⁹ ad
ſuas cauſas ſimplices:in mathematica aūt ꝓceditur a no-
bis notioribus que ſunt ſimplices cauſe ad cōpoſitas res
que ſunt effectus:⁊ ꝓpea Auerroes ait Ariſt.dixiſſe quē-
dam:qꝛ ſolūꝫ in phyſicis locū habet.℄ Ego ꝟo dico ꝙ
hec Auer.pōderatio nō eſt ad ꝓpoſitū:neqꝫ poſſum tex-
tui noſtro illaꝫ accōmodare.Tu ꝟo ſi potes:apta:qꝛ pla-
cebit.hoc vnū ſcio Platonē nō recte inceſſiſſe:qꝛ pceſſit
ex ꝑncipijs ignotiorib⁹ ad ꝯcluſiones notiores:qꝛ ꝑ inſen
M ſibilia indicauit res phyſicas ſenſibiles:hec Auer.⁊ recte.

Preterea Etiam autem. ℄ Preterea etiā accidit ipſis terra elītū ma-
xie eē:ſolāqꝫ incorruptibilē ſiqdē id qδ idiſ-
ſolubile eſt ⁊ icorruptibile ⁊ elītuꝫ eſt.terra
eniꝫ ſola in aliud corpus indiſſolubilis eſt.

Expoſitio. ℄ Secūdo ꝑncipaliter Platoni obijcit qꝛ ſi generatio ele
mentorū ſit per reſolutionē ad ſuperficiē:tunc accidit ſo-
lam terraꝫ eſſe elementū:⁊ ſolā terrā eſſe incorruptibilē:
ꝓbatur ꝯſequentia:⁊ ſyllogiſmus cōponitur ſic ex dictis
Platonis:quicquid eſt indiſſolubile in aliud corpus.ſ.in-
corruptibile ⁊ elemētū ſolūꝫ hec eſt perſpicua:qꝛ he due
ſunt maxime cōditiones veri elementi ſm Platoneꝫ in-
corruptibilitas ⁊ indiſſolubilitas in aliud corpus.⁊ hanc
ponit Ariſto.d.ſiquideꝫ id qδ indiſſolubile eſt.ſuppłe in
aliud corpus eſt ⁊ incorruptibile ⁊ elementū ſolūꝫ.Sed
terra eſt ſola indiſſolubilis in aliud corpus vt ſequitur ex

dictis Platonis.igitur ſola terra eſt elementū ⁊ incorru- N
ptibilis.inquit.Terra enim ſola in aliud corpus indiſſo-
lubilis eſt.deficit concluſio videlicet ꝙ ſola ſit elementū
⁊ incorruptibilis:quod eſt contra Platonem:minorē nō
probat Ariſ.ſed ſuperi⁹ fuit ꝓbata quia figura cubica que
exacedron dicitur terre ipſi ꝓpria ex ſeſe quadratis con-
ſtat velut taxillus.quodlibet auteꝫ quadratū ex quatuor
iſochelibus componitur.eſt autem iſocheles triangulus
rectilineus duo habens latera equalia ⁊ tertium inequa-
le:⁊ vnum angulꝫ rectum duntaxat:figure autem cete-
rorum elementorum omnes ex ſchalenonib⁹ conſtāt(eſt
auteꝫ ſchalenon triangulus rectilineus tria habens late-
ra inequalia: angulum etiam rectum vnum)nam icoce-
dron quam aque tribuebant:ex.20.ſchalenonibus cōpo-
nitur.octocedron quam aeri dabant ex octo ſchalenoni-
bus. tetracedron ſeu pyramis quam igni aſſignarunt ex
ꝗtuor ſchalenonib⁹.igitur cetere figure omnes ex ſchale- O
nonibus conſtant:quare aqua/aer/⁊ ignis/ex ſolis ſchale-
nonibus fiunt.ſola autem terra ex iſochelibus ſed quia
iſocheles non eſt reſolubilis in ſchalenonē:nec ſchalenon
in iſocheles:cum ſint ſpecie diuerſi oportet enim omne
quod reſoluitur:reſolui in ea:que eiuſdem rationis ſunt:
iure aqua/aer/⁊ ignis/ſunt iter ſeinuicem tranſmutabiles.
⁊ ſola terra intranſmutabilis.⁊ ſic patet minor.quare ſeq-
tur concluſio ꝙ ſola terra vendicet ſibi nomen elementi
quia vt dicit Auer.conditio precipua elementi eſt.vt non Que Auer.
reſoluatur in aliud corpus prius.modo hoc eſt contrariū com.62.
ſue opinioni:quia Plato opinatur hec quatuor eſſe ele-
menta ceterorū miſtorum:nullumqꝫ eorum habere no-
men ac rationē elemēti dignius alio.hec Auer.⁊ optime.

℄ Inſuper etiam in his que diſſoluunꝭ:trian- Inſuper Etiam Ac ꝟo.
guloruꝫ ꝑtermiſſio nō eſt rōni conſona.Acci- P
dit autem ⁊ hoc in tranſmutatione que inui-
cem mutua eſt:propterea qδ ex inequalibus
triangulis multitudine conſtāt.

℄ Quidā volunt Ariſtoteleꝫ nunc ꝓbare ꝙ neqꝫ illa tria Expoſitio.
elīta.videlicet ignis/aer/⁊ aqua/poſſunt mutuo inicē trā-
ſmutari:qꝛ cū declarauit terrā nō poſſe in aliqδ eorū trā-
ſmutari:nūc declarat:ꝙ neqꝫ illa tria pñt mutuo trāſmu-
tari inuicē.℄ Auerroes aūt ꝯtinuat ſermonē ꝑſentē cum Que Auer.
ꝑcedenti:⁊ ait Ariſtotelē ponere aliud abſurdū:qδ in or- com.62.
dine eſt tertiū:⁊ ſm ipſuꝫ ſic cōponiꝭ data poſitiōe Pla-
tonis:tunc in tranſmutatiōe elementorū mutua ſupeſſent
aliq triāguli nō neceſſarij.ꝯña declaratur:qꝛ elementaꝫ
limitās ſibi viginti triangulos:vel figurā conſtantem ex
viginti triangulis:⁊cū tranſmutarēꝭ in elementū habens
tres.17.ſuperflui remanebūt:qui neqꝫ cēnt aliqδ elītum Que Auer
neqꝫ miſtū ex aliquo elemēto.⁊ ſi ex elīto habēte viginti com.63.
triangulos fieret elītum habēs octo.12.trianguli ſuꝑflui Q
eſſ.nt.⁊ ſi ex elemēto habēte viginti triangulos fieret ele
mentū cubicū habens.12.remanebāt octoimo elemētuꝫ
habēs viginti triangulos nō poſſet ex eorū aliquo fieri.⁊
vlr nullūꝫ eorū poſſet ex alio fieri:quoniā oīa conſtāt ex
triangulis numero inequalibus:⁊ hoc ingt.Inſuper etiā
in his elemētis:que diſſoluunꝭ:⁊ mutuo inuicē mutanꝭ:
trianguloꝝ ꝑtermiſſio nō eſt rationi conſona.⁊ ꝙ ſequaꝭ
ꝑtermiſſio triangulorū:inquit.Accidit autē ⁊ hoc in tran-
ſmutatione elītorūꝫ que inuicē mutua eſt:ꝓpea ꝙ elīta
conſtāt ex triāgulis multitudie inequālibus:⁊ ita ſemꝑ aut
trianguli ſuꝑflui eſſent:aut deficiētes.hec Auer.⁊ optime.

℄ Preterea hi.qui hec dicunt gñationē faciāt
ex nō corpore neceſſe eſt:nā cū ex ſuꝑficiebus
fuerit genitum:nō ex corpore erit genitū.

℄ Quarto

Expoſitio. A ¶ Quarto arguit ꝙ data poſitione Platonis de gñatio corporis eẽt ex nõ corpe: qḋ relinqt tanq̃ ĩpoſſe. inquit. Preterea huic hec dicũt. vz ꝙ elnta fiant ex ſupficieb⁹: ⁊ reſoluant̃ in ſupficies: gnõnẽ faciãt ex nõ corpore neceſſe eſt. deducit ↄ͂ñtũ dicens: nã cũ ex ſupficieb⁹ elntũ ipſz fuerit genitũ: nõ ex corpore erit genitũ: qm ſupple ſupficies non eſt corpus. ¶ Auer. aũt p̃mo reſumit ea: q̃ dicta ſunt de gnõne corporis ex corpore: ⁊ ait ꝙ corp⁹ non fit ex corpore in actu: niſi accidẽtalr: qm eſſentialr corp⁹ fit ex corpore in potẽtia. mõ illud qḋ eſt eſſentialr ⁊ per ſe: ipoſſe eſt vt nõ ſit: imo eſt eternũ ⁊ neceſſariũ: quare per ſe ⁊ neceſſario corpus fit ex corpe in potẽtia: deinde oſtẽdit abſurdũ Platonis: nã cũ Plato diſſoluat corruptũ p̃mo in ſupficies: poſtea ex illis ſupficieb⁹ cõponet corp⁹: ↄ̃tinget corpus per ſe p̃mo fieri ex ſupficieb⁹: ⁊ nõ ex corpore illo: qḋ diſſoluebat̃ in ſupficies. Quo cõceſſo ſequũ- B tur oĩa ĩpoſſibilia q̃ cõtingunt dicentib⁹ gnõnẽ corporis fieri ex nõ corpore: vt ꝙ vacuũ ſit: ⁊ ꝙ corp⁹ fiat ex aliq̃: qḋ nec eſt actu corpus: nec po⁹ corpus: q̃ oĩa ſunt declarata ſupi⁹ eẽ ĩpoſſia. ¶ Sed dices ꝙ ſupficies ſunt corpora in po⁹: q: cũ ſubiecto ligant̃: ⁊ a ſubiecto diſſoluũt̃. igit̃ ſaltẽ cõpoſitũ ex ſubiecto ⁊ ſupficie erit corp⁹ in potentia. ¶ Obijcit huic Auer. p̃mo, q: hoc cõceſſo neceſſe erit ſubiectũ eſſe p̃us ſupficieb⁹: ⁊ ſic nõ p̃mo corpus fieret ex ſupficieb⁹: ſed ex ſubiecto: qḋ eſt illis p̃us. Scḋo ſequeretur ꝙ ſupficies eſſent ſubiecte elntoꝝ. videlz quaſi forme. pbat̃: q: illis corruptis vel generatis elnta fiunt ⁊ corrumpunt̃. igit̃ eſſent quaſi forme: q̃re nõ põt ex materia ⁊ ſupficie fieri corpus in po⁹. hec Auer. ⁊ optime.

¶ Ad hec nõ omne corpus diuiſibile eſſe dicere: ſed certiſſimis ſcientijs aduerſari neceſſe eſt: nã ⁊ mathematice ipſuz itelligibile diC uiſibile accipiunt. At hi neqz oẽ ſenſibile cõcedũt: ꝓpterea ꝙ ſuppõnẽ ſuã ſaluare volunt ꝙ nãqz figurã cuiqz tribuũt elnto: ⁊ hac ſubſtãtias ipſoruz diſtinguũt hi: idiuiſibilia faciãt Tribuunt. ipſa neceſſe eſt. pyramide eni aut pila aliquo Faciunt. mõ diuiſa nõ erit qḋ relinquit̃ pila aut pyra- Cõſtat ver mis: quare aut pars ignis nõ ignis eſt: ſz erit hũ ſupple aliquid elemẽto prius. ꝓpterea ꝙ oẽ corpus tum. elementũ eſt: aut ex elementis conſtat. Aut non omne corpus diuiſibile eſt.


ſequitur conuerſionem alimenti momentaneam,ſubito
fit,vt illa conuerſio.quę ſꝫo conſequitur conuerſionē ali-
menti factaꝫ pluribus momentis,eſt auctio ſucceſſiua q̄-
dem,ſed diſcontinua,⁊ hęc eſt ſententia Auerrois octa- F
uo phyſicorum.cōmēto.23.vbi vult q̄ ſolus motus lo-
calis ſit vnus ⁊ ſucceſſiuus ac continuus.℄ Ad ratiōes.
Ad primam maiorem concederem,ſed negarem mino-
rem,nō eniꝫ auctio eſt illa conuerſio nutrimenti,ſed cō-
ſequens ad conuerſionē,niſi q̄s abutatur auctione ꝓ to-
to aggregato.℄ Ad 2ᵘᵐ maior falſa eſt apđ aliquos exi
ſtente hoīe eſt riſibile,⁊ iſto corrupto corrūpiť ⁊ ecōtra,
⁊ tñ hęc nō ſunt idē realiter.⁊ ſic maior falſa eſt.℄ Rō-
nes principales in ꝑncipio q̄ōnis factę ſoluę ſunt ſimi-
liter.℄ Ad ꝑmā pꝫ falſuꝫ eſſe añcedēs.nō enim auctio
eſt alicuius corruptio,ſed ad alicuius corruptionem ſe-
quens.℄ Ad 2ᵘᵐ ſimilr diminutio nō eſt alicuius cor-
ruptio,ſed ad alicuius corruptionē ſequēs.℄ Ad 3ᵘᵐ pꝫ
auctionē nō eē motū ad ſubam primo,ſed ad quātitatē
conſequentem ſubſtātiam.Hęc de queſtione.
℄ Conſequenter queruntur/vtrum cuilibet quod augeť q̄- Qō 2ᵒ
G libet pars aucti eſt aucta.⁊ arguo q̄ nō,q̄a vel ęqualiter
omnes partes augerentur vel inęqualr.Si ęqualr.igitur
partes nutrimēti ęqualiter inciperent motus ad partes,
qđ patet eſſe falſum.Si inęqualiter,cum nō magis vna
q̄ꝫ altera erit nulla aucta.Cętera argumenta omitto,q̄a
cōmuniter ſcribuntur.℄ In hoc queſito quidam ꝑſtan
tes opinati ſunt omnes partes aucti augeri remotis im-
pedimentis,ſed non eodē modo.nam partes poroſę au-
genť per intus ſuſceptionem,nam nutrimentuꝫ vt quā-
tum ingrediť poꝝum qui cedit ſibi,⁊ non ſit penetratio.
at partes ſolidę augentur per penetrationem.nam nutri
mentū vt ſubſtantia penetrat illas quantitate illaꝝ cor-
rupta.Fundanť autē in ſꝫbo Auerrois,qui ponit vbiq̄
formas elementarias eſſe in quolibet pūcto miſto,quod
eſſe non poſſet,niſi ſe penetrarent,⁊ ſic penetratio ſuba-
rum non eſt impoſſibilis,ſed bene penetratio quantita-
tiua.Hanc poſitionem perſuadent,quia non poteſt ve-
H rificari verbum Ariſtotelis aliter,dicit enim.quęlibꝫ ps
aucti eſt aucta,⁊ lꝫ hoc de poroſis pateat,de ſolidis non
poteſt verificari niſi per penetrationem.
℄ Sꝫ hęc poſitio ſtare nō pōt,q̄a duꝫ forma nutrimenti
penetrat in nutritū vel ſimul cuꝫ ſua mā penetrabit vel
ſolū forma penetrabit relicta mā ⁊ quantitate,nō poteſt
dici q̄ ſola forma relictis mā ⁊ dimenſione,quia tūc ma
teria ſtaret ſine forma,nec dici pōt q̄ mā penetret,quia
tunc dimenſio nō eſſet coęterna materię,q̄a corrupta di
menſione penetraret.⁊ ſic mā aliquando expoliaretur a
dimenſione.℄ Secūdo/ſi mā penetret,tunc duę mate-
rię eſſent in eodem puncto membri,ac duę formę,⁊ ſic
membrūꝫ eſſet in duabus ſpēbus.℄ Recentiores fere
oēs voluere q̄ꝫlibet aucti partem augeri remotis ipedi-
mentis,ſed nō vno modo auctionis,nam partes poroſę

I augenſ per intus ſuſceptionem, ſed ſolidę augētur p̄ iuxtapōnez. Ubi aiaduerte ꝙ iuxtapoſitio q̄dam eſt quantitatiua, q̄dam alteratiua, q̄dam gn̄atiua. augeſ quidem orea per iuxtapōnem lignoꝝ quātitatiuā tn̄. augetur calor per iuxtapōnez calidi corporis adhuc mām alterantia illius ſubiecti. generatiua ꝟo iuxtapōne augeſ p̄s ſolida. Nam poſtq̄ illud nutrimentuz in poro eſt ſic receptū alteraſ a qualitatibus partis ſolidę circūſtātis, qua forma nutrimēti corrumpiſ. ⁊ de mā eius remanēte forma ſubſtantialis educiſ, quę eſt ſimilis formę ſubſtātiali pręexiſtenti, ⁊ ratiōe talis ſimilitudinis in ſpē illarum formarum, mā quę fuit nutrimenti continuatur materię

K formę p̄exiſtentis, ⁊ forma formę, ⁊ inde fit vnū maius, qđ iterum per actionē caloris rarefit ⁊ poroſificaſ ⁊ iterū vt prius erit, ⁊ q̄diu hęc extendi poſſunt (ſic ꝙ nō impediat nimia duritiēs, pp̄ terreſtreitatē ⁊ reſolonem molliuz) tādiu fit auctio. Sic igiſ volunt q̄libz aucti partez augeri, poroſam q̄dez per intus ſuſceptionē. ſolidam ꝟo per iuxtapōnez alteratiuaz, quantitatiuā, ⁊ generatiuam. ⁋ Hęc poſitio quantū ad vnū ſtare nō poteſt. ait enim iuxtapōnem illam eſſe gn̄atiuam, q2 p̄ma forma alimēti deſinit ⁊ noua educiſ de potentia materię. hoc eni ſtare non pōt. p̄mo, q2 Auerroes cōmē. 38. voluit auctionem fieri per gn̄ationē non formę ſimplr̄, ſed pro quāto trāſit ad nouam mām, ⁊ ſic voluit eſſe generationem p̄ hoc ꝙ forma incipit, ⁊ in noua mā, non per hoc ꝙ forma icipit eſſe. ⁋ Scđo, forma educta ⁊ mā illius continuātur vel ꝓpter cōſimilitudinē ſpeciei, ⁊ ſic oēs homines poſſunt eē vnus hō ꝯtinuus. vel pp̄ vnitatē formę, q̄ ꝑerat, ⁊ ſic non de nouo incipit eſſe, ſ3 de nouo incipiat nouam mām informare. ⁋ Tertio, anima vegetatiua manet eadem numero, ⁊ nūq̄ ſm̄ aliquid ſui generaſ, ſed ipſa eſt materię coęua ſm̄ ſe ⁊ quodlibz ſui, ſ3 nouā mām continuo informet in auctione ipſa. igiſ forma nō de nouo icipit eſſe. ⁋ Propterea videſ eſſe dōm cum Auer. cōmē. 38. vbi vult aliquas partes augeri per intus ſuſceptionē vt pori, alię ſolidę per iuxtapoſitionē alteratiuaz ⁊ generatiuā, nō q̄dē nouę formę ſed antiquę in noua mā. Cū3 eni nutrimentū in poro attrahiſ a partibus circūſtātib⁹ alteraſ alteratione corruptiua ad quaz ſequiſ formę ei⁹ corruptio ⁊ antiquę in illius mām inductio, ⁊ ſic gn̄atio eſt non per hoc ꝙ noua forma incipit, ſed ꝙ antiq̄ de nouo mām nouam incipit iformare. ⁋ Tūc ad rōnez primę poſitionis p3 ſolo. v3. ꝙ omnes p̄tes augenſ, ⁊ nō p̄ penetrationem, ſed poroſę per intus ſuſceptionē, ⁊ ſolidę per iuxtapōnez alteratiuaz ⁊ corruptiuā. Ad illud de miſtiōe dicemus, anī dicimus, ꝙ elemēta corporea nec ſe penetrant in miſto vt corpora de p̄dicamēto ſubſtantię, nec vt corpora quāta, q2 vt diximus vna eſt materia

M omium formarū. elementariarū q̄dē vt diſpōnū. miſti ꝟo vt vltimę ⁊ ſpecificę. ⁋ S3 dices ſaltē erunt q̄tuor formę ſubales in eodē puncto materię. igiſ ſe penetrabunt vt formę, ſ3 nō vt corpora. Dico ꝙ ſunt in eodē puncto, nō q̄dez informatiue, ⁊ ſpecificatiue, q2 nō informāt materiā, nec reponunt illam in ſpē. ſed diſpoſitiue, veluti in vno pūcto materię ſunt calor, frigus, ⁊ cętera, ⁊ tn̄ nō ſe penetrāt, q2 diſponūt tm̄ ⁊ nō informāt. Uel ꝯcedi pōt illas formas ſe penetrare in hūc moduz, quo vna diſponat ad alterā in eodē puncto materię. Uerū3 penetratio hęc ęquiuoce diciſ, cū vera penetratio nō fit niſi corporū. ⁋ Ad rōnē in p̄ncipio dōm ꝙ cęteris parib⁹ ⁊ ablatis oīb⁹ īpedimentis oīa mēbra ęqualr̄ ꝓportionalr̄ augenſ. Abſolute tn̄ vnuz maius altero. Uel p̄ pp̄ tres cauſas pn̄t non ęq̄li ꝓportione augeri vel nutriri. Prio, pp̄ infirmitatē, vt ſi pori eēnt opilati, vt p3 in cōtractiōe mēbri ⁊ linieticio. Scđo, pp̄ finē. nā vbi quis multuz coiret

N multū de nutrimēto iret ad vaſa ſeminaria, ⁊ virga magis increſceret q̄ cętera mēbra. Tertio, pp̄ inęqualitatē caloris. nā vbi plus caloris eſt, ibi maior ſit attractio, q2 ibi maior reſolutio. Et ſic patet ad rationem.

⁋ Cōſequēter 3° q̄rit. Utrū in actione maneat idē totuz ante ⁊ poſt. Et videſ ꝙ nō, q2 cōtinuo p̄tes reſoluuntur. Qō 3ª

⁋ R̄ndent q̄dā recētiores ꝙ in plantis ⁊ brutis, manet idē nūero nō ſimplr̄, ſed p̄ ęqualentiā vt fluuius ⁊ aer. At in hoīe ſolo manet idē numero an̄ ⁊ poſt, nō ſimplr̄ ſm̄ ſe ⁊ q̄lib3 ſui, ſed ſm̄ p̄ncipalē partem. ⁋ S3 ꝯ arguiſ p̄. q2 tūc nō eēt dr̄ia iter auctionē aiatoꝝ ⁊ inaiatorū, ⁊ ſic vinū augereſ vera auctiōe in ꝯuerſione aquę, ⁊ ignis in ꝯuerſiōe lignoꝝ. ꝯ Ariſtotelez hic. ⁋ Scđo, tūc Prima pō

O ſolus hō augereſ vera auctiōe, q2 ſolus ipſe manet ſm̄ principaliorē p̄tē, hoc aūt eſt ꝯ eos, dicētes auctionē hominis eē miraculoſaz. ⁋ Tertio, tunc forma mēbri non extēderet ſe in nouā mām, ſed noua educeretur, ⁊ ſic auctio nō differt a gn̄atiōe vera. ꝯ Ari^tem in l̄ra. ⁋ Quarto, hoc eſt ꝯ Auer. cō. 38. vbi vult auctionē effici p̄ for^e antiquę extēſionē. ⁋ Alij Iuniores voluere ꝙ plāta ⁊ brutum manēt ita hn̄ eadē p̄ totū tp̄s vitę ſuę ſicut hō, quoniā formę ſubales manēt eędē abſq3 acq̄ſitiōe ⁊ deꝑditione alicu⁹ p̄tis. Nō tn̄ manet eadē mā nūero, niſi per ęqualētiā, nā p̄tes materię continuo fluūt ⁊ refluūt. non aūt p̄tes formę, ⁊ ſic in auctiōe idē manet ſm̄ formā, q2 eadē aīa vegetatiua, nō tn̄ ſm̄ mām, q2 mā ꝯtinuo fluit. Et ita manet idē ſm̄ formā. H̄ eſt q2 p̄ncipalior eius p̄s manet, nō tn̄ idē nūero ſimplr̄ ſm̄ ſe ⁊ q̄lz ſui. ⁋ S3 ꝯ arguiſ. p̄, partes materię plātę cōtinuo corrūpunſ. igitur partes formę, nā vt tota corrūpiſ ad totius materię cor- 2ª poſitio.

P ruptionē, ita p̄s formę ad corruptionez p̄tis materię, q2 tota eſt in toto, ⁊ p̄s in p̄te, ⁊ ita ſicut tota deſinit deſinēte tota mā, ita p̄s formę deſinēte p̄te deſinit formę pars. igiſ in auctiōe eędē reſtaurabunſ, aliter in auctiōe deꝑditū non reſtaurabiſ. ⁋ Scđo, pōt forma ꝯtinuari formę. igiſ pōt gn̄ari ⁊ effici vna cum forma totius. añs p3 Inſeraſ pirus in piro, facta iſertione, pirus eſt maior, et per formā aliā a tota q̄ ꝑerat. igiſ auctio poteſt effici per formę nouę gn̄ationem. ⁋ Tertio, in diminutione cōtinuo corrumpiſ forma plantę. igiſ in auctione ꝯtinuo generaſ, tenet ꝯn̄tia, q2 diminutio ⁊ auctio circa idez ſunt. añcedens p3, q2 diminutio eſt reſolutio materię. igiſ reſolutio formę, q̄ illi coextendeſ. ⁋ Animaduerte ꝙ hęc ſecūda poſitio pro tanto eſt falſa, pro quanto vult poſſe totā materiaz et radicalem diſſluere, ⁊ remanere eādez formaz plantę. ⁋ Alij dixerūt ꝙ forma eſt triplex. q̄dā informās, idiuiſibilis, ⁊ idepēdēs, vt rōnalis aīa, q̄ infor-

Q mat mām, ⁊ eſt tota in toto, ⁊ tota in q̄lib3 p̄te, ⁊ non depēdet a corp̄e. Quędā iformās idiuiſibilis, ſ3 depēdens, vt aīa bruti ꝑfecti, vt bouis aut ęq̄. Hęc eni iformat ⁊ eſt tota in toto, ⁊ tota in q̄lz p̄te. ſed depēdet, ideo corrūpiſ ad corruptionē cōpoſiti. ⁋ Tertia eſt iformās depēdēs ⁊ diuiſa ꝺ totuz, ſic ꝙ eſt tota in toto, ⁊ p̄s in parte. vt aīa plantę. Tūc dicūt ꝙ in hoīe ⁊ brutis idē manet numero in auctione ſm̄ formaz, ⁊ in plantis nō, q2 illa forma eſt tota in toto, ⁊ pars in parte, ⁊ ita deſinūt p̄tes deſinētib⁹ partib⁹ materię. ⁋ Scđo dicūt, ꝙ in plantis manet idē ſm̄ ęquiualentiā. vt fluuius ⁊ aer. ⁊ per hāc diſtinctionē volūt poſitiones eē ꝯcordes. ⁋ S3 hęc poſitio ſtare nō pōt per rōnes factas cōtra p̄mā. ⁋ Ideo p̄ nūc cū proteſtatione dicēdi aliter teneo ꝙ tā in plātis q̄ in brutis aīa eſt extenſa apud Auerroez, q2 omnis forma materialis eſt extenſa. ⁋ Secūdo, q2 recipiuntur mediantibus dimenſionibus interminatis. igitur extenſa. vt in libro de -pō pp̄a.

ſubſtantia

A

ſubaorbis.ꝛ ſic ſola anima rōnalis eſt in toto idiuiſibilr ſm veritatem. ❡ Ad rōnes. Ad primā dicerem ptē materię cōtinuo corrūpi,ꝛ nō partes formę. nam deficiente mā,forma manet in reliquo materię. vel ſi corrumpitur etiam partes formę nō ppea generanť nouę,ſed priores extendanť,ꝛ ſiunt in plurí mā,ꝙ̄ pęerant. ❡ Ad ſcdaȝ dicerem illam partē nunc effici vere continuam,ſed contiguam,ꝛ propterea ſumit ab illa nutrimentum,vt planta facit ex terra. ❡ Ad 3ᵐ reſpōdetur ꝙ in auctione cōtinuo generanť,non tamen per hoc ꝙ partes formę incipiant,ſed bene incipiunt nouaȝ informare mām. aliter non eſt ſimilitudo. ❡ Ad argu^m^ in principio pȝ ſolo.

Qō 4ᵃ. ❡ Conſequenter q̄ritur. Utrū auctio fiat ſm ptes formales tm̄,videť ꝙ nō,pmo,qa forma viui in auctione reddiť maior.igiť eius mā,ꝛ ſic ita ſm mām fiet auctio,ſicut

B

ſm formā. Scdo,partes q̄ adueniūt viuo,adueniūt cuȝ mā vel ſine mā.ſi cuȝ mā.igiť ſicut forma augeť per aduētū formę,ita mā augebiť p aduentū materię. Tertio non ſolū forma augeť,ſȝ totū cōpoſitū.igiť augeť mā ꝛ forma,cū cōpoſitū nō ſit aliud ꝙ̄ ſuę ptes ſimul iunctę. ❡ Ad oppoᵐ eſt Ariſto. Alexā. ꝛ Auerroes ꝛ omnes.

Pō Alex. ❡ In iſto quęſito grauiſſimo ſunt multę ꝛ innumerę poſitiones. Ego ꝯo recitabo famoſiores. Alexāder queȝ Albertus pluribus ſequiť in locis,voluit in viuo ipſo ptes eē in duplici dr̄ia. Quędam.vȝ.q̄ hn̄t humidū nāle,ſiue radicale,ſiue ſeminariū.h eſt q̄dā ſunt,quę ſunt hūiduȝ ipm coagulatū ad modū pnū.alię ꝯo q̄ hn̄t humiduȝ cibale,hoc eſt,quę ſunt ptes coagulatę ex hūido nutrimētali. Primę formales dicunť,qa aīa ipſa principalr velut in ſubiecto p̄ eſt in illis,ideo illis corruptis corrūpiť et aīa. Quapp ſemp manet vſqȝ ad finē vitę lȝ non remaneāt ęque humidę hūore illo nāli,vel pierant.cęterę ptes

C

quę coagulamēta ſunt humoris cibalis māles dictę ſūt, qa in eis forma vitalis nō per ſe exiſtit.ſed p accn̄s,pro quāto ſunt ꝯtinuatę ptib⁹ radicalib⁹. Tūc volūt auctionem effici ſm ptes formales mō dicto,non aūt ſm ptes

Argᵃ ꝯ Alexādrū.

ſcdo mō acceptas. ❡ Sed ꝯtra hāc inſtant. pmo,qa nō q̄libet pars aucta eſſet aucta,qa cū ptes illę humidę humore nāli remaneant eędem ſemp,ipſę nō augebuntur nec diminuenť,cum nihil illarum corrumpať,qa durāt vſqȝ ad finem vitę. ❡ Scdo,videť ꝙ hę nō remaneant eędem,nā ꝯtinuo calor agit in illos reſoluēdo.igiť ſemp earum aliquid deperdiť. ❡ Tertio,tunc duo corpora ſe penetrabunt.nam partes humidę nouę penetrabūt partes radicales antiquas. ❡ Quarto,tunc multę partes eſſent in animali non aīatę,vt partes humidę nouę.

Defenſio

D

❡ Hęc ſunt fortiſſima argumenta ꝯ Alexandrum. Quidam defendunt hāc.ꝛ ad pmā reſpōdēt ꝙ argᵐ cōcludit verū.non eni illę ptes eēnt auctę per intus ſuſceptionē, oēs tn̄ ſunt auctę per iuxtapōnem qua facta totū maius reddiť. ❡ Ad 2ᵐ volunt humidū radicale nunq̄ȝ conſumi ſed effici cōtinuo impurius ꝛ iproportionatū,ꝛ ſicut ſm eēntiam perdurat durāte vita,nō aūt ſm puritateȝ quā primo accepit. ❡ Ad 3ᵐ dēm ꝙ nō,qa nō ſit auctio per penetrationem,vel intus ſuſceptionē ſed per iuxtapoſitionem. ❡ Ad 4ᵐ concedunt multas eē ptes in aīali nō aīatas nec viuas,qa nō dicunť partes proprie.

Ꝯtra Alexādri ipūpōnem.

❡ Sed pace iſtoꝝ dixerim,lȝ hęc poſitio poſſit defendi ab eoꝝ cauillis,nō a rōnibus Auerrois.ex cōmēto eniȝ colliguntur tres rōnes fortiſſimę. ❡ Prima,data poſitione Alexādri,tūc auctio eē quātitatiua ꝛ nō formalis. Cōſequentiam deduxi,qa erit pro quāto partes adduniť ptibus,ꝛ nō per hoc ꝙ ptes agūt in ptes ꝛ recipiūt a partibus.hoc incōueniēs reliqt ex textu,vbi dixit auctioneȝ non fieri per quātitatiuas partes,qa tunc auctio eſſet vt pmiſtio vini cum aqua,vbi vinuȝ reddiť impurius.colligiť hęc rō in textu cōmēti.39. ❡ Secūda rō eſt,qa tūc auctio eſſet abſqȝ actione ꝛ paſſione,ꝛ ſic nūq̄ȝ nutrimētum ſiet ſimile cibo ipſi aucto,qa ſemp partes humidę nouę reſtarēt alię a partib⁹ radicalibus,ſicut ptes aq̄ in miſtura cū vino. Colligiť hęc ratio textu cō.38. ❡ Tertia,non omnia membra ſunt mollia vt oſſa ꝛ carthilagines.igitur non poſſunt augeri per accumulationē ipſoꝝ. vel admiſtionem,niſi per conuerſionem. Ad hęc nemo poteſt ſoluere niſi neget Ariſtotelem,ꝛ ſic non eſſet exponere Ariſtotelem ſed euertere.

E

Rᵒ recentiorum.

❡ Recētiores dixerūt p ptes formales Ariᵗᵉᵐ itellexiſſe partes poroſas.p māles ꝯo partes ſolidas. Illę formales dicunť,qa ſenſibiles.hę māles qa inſenſibiles,quandoq̄dē ſint diuiſibiles in infinitū,vel ſinitę modicę.

F

Obiiōnes

❡ Sȝ ꝯobyciūt.pmo,qa potius partes ſolidę videntur formales,qa perfectiores,nā poroſę ſunt diminutę expectantes pfici per nutrimētū,ſolidę ſunt plenę,ſed oē pfectius eſt forma imperfectioris.3ᵒ de aīa.cō.36. ❡ Secundo,partes ſolidę hn̄t ita hn̄t formā vel forte melius ꝙ̄ poroſę.igiť ęque bene formales erūt ſicut poroſę. ❡ Tertio,vel pars poroſa diciť ſenſibilis ꝛ illa iſenſibilis,quia poroſam hȝ aīam,nō poroſa non habȝ,vel qa eſt maior. primū non pōt dici,qm̄ anima eſt inſenſibilis.igiť nulli eſt cauſa ſenſibilitatis.nec 2ᵐ dici poteſt,quia aliqua ſolida eſt maior poroſa.igitur illa erit forma,quia eſt ſenſibilior. ❡ Quarto,tunc nihil augeretur,quia non pȝ poroſa,cum illa tātuȝ recipiat quantum eſt necnon poroſa, quia illa nihil ſuſcipit. ❡ Quinto,tunc auctio nō eēt motus ad quantitatem ſed ad formā genitam in poro.

Defenſio.

❡ Sed lȝ poſitio hęc ſit falſa,argumēta hęc non valent. ❡ Ad pᵐ dicerent,ꝙ ideo pars poroſa eſt formalis,qa

G

ſenſibilior,poteſt tn̄ dici mālis alia rōne,ſed Ariᵗᵉˢ eam vocat formalē ad illū ſenſum. ❡ Ad 2ᵐ dicerēt,ꝙ quātum eſt de rōne formę totius forte partes ſolidę eēnt formaliores. Sed Ariᵗᵉˢ vocat illas formales hoc eſt ſenſibiliores. ❡ Ad 3ᵐ dicēdū,ꝙ pars poroſa dicitur ſenſibilis,quia non poteſt eſſe minor minimo,ꝛ ſic quęlibȝ ſenſibilis eſt.partes ſolidę dicunť inſenſibiles,quia nō oēs aptę ſunt ſentiri,qa infinitę modicę poſſunt eē. Et ſic illę dicunť inſenſibiles,qa vt ſic nō oēs aptę ſunt ſentiri.hę poroſę ſunt ſenſibiles,qa omnes vt ſic aptę ſentiri,cum vt ſic nō poſſint eē minores minimo. ❡ Ad 4ᵐ pȝ ſolutio,poroſę eni augenť per intus ſuſceptionē,alię per iuxtapoſitionē alteratiuā ꝛ gn̄atiuā,ad qḋ ſequiť totū eſſe maius ꝙ̄ erat. ❡ Ad 5ᵐ patuit ſolutio. ſm enim iſtos auctio eſt motus ad formā maiorē ꝙ̄ fuerit depdita,apud

H

me eſt mot⁹ geminus.vnus gn̄atiuus alter auctiuus.

Confutatio pōnis.

❡ Et lȝ hęc argumenta nō cōcludant,tamen hęc poſitio eſt contra Ariſtotelē.pmo,qa partes formales ideo augeri dicuntur,qa remanent.vt textu cōmēti.36. Sed hꝯ pori non remanent ſed fluunt ꝛ refluunt. ❡ Secūdo auctum agit in augmentum ſibi illud aſſimilando,vt dicitur textu cōmenti.38.ſed pori non agunt cū ſint vacui forma. ❡ Tertio,auctum eſt actu illud qḋ nutrimentuȝ eſt potentia. Porus nihil eſt actu,cuȝ ſit priuatus forma ꝛ vacuus.maior eſt dicta textu cōmē.39. ❡ Quarto,caro ꝛ os ꝛ id genus augentur.tex.cōmenti.40.ſed porus non eſt caro,ſed carnis vacuitas,nec os ſed oſſis puatio. igitur non augetur,

Pō Auer.

❡ Propter hęc mihi videtur eſſe dicendum cū Auerroe.cōmento.38.vbi debes ſcire ꝙ aliquod dicitur augeri tanq̄ȝ ſubiectum ſubſiſtens ipſi⁹ auctionis,qua ratione totum animal augetur ꝛ pars aīmata vt compoſita augetur.aliud augetur tanq̄ȝ ſubiectū exiſtens,ꝛ hoc modo forma ipſa vegetatiua in plātis

I augetur, ⁊ ſenſitiua in aīali. nā ꝓprie forma recipit extē
ſiones, ⁊ per hoc ꝙ fit in pluri mā, ꝙ̄ erat prius. ¶ Se
cūdo aīaduerte ꝙ forma ipſa vt aīa eſt ſubtū auctionis,
terminus auctionis, ⁊ agens auctionē. ſubiectū quidē, q̄a
ipſa eſt q̄ extendit, ⁊ q̄a totū cōpoſitū dicit auctū. ter
minus ṽo, q̄a tanta aggenerat extēſio in mēbro, quātā
ſibi limitat forma illa de nouo inducta in pluri materia.
Agens ṽo q̄a in mācharacteriam proximā attractam in porum p
qualitates ſenſibiles agit tādiu, ꝙ̄diu forma nutrimenti
⁊ ipſa in illius mā inducit, nec hęc vni cōpetere eſt im
poſſibile, q̄a eſt ſm diuerſas rationes. ¶ Ulterius ani
K maduerte ꝙ apud Auerroem omnis aīa mālis extenſa
eſt per totū, q̄a ipſa eſt tota in toto, ⁊ etiā pars in parte,
quod etiam credit de anima hominis, quę dicit cogita
tiua, gręce dianoetica, quicqd velit de anima itellectiua
ſiue noetica. Tunc ſequit ꝙ Ariſ^{tes} per formales partes
carnis intelligit partes aīę quę ſunt in partibus. per ma
teriales ṽo intelligit partes materię, quę ſunt ſub parti
bus formę. Unde imaginandū eſt ſm partes formales
effici auctionem pro quāto alimentū receptum in poris
a partibus animę circunſtantibus alterat, ⁊ inde forma
alimenti ſucceſſiue diſcontinue corrumpitur, ⁊ inde ani
ma illa ſucceſſiue efficit in pluri materia, ⁊ vt ſucceſſiue
fit in pluri materia, ſic ſucceſſiue illa pars poroſa exten
dit, ⁊ ſic fit totum maius. ¶ Sed contra hanc poſitionē
arguūt. p̄mo, q̄a Ariſtoteles loquit de augeri, ⁊ vult par
tes formales augeri, ⁊ ſic vult pati auctionē, ſed forma
agit auctionem. igit nec forma nec pars formę pōt auge
ri. ¶ Secūdo, accipiat aliqua pars materię quę per re
ſolutiones vini reſoluat ⁊ vocet .a. tunc .a. materia parte
aliqua formę fuit informata, ⁊ illa iā nō eſt informata,
vt patet. igit vel illa pars formę remanſit in alia mate
ria, ⁊ ſic migrat de ſubiecto in ſubiectum, vel non tranſit
ſed corrumpit ſimul cum parte materię, ⁊ ſic nō perma
net, vel manet in nulla mā, ⁊ ſic forma ſine materia erit.
¶ Tertio, tūc anima vegetatiua tota migraret de ſubie
cto in ſubiectū vt fuit deductum in expoſitione cōmē.
38. ¶ Quarto, hac poſitione data mā adueniens in qua
extendit forma penetraret materiā vel dimēſio corrū
peret. ¶ Quinto diſpoſitio qualitatiua quę poteſt cor
rūpere formā nutrimenti attracti poteſt educere nouā
formam de potentia ad actū. igit corruptis omnib⁹ diſ
poſitionibus facientibus pro forma nutrimenti, educet
noua forma in illius materia, quare erunt duę formę in
materia, vtpote forma deducta ⁊ forma iducta. vz. pars
vegetatiuę. ¶ Sexto, tūc ignis poſſet vera auctione au
geri, q̄a ſibi addito combuſtibili pōt per qualitates ſuas
actiuas formā cōbuſtibilis corrūpere, ⁊ tunc eius for^{a}
poſſz effici in pluri mā vt in mā vbi corrupta eſt forma
M cōbuſtibilis. vel ſi nō, det cauſa q̄re non. ¶ Septimo,
rōnalis aīa ſm veritatē eſt indiuiſibilis. igit non extenſi
bilis in pluri mā, ⁊ ſic auctio non eſt formę, prout exten
dit in pluri materia. ¶ Octauo, ſi ſic. tūc pars aucta nō
eſſet maior in fine auctionis, ꝙ̄ antea, ꝓbat. nam in tāta
materia ſe facit ps formę quantā capit porus, ſed porus
nō eſt maior poſt ꝙ̄ ante. igit nec forma erit maior.
¶ Hęc ſunt meliora argumēta q̄ fieri ſolēt ꝯ Auerroem.
Multa alia fieri ſolent, q̄ ꝓpterea q̄a cōiter ſcribuntur,
ſumuſq; in alijs occupati, nūc ad p̄mum reſpōſū eſt, ꝙ
videlz forma agit auctionē, ⁊ patit auctionē, vt eniz for
ma quibuſdā qualitatibus affecta agit. vt ṽo apta effici in
pluri mā, recipit extēſionē. vt diximus. ¶ Ad 2^{m} dōm,
ꝙ ps formę q̄ erat coextēſa parti materię reſolutę, deſi
nit eē pars, non tñ deſinit eſſe. cū enim forma ⁊ pars for
mę nō ſit partita ac diuiſa, niſi q̄a recipit in mā mediā
tibus dimenſionibus. igit ceſſante materia, ceſſat parti N
tio, non tñ ceſſat ipſa, q̄a non ceſſat maior pars materię.
¶ Ad 3^{m} iā diximus nō eē incōueniēs aīam vegetatiuā
totā migrare de ſubto in ſubto non totalr. nam añ augu
mētū erat in ſubto alio ſm quid a ſubto in quo erit in fi
ne augumenti, nō tñ eſt aliud ſimpl̄r ſed ſm qd, idez tñ
ſm maiorē partē. vt diximus in alia q̄one. ¶ Ad 4^{m} di
cēdū, ꝙ nō dat vltimū inſtās corruptiōis materię nutri
mēti. Sed bñ p̄mū nō eſſe formę nutrimēti, qḋ eſt p̄i
mum eſſe formę idnctę. In quo p̄mo mā p̄terita incipit
vna ſub termino nouę formę, ⁊ ſic non corrūpit mā nec
dimenſio, q̄a mā eſt vna oīum ⁊ dimenſio ſilr, ſed deſi
nit eſſe ſub vna forma, vnoq; termino dimēſionis, ⁊ inci
pit eē ſub alia forma, ⁊ ſub nouo dimēſionum termino,
O mā eni nutrimēti vt p̄ma, nō differt a mā nutriti. ſed vt
ſecūda, vbi igit deſinet eē mā formę nutrimenti. deſinet
eē ſub termino dimēſionū illius, ⁊ ſic incipiet eē ſub no
ua forma ⁊ ſub nouo termino, q̄ forma, q̄a eſt vna. ideo
mā erit vna, ⁊ q̄a plures ſz partes, ideo ⁊ plures partes
materię, nō vt p̄ma, ſed vt ſecūda. Et hęc nō potuerūt i
telligere recētiores. vñ neſciētes ſoluere hoc argu^{m}, con
ceſſerūt penetrationē, alij mām corrūpi. alij dimēſiones
elidi a mā, ⁊ multos errores ꝓfeſſi ſunt. ¶ Ad 5^{m} aiad
uerte ꝙ quāto forma eſt ſpūalior tāto poteſt eē in pluri
mā, loquendo de mā large. vñ q̄a deus eſt forma ſūme
abſtracta, ideo eſt vbiq;. Forma ṽo penitus mālis, q̄a
eſt penitus determinata ad vnū, nō pōt migrare nec ef
fici in pluri mā. Uidemus eni ꝙ itētio coloris, q̄ eſt a lu
mine facta ſpūalis, migrat de ſubiecto in ſubm, non autē
color ipſe. cauſa aūt eſt q̄a ſpūale vt ſpūale eleuat a mā
⁊ non ita depēdet a mā, ſed potius ab agente, ⁊ cū poſſit
P eleuari a mā. poteſt effici in pluri mā. Primum gradū
ſpūalitatis videt habere vegetatiua forma, infra quam
nulla ſpūalitate participat, a qua ꝓcedunt animę ſm la
titudinem difformē vſq; ad ſummum ſpūale, quod eſt
deus. Et ſic pz ꝙ vegetatiua poteſt effici in pluri mate
ria, q̄a aliqua ſpūalitate p̄ticipat, ⁊ ſenſitiua magis, ⁊ ra
tionalis magis, elementarię formę cum ſint infra gradū
formarum ſpūalium, non poſſunt effici in pluri mā, ⁊ ſic
non niſi in mā in qua ſunt. ¶ Tunc ad argumentum di
cendum, ꝙ qualitatiua diſpoſitio animę poteſt corrum
pere formam nutrimenti. igit aliquā iducet, q̄a genera
tio eſt eductio formę de mā in qua corrupta eſt forma.
Quidam concedūt ꝙ corrupta forma nutrimenti edu
cit forma carnis in illius materia, mediante qua anima
vegetatiua efficit in pluri mā. Sed quia non euacuat, di
cendum ꝙ nō oportet vt educat formam illa corrupta,
ſed illud eſſet, quando ipſa nō poſſet effici in illa, ⁊ illā
Q informare, modo quia eſt forma ſpūalis. ideo poteſt in
formare mām illius. qualitatiua igitur diſpoſitio poteſt
corrumpere priorem, ⁊ nouam non inducere quādo pōt
antiqua illam informare, quando non. tūc inducit ne ma
teria ſit abſq; forma. ¶ Ad 6^{m} pz ſolo. forma eniz ignis
poteſt corrūpere per qualitatiuas diſpoſitiones formā
combuſtibilis, non tamen illius materiā informare, q̄a
non eſt forma ſpiritualitate participās. ſecus in alijs ani
mabus. ¶ Ad 7^{m} dicendū aliquam formam eē exten
ſibilem dupliciter in ſe, quia ipſa recipit extenſionē. vel
in alio, quia ad ipſam ſequitur extēſio in alio. modo ani
ma rationalis poteſt effici in pluri materia, ideo poteſt
extendi ſecundo modo, quod ſufficit. ¶ Ad octauū di
cendū ꝙ porus efficitur maior poſtmodū, vel pars quę
erat porus efficit maior, non quia capit maius ꝙ̄ ſit ca
pax, ſed quia formam effectam in pluri materia con
ſequitur maior extenſio, partim quia membrum mol
le eſt,

A le eſt, partim q̄ adhuc viget virtus auctiua, que proce-
dente etate euaneſcit, partim quia ipſa forma effecta in
pluri materia, vt ſic eſt cauſa maioris extenſionis. In di-
minutione ſecus eſt, membra dura ſunt, euanuit vis au-
ctiua, forma recipit̃ in minori materia q̄ ſit ipſe porus.
Hec de q̄ſtione hac difficillima dicta ſatis.

Q̃ō 5ª ¶ Queritur 5° / vtrū calor nālis agat in humidū nāle reſol-
uendo ipm ↄtinuo vſqꝫ ad finē vite nālis. ¶ In iſto q̄-
ſito ſunt due poſitiones. Una dicit ꝙ calor nālis ↄtinuo
agit in humidū tā nāle q̄ꝫ cibale ipm reſoluēdo. Alexan
der ⁊ Albertus in multis locis tenēt ꝙ nō. In p̄ma poſi
tione adhuc q̄dā tenēt ꝙ calor nālis pōt reſoluere totūꝫ
humorem nālē, ⁊ per ↄñs ſeipm corrūpere per accñs, ēt
ſtante vita, vt ethico tertie ſpēi. Ibi enim nihil humoris
nālis, nihilqꝫ caloris nālis remanet. Sed ſolus calor ex-
B traneus febrilis atqꝫ igneus. ⁊ hāc Monachus in libro
parue techne ↄcēdit, ⁊ plurimi p̄clariſſimi affirmāt. Alij
vt Petrus Apponēſis ⁊ ceteri medici, erecētiores plu-
rimi voluerūt cū Monacho humorē poſſe reſolui, ⁊ ca-
lorem etiā infirmari ↄtinuo per humoris reſolōnē, ver
vitā dicūt ſtare nālē, q̄diu aliquid humoris nālis rema-
net, q̄ꝫ cito ꝟo euaneſcit humor nālis calor extinguitur,
⁊ inde mors accidit. hi nō ↄcedūt ethicū nihil habere ca
loris aut humoris nālis. ¶ Ut ꝟo poſitiones he appa-
reāt, pro p̄ma poſitione arguit̃. Primo / q̄ ſi nihil humo
ris nālis ↄſumit̃, nulla eſſet neceſſitas alimēti, vel ſaltē
aīal ſine cibo lōgo tēpore viuere poſſet. ¶ Scḋo / Ariſt.
cōparat in lib. de lōgitudine ⁊ breuitate vite calorē flā-
me, ⁊ humidū oleo. Sed flāma agit in oleum. igit̃ calor
nālis in humorē nālem. ¶ Tertio / ſpūs vitales reſoluū-
tur in nimio exercitio, ſed ſpūs ſunt ptes humoris natu-
C ralis. q̄re aliq̄d humoris nālis reſoluit̃. ¶ Quarto / mē-
bra aīalis ſunt difformiter calida. igit̃ mutuo agūt ⁊ pa-
tiunt̃, ⁊ ſic ↄtinua alteratiōe ſe reſoluūt. ¶ Quinto / me-
dici aiūt ↄtinēs, vt aer calidus, exercitiū nimiū, ⁊ alie res
nō nāles auctę reſoluūt ſpūs igit̃ humorē nālē. ¶ Se-
xto / agens nāle approximatū paſſo ſufficiēter diſpoſito
agit effectū, quē pōt. ſed calor nālis eſt ipſi humido paſ-
ſo ſufficiēter diſpoſito approximatus. igit̃ agit effectum,
quē pōt, reſoluēdo. Pro ſecūda poſitione arguit̃, quātū
reqrit̃ ⁊ ſufficit ꝓ introductione forme in mā, tātū reqrit̃
⁊ ſufficit pro eiuſdē forme in eadē mā ↄſeruatione. igit̃
quātū humidū fuit ꝓ gñatiōe, tātū ꝓ ↄſeruatiōe, ⁊ ſic ni
hil ipſius pōt reſolui. ¶ Scḋo / forma non variata ſm
eſſentiā, nec ſm eē, quātū eguit pro eē, tātū ꝓ ↄſeruatio-
ne. aliter ipſa ↄſeruata differret a ſeipſa genita. ¶ Con-
tra ꝟo poſitionē monachi arguūt. Primo / q̄ ethic⁹ nu-
trit̃. igit̃ nāli opatione efficitur, ſed illa nālis opatio eſt a
calore. igit̃ adeſt calor nālis. ¶ Scḋo / ethicus viuit, ſed
D vita eſt pticipatio aīe nutritiue in calore nāli. igit̃ hꝫ ali-
q̄d caloris nālis. ¶ Tertio / ethicus pōt morbo putri la-
borare, ⁊ ois morbus eiuſmodi eſt a nouo humore, q̄ p̄-
erat nālis. igit̃ in eo ꝑfuit humor nālis. ¶ Mihi aūt vi-
det̃ in hac re nihil certi eē. Ideo ſuſtineo oēs ptes cū ꝓ
teſtatione dicendi aliter, ſi aliter occurret.
¶ Ad p̄m pro p̄ma poſitione, dicerēt ꝙ neceſſitas alimē-
ti eſt nō ꝓ reſtauratiōe, ſed ꝓ ↄfortatione, vt. vꝫ. humor
ille aliquātulū remolleſcat. ¶ Ad 2m dōm / ꝙ illa cōpa-
ratio nō eſt vera quantū ad oīa, ſed ꝙ ſicut flāma reſol-
uit ipm oleū, ſic calor nālis reddit humorē ipurū, nō tñ
reſoluit. ¶ Ad 3m dicerēt ꝙ ſpūs non reſoluunt̃, ſꝫ red-
duntur ipuri. ⁊ ideo egēt qete, vt remolleſcant. ¶ Ad 4m
dicerēt / ꝙ agūt ⁊ patiunt̃ nō reſolōnē, ſed impuritatem
quādā. ¶ Ad 5m pꝫ ſolō, faciūt eñi non ad reſolōnē, ſed
ad ipuritatē humoris. ¶ Ad vltimū dōm / ꝙ agit nō re-
ſoluēdo, ſed ipurū faciendo, ꝑ cauſas datas. ¶ Ad ar- E
gumenta alterius partis, oīa ſoluuntur vnico ꝟbo, ꝙ mi
nora reqrunt̃ pro gñatione q̄ꝫ pro ↄſeruatione, cū eſt, q̄
cōſeruatio non eſt actio, at generatio eſt actio, modo ad
agendum plura requiruntur, vt patebit. 2. huius.
¶ Ad argumēta contra 3m monachi dici pōt. ¶ Ad p̄m
ꝙ ipſa ethici nutritio eſt nālis ſibi, nō a calore ⁊ humo-
re genitalib⁹, ſed habituali, q̄ ob habitū nālis ſibi factus
eſt. ¶ Ad 2m diceret / ꝙ viuit per calorē habitualē, q̄ eſt
ſibi nālis, ⁊ ſic aīa pticipat calore nāli, nō q̄dē genitali,
ſed nāli ab habitu. ¶ Ad 3m pꝫ ꝑ idē, pōt eñi calor ha-
bitualis effici ethico p̄ternālis, q̄ poſſunt humores idiſ-
poni, ⁊ erit ſibi p̄ternālis ꝓ quāto cōtra nām caloris ha-
bitualis. Illud tñ te latere nolo ꝓbabilius ſuſtētari poſ-
ſe humidū nāle a calore poſſe reſolui, nō q̄dē in toto (vt
monachus voluit) ſed in pte, cuiuſq̄ꝫ reſolō in toto mors
F eſt. Hec eñi poſitio ceteris ideo ꝓbabilior eſt, q̄ ad eam
minora ſequunt̃. eſtq̄ꝫ facilis. Iuxta quā opꝫ ↄcedere re-
ſolutionē hāc eſſe ↄtinuam ſm tempus vite totū. vtrum
ꝟo continua ſm diſpoſitionem, dicetur tādem.
Q̃ō 6ª ¶ Querunt 6°. vtrū auctio ſit motus cōtinuus. recētiores
dixerūt auctionē particularē vni⁹ particule. vt vnius po
ri eſſe ↄtinuā, qḋ ꝓbāt, q̄ oīs motus eſt vnus mot⁹, ⁊ oīs
vnus motus eſt ↄtinuus. Quare auctio hec continua eſt.
¶ Scḋo / ſi nō eſſet ↄtinua. tūc aliqua auctio eēt in nō tē
pore, ⁊ ſic motus eēt in nō tpe. Scḋo dixerūt auctionē
totalē, non q̄dē a p̄ncipio vite vſqꝫ ad mortē, ſed a prin
cipio vite vſqꝫ ad terminū tpis auctionis, ablatis. vꝫ. i-
pedimētis. poſſe eē ↄtinuā ſm tp̄s / hoc eſt nullū eē dare
tp̄s, in quo auctio eius nō ſit, nō tñ ↄtinuā ſm ſubiectū
aut diſpōnē. Dico p̄mo ablatis impedimētis, q̄ forſitan
exiſtēte morbo aliquo, poſſet viuēs nō augeri. Dico nō
ſm diſpōnē ⁊ ſubm, q̄ ſit in diuerſis poris inuicē nō cō
tinuis, ⁊ per diuerſas diſpōnes non ſubordinatas. Hanc G
poſitionē perſuadēt, q̄ poſitis oībus cauſis ſufficiētib⁹
pro effectu ꝓducendo ↄtinuo, ponit̃ effectus ipſe conti-
nuo, ſed in ipſo viuo ſano ponunt̃ continuo omnes cauſe
auctionis actu, vt aīa, calor, potentia, mā, vt nutrimen-
tū, ⁊ finis. igit̃ ſemꝑ erit ⁊ cōtinuo auctio. Hec poſitio ⁊
ſibi nō cōſentit, ⁊ ↄdicit Auerroi ⁊ rōni eius. ſibi q̄dē, q̄
ſi q̄libet pars aucti auget̃. vt ſolida ꝑ iuxtapoſitionē, po
roſa per intus ſuſceptionē. oēs partes ſimul ⁊ ↄtinue au
gebunt̃. igit̃ cū tp̄s ſit ↄtinuū, mobile ↄtinuū, ⁊ diſpōnes
etiā partiū cōtinue, oīno mot⁹ hic dꝫ dici cōtinuus, maxi
me a quātitate vna ⁊ ↄtinua denoiante ſubm vnū. Auer-
roi ꝟo. nā 3° phyſice auſcultationis. cō. 6. ait. ꝙ mot⁹ au-
ctionis de initio ad finē cōponit̃ plurib⁹ motib⁹, ⁊ pluri-
bus ptibus. Arguit aūt hoc, q̄ ſi auctio quātitatis digi-
talis fieret adequate in anno, tūc cuilibet parti anni cor-
reſpōderet aliqua pars digitalis quātitatis, ⁊ ſic cuilibet
parti ſenſibili anni correſpōderet aliq̄ pars ſenſibilis il-
lius digitalis quātitatis, cui⁹ oppoſitū docet experiētia. H
Propter hec teneo ꝙ nec auctio vnius pori, nec auctio
totalis eſt cōtinua, ſꝫ q̄libet ſit motus. Et rō eſt hec, ꝙ au
ctio vel eſt aggeneratio vel ↄñs ad aggenerationē, ſꝫ ge-
neratio ſit per minima. q̄dlibet aūt minimū gñat̃ in in-
ſtāti. ⁊ ideo eſt minimū. Et ad hoc valet rō Auerrois. nā
vbi in q̄lꝫ inſtāti anni aliq̄d digitalis quātitatis aggene-
raret̃, cū nō poſſit illḋ eē minus minimo, tūc quot inſtā-
tia in anno ſūt, tot minima. Et cū īfinita ſint īſtātia in an-
no. Infinita erūt minima, ⁊ ſic totū auctū erit īfinitū.
¶ Tūc ad p̄m dōm / ꝙ auctio nō eſt motus continuus, nec
vnus mot⁹ vnitate ↄtinuitatis, ⁊ tñ eſt motus. ¶ Ad 2m
dicerēt ꝙ ſolū de rōne motus localis eſt ſucceſſio ⁊ con-
tinuitas, imo pōt eſſe aliq̄ trāſmutatio ſubito, ⁊ eē mot⁹,

I eẽ eni ſucceſſiuũ nõ eſt de rõne motus.miſtio eni,ſucceſ-
ſiua eſt,⁊ tñ nõ eſt motus,nec eſſe ſubito tollit rõnẽ mo-
tus,cũ alteratio velox ⁊ auctio poſſint eẽ ſubito,⁊ tamẽ
ſunt motus,ſed differũt penes ſubita.nã ſubitũ motus eſt
ens in actu,at ſubitũ gñationis eſt ens in potẽtia.℄ So-
lũ tñ de rõne motus localis eſt eẽ ↄtinuũ ⁊ ſucceſſiuũ,qꝛ
ille eſt ſupra ſpatium ⁊ a mobili in eo ꝙ quãta,ceteri ad
formã in eo ꝙ nãlis,nõ quãtũ vt quãtũ nõ eſt determi-
natũ ad maximũ,nec ad minimum,at nãle bñ.℄ Ad 3ᵐ
dõm/ꝙ adſunt oẽs cauſe auctionis.ideo adeſt auctio,vt
eſt apta fieri,nõ cum ipſa non poſſit fieri niſi per mini-
ma.ideo non ſucceſſiue cõtinuo fit,⁊ ſic eſt impedimẽtũ
K ex parte rei agende.Hec de continuitate auctionis.

Queſtio 7ᵃ ℄ Septimo q̃rit/vtrũ rarefactio ſit augumẽtatio. Et vĩ
ꝙ nõ,qa auctio fit aliquo adueniente,at rarefactio effici
põt nullo adueniẽte.igiť rarefactio nõ eſt auctio.℄ In
iſto q̃ſito.Primo aiaduerte,vt colligiť in 4ᵒ auſcultatio-
nis phyſice.cõ.84.⁊.7.eiuſdẽ.cõ.15.ꝙ denſum id dĩ,qd
hꝫ multũ de mã ſub parua extẽſione.rarũ ṽo cõtra pa-
rum de mã,ſub multa extẽſione.℄ Sꝫ dices 3.p̃mo vel
mã hꝫ partes/vel nõ.vbi hꝫ,vel actu,vl potẽtia,ſi actu.
igiť eſt corpus.Si potẽtia,tunc actu nec multa,nec par-
ua diceť.at ſi ptes nõ hꝫ,nec plus,nec minus dici poteſt.
Scdo/mã hꝫ plus ⁊ minus a dimẽſione,dimenſio a for-
ma,vt dicit Auer.in libro de ſuba orbis.igiť nõ põt dici
aliqd hẽe plus de mã q̃ꝫ de forma,nec ecõtra,qñ quidez
ſeſe ↄſequunť,pp hec ſaluo meliori iudicio.⁊ cũ ꝓteſta-
tione dicẽdi aliter.ſi aliter occurrerit,dico ꝙ plus ⁊ mi-
nus dicunť ſaltẽ ſꝫ dici ad aliqd,ꝓpterea plus dĩ reſpe-
L ctu minoris,⁊ minus reſpectu maioris.vel(vt alÿs pla-
cet)plus dĩ reſpectu mediocris,⁊ minus ſiĺr reſpcũ me-
dÿ.Ulterius accipio ꝙ ptes dicunť mã totius.2ᵒ phyſi-
ce auſcultatiõis,⁊ nõ qdẽ infinite ptes.Sꝫ minime que
poſſunt ꝑ ſe exiſtere,ac ſeorſuꝫ ſentiri.tũc dcm̃ Phĺ intel-
ligo.rarũ eſt qd hꝫ minus de mã,h̃ eſt miora minima q̃ꝫ
mediocre.denſuꝫ ṽo,plura q̃ꝫ mediocre.Cã eſt,qa den-
ſuꝫ ↄtinet mediocre ⁊ vltra.igiť oĩa minima mediocris
ↄtinet ⁊ vltra.rarũ ṽo deficit a cõtinẽtia minimoꝝ me-
diocris.Ex hoc appet ꝙ mã nõ põt dici rara nec denſa,
qm̃ nõ eſt in actu,nec plus nec minᵘ niſi interminate,⁊ ꝑ
ↄñs nõ poteſt eſſe id quo aliqd diceť rarũ,aut denſum.
℄ Scdo aiaduerte ꝙ auctio põt eſſe duplex.quãtitati-
ua,⁊ vitalis,vt quãtitatiua abſtrahit a gñatiõe.põt eniꝫ
effici aliqd ſub maiori quãtitate,nihil in eo genito,vt ſi
rareſiat ignis vel aer,nullo genito.at vitalis auctio ea ẽ,
que cũ ſit quãtitatiua.de 2ᵒ ſignato cõnotat aliculᵘ rei ge
nerationẽ in ipſo viuo,vt diximus. Hãc diſtõnem inuit
Auer.in hoc p̃.cõ.38.His acceptis,recẽtiores volũt p̃ ꝙ
rarefactio ſit auctio quãtitatiua,⁊ condẽſatio diminutio
M quãtitatiua.ad hũc ſenſuꝫ,ꝙ rarefactio terminať ad no-
uã quãtitatẽ.ſiĺr ⁊ ↄdẽſatio,⁊ ſic non differt ab auctione
quãtitatiua.Probãt p̃mo.rarefactio eſt motᵘ ad quãtita-
tẽ,qa per rarefactionẽ corpus efficiť maius q̃ꝫ erat.igiť
eſt auctio.Scdo ꝑ rarefactionẽ in ſuba variant̃ termini
de ꝑdito quãtitatis.igiť auctio.Tertio ꝑ rarefactionẽ no-
ua quãtitas icipit,qa quãtitas eſt alia a re quãta.igiť au-
ctio.Scdo/dicũt ꝙ rarefactio non eſt auctio vitalis,nec
ↄdẽſatio eſt diminutio vitalis,⁊ hoc qa auctio vitalis fit
per intus ſuſceptionẽ,nõ aliqd rareſit vel ↄdẽſať nullo
ſuſcepto,ſiũt tñ ꝙ rarefactio eſt magis motus ad quan-
titatẽ,q̃ꝫ auctio vitalis.nã per rarefactionẽ noua acqriť
quãtitas,at per vitalẽ auctionẽ ꝑcedẽti quãtitati aliq̃ ſu-
peraddiť.℄ Sed pace hoꝝ dixeriꝫ,hoc eſt delirare.p̃ᵃ
eni ↄcluſio eſt ꝫ Auerroẽ ⁊ rões,cõtra Auerroẽ qdem,
qa ipſe demõſtrauit in libro de ſuba orbis,⁊ nos ibidez,
dimẽſiones tres eẽ materie coeternas.℄ Cõtra rãtiões N
ṽo.p̃ qa rarefactio ⁊ ↄdenſatio fieri poſſunt ſola latiõe.
vt in aere pꝫ in veſica ↄſtituto.digitis eni compꝛiſſus con-
denſať.at nature ꝑmiſſus.rareſit.℄ Scdo/qd imediate
ↄſequitur ſubam,nõ põt acqri vel deperdi,niſi ſuba acq-
ſita vel deꝑdita.Sed quãtitas imediate fundať in ſuba,
imo ab aliqbus poniť ſuba,vt cõſtat,qa ſubſtat vt ſuba
accñtibꝫ.℄ Tertio/vt dĩ in libro de morte.oẽ accidens
qd corrũpiť,vel per ſe a cõtrario corrũpiť,aut ad corru-
ptionẽ ſubti,aut a 3rio per accñs.Sꝫ in rarefactiõe pa-
ra,nec ſuba aliq̃ deſinit,nec ſuccedit ſube 3riũ ꝑ ſe nec ꝑ
accñs.igiť voluntariũ eſt dicere ipſaꝫ corrũpi.Ex hoc ap-
paret,ꝙ nec magis nec minus,imo forte minᵘ rarefactio
eſt motus ad quãtitatẽ q̃ꝫ vitalis auctio.nã nec ꝑ vnam, O
nec ꝑ aliã noua quantitas acqriť.℄ Pro ſolõne igiť ad
q̃ſituꝫ.aiaduerte ꝙ duplex eſt raritas ſiue dẽſitas apud
Auer.4.phyſi.cõ.88.vna q̃litatiua de quarta ſpecie q̃li-
tatis,⁊ hec ſemꝑ ſequitur calidũ ſiue frigidũ,ſine aliqd ge-
nitũ quale aut quãtũ,ſine motũ localẽ,vel aliquã cauſaꝫ
nãlem.Alia eſt raritas ſiue dẽſitas quãtitatiua,⁊ hec eſt
in quãtitate,vt denſuꝫ ⁊ remiſſum in q̃litate.Uerũ hec
in quãtitate dici ſolent magnũ ⁊ paruũ,plus aut minus.
Illa ṽo in qualitate intẽſuꝫ ⁊ remiſſuꝫ.differũt aũt.nam
quãtitatiua põt itelligi ſtare ſine q̃litatiua,vt in cubo ſe-
parato a nãlibus,ſi poneret̃ in aere vel aq̃.faceret enim
(vt dicit Ariˢᵗᵒ)latera diſtare.Scdo differunt,qa raritas
qualitatiua nõ põt intẽdi quin quãtitatiua itelligať iten-
di,⁊ de facto ita ſit.at põt quãtitatiua ſaltẽ itelligi inten-
di,nulla qualitatiua intẽſa,qa prior põt abſtrahi a poſte-
riori.Per hec pꝫ in quo differũt quãtitatiua auctio ⁊ ra- P
refactio.Auctio eni quãtitatiua eſt ad raritatẽ quãtitati-
uaꝫ,qa per ipſaꝫ variant̃ termini de ꝑdicamẽto quãtita-
tis,nõ tñ quãtitas ipſa.at rarefactio eſt motus ad q̃lita-
tiuã raritatẽ.ecõtra dicať de diminutiõe ⁊ ↄdẽſatiõe.Et
qm̃ motus diſtinguunť penes terminos ad quos.5.phy-
ſicoꝝ.cõ.9.ideo hec differunt ſpecie ⁊ gñe.Ex hoc appa-
ret ꝙ cũ auctiõe vitali ſunt tria cõnotata,⁊ vnũ ꝑncipa-
le.Primuꝫ eſt gñatio forme in mã nutrimẽti.Scdm eſt
rarefactio,q̃ raritas q̃litatiua acqriť.Tertiuꝫ eſt motus
localis,q̃ auctũ maiorẽ occupat locũ.Principale ṽo,vñ
nomẽ retinet auctiõis ẽ acqſitio raritatis quãtitatiue.Et
ſic hec quatuor ſunt de rõne auctionis vt vitalis,q̃ non
ſunt de rõne auctionis,vt auctio,nõ tñ ſunt eque primo
de rõne illius.Tũc pꝫ ꝙ auctio vitalis magis ꝓprie eſt
motus ad quantitatẽ q̃ꝫ rarefactio.nã ꝑ illã ſaltẽ raritas
quãtitatiua variať,at per hãc minime.℄ Sꝫ ſupra hec
eſt magna dubitatio,qa ſi cũ auctiõe vitali ſunt cõnexi
illi tres motus,vtpote gñatio particule minime.rarefa- Q
ctio.⁊ motus localis.tũc rarefactio ⁊ motᵘ localis eſſent
ſubito.nã 3ᵒ phyſic.cõ.6.⁊.8.phyſi.cõ.23.auctio fit in in-
ſtãti,⁊ eſt momẽtaneus motus.igiť cũ illi alÿ motᵘ erũt
ſibi cõnexi.tũc oẽs erũt in inſtãti.Hoc eſt ꝫ Auer.met il
lis ipſis in locis,vbi ſolũ localẽ vult motũ eẽ ſucceſſiuũ,
⁊ ↄtinuũ.Ceteri ṽo videnť cõponi ex pluribꝫ motibus
momẽtaneis.⁊ quietibꝫ tẽporalibꝫ.Dicerẽ ꝓ nũc cũ ꝓte-
ſtatione dicẽdi aliter.Hoc nõ eẽ incõueniens ꝑ accñs,i-
mo dico ꝙ ſicut gñatio fit ſubito,qa qlꝫ minimũ gñať
ſubito,ſic auctio ſubito,⁊ ceteri.h̃ aũt illis cõpetit ꝑ acci-
dens,ꝓ quãto ſũt cõnexi gñatiõi ⁊ auctiõi.℄ Per h̃ pꝫ
rñſio ad rões recẽtioꝝ.h̃ de auctiõe dicta ſatis ſint.
℄ Illud ꝓnomẽ hoc põt referri ad nutrimentũ,⁊ tũc ſol- Recognit
uiť obiectio tacita ſm Philoponũ,dcm̃ eſt eni ꝙ nutri-
mentũ quãdo nutrit tñ,⁊ nõ auget,ſm ſolã formã agit,
non aũt ſm quãtũ,in quo ſuũ eẽ hꝫ.q̃ poſſet qa ſuſpica-
ri,ꝙ forma nutrimẽti quatenus nutrit,vere ſeꝑata eſt a
materia,

A materia,tollit ergo hoc dubiū(ꝛ inqt)Hoc autē.ſ.nutrimentū,quatenus nutrit,ꝛ non auget,ſpēs ſine mā,vt fiſtula potētia aliqua in mā eſt,ſilr aliud ēt qḋcūqꝫ organū.Ergo nutrimētū nō eſt ſimplr forma ſine mā,ſꝫ eo mō quo fiſtula,vel qḋuis organoꝝ eſt potentia imālis,in mā tñ exñs,ꝛ ſic lꝫ ſit potētia imālis,eſt exñs in mā,vel hoc ꝑnomē referri poteſt(vt Alexāder exponit)ad carnē ſm formā,dcm eſt eni ꝙ caro vt caro quanta augeť,vt caro nutriť,mō gꝫ dicet carnē vt caro eſt,eē formā ſine mā,ideo inqt.Hoc aūt.ſ.caro ſpēs ſine mā,vt fiſtula potētia aliq̄ in mā eſt.Silr ꝛ ſicut aliqḋ qḋcūqꝫ organū,qḋlibet eni organū potētia imālis formalr exiſtens,in mā eſt.¶ Quo vo ad vba attinet,vbuꝫ fiſtula grece eſt αὐλός,aulos,verū Ariſtoteles accepit ꝑ oī forma artificiali ꝑlixa,q̄ eſt potentia formalr imālis in mā tñ exiſtēs,vt notaret eadē rōne eſſe de carne,q̄ vt caro ſaluari pōt nō vt quāta,in quāto tñ exiſtēs. Tūc redit ad dīam inter augumētatiuū,ꝛ nutritiuū,ſunt eni h ſubīo eadem,rōne tñ differūt.vñ dicit.Si aūt aliq̄ aduenerit mā exñs potētia fiſtula,bīs ꝛ quātū potētia,non quod

B ſimplr ſit nō quātū,ſed exñs potētia tātū,quātū fiſtula vel caro,hę.ſ.ptes formales erūt maiores fiſtulę.hoc eſt forma fiſtulę maior erit.Sūpſit eniꝫ formales ptes(vt Philoponus inqt)pro forma.Deīde ſequunť illa vba.[Si aūt amplius facere nō pōt.]vbi ſm Philoponuꝫ cū dixit qd ſit augumētatio,nūc vult exponere qd ſit diminutio,vbi debes ſcire ſm Philoponum,ꝙ quādo id qḋ aduenit,ſuperat augumētatiuā potētiā,ita vt maius ſit q̄ facultas poſſit ꝯuertere,tūc maior pars nutrimenti diffluit,ac in ſuꝑfluitates trāſit,ꝛ parū trāſit in ſubam mēbroꝝ,ꝛ hoc pacto ſit diminutio.Et hoc declarať exēplo vini,cui ſi apponeť de aq̄,ita vt nō exuperet poām vini,trāſit in vinū,ꝛ augeť vinū,at ſi aqua ſuperat poām

C vini factiuā,tūc diminuiť vinū,ꝛ intelligo(vt Philoponus inqt)ꝙ diminuiť nō vinū in quāto,ſed in vinifactiua potētia.vñ inqt.Si aūt amplꝰ facere nō pōt,ſed vt aqua vino ſemꝑ amplius atqꝫ amplius ꝛ paulatine mixta,in fine aquaticū facit,ꝛ aquā,ſic ſupple nutrimētuꝫ,cū ſuperat potētiā nutritiuā,tūc diminutionē facit quāti.Eſt eniꝫ maior materię deꝑditio q̄ inſtauratio.Manet tñ ſpēs eius qḋ diminuiť vſqꝫ in fineꝫ vitę,qa ſufficit nutrire,augere vo nō.Imaginať eni Philoponꝰ tria tempora.Primū in quo plus potētia exiſtēs in mēbro pōt ꝯuertere de ſanguine appoſito,q̄ apponať,ꝛ ſic de mā plus trāſit in mēbra q̄ de ea diffluat.Aliud eſt tps,in quo minus potētia de ſanguie appoſito ꝯuertere poteſt,q̄ apponatur,ꝛ ſic plus de mā diffluit,q̄ ꝯuertať in mēbra,ꝛ hoc eſt ętas diminutionis.Aliud eſt tps,in q̄ ęqualr pōt potentia ꝯuertere,ꝛ nutrimentū apponi,ꝛ hęc eſt ętas ꝯſiſtentię.Uerꝫ vñ ſit hęc facultatis diminutio,ꝛ vñ auctio,ꝛ de tēpoꝝ determinatione alī dice-

D mus,nunc vo Philoponus tñ aſſerit,qm̄ ꝑma ętas eſt calida ꝛ humida,ideo ibi eſt mā,ꝛ agens,humidū extēſibile,calidū effectiuū extēſionis,ideo mēbra ſūt augumētabilia ꝛ virtus eoꝝ apta augere.Ultima eſt frigida ꝛ ſicca,ꝛ ſic mēbra facta ſunt extēſiōi inepta,ꝛ calidum agēs extēſionem,deficit.Media vo ętas in his q̄litatibus media eſt,ꝛ ꝑꝑea in his actionibus media eſt.Ex q̄ ſequiť Philoponū ꝑ virtutē intellexiſſe calidū regulatuꝫ ipſa aīa,cuius eſt inſtrm̄.Aiaduerte tñ ꝙ in ſenectute nō ſolū de nutrimēto minus ꝯuertiť in mēbra,ſꝫ ob caloris debilitatē minus generať,ꝛ ita mēbra diminuiť ꝛ ꝑꝑ paucitatē nutrimēti qḋ generať,ꝛ ꝑꝑ paucitatem ꝯuerſionis nutrimēti geniti in mēbra,q̄ ob ſiccitatē extenſioni ſunt inepta,verꝫ de his alibi.¶ In cōmētarys

queriť ꝑmo,vtrū augumētatio ꝑꝑrie dicta ſit gnātio,ꝑꝰ poſitio aſſerit,ꝙ augumētatio ſit generatio,nō gdē abſolute,ſed aggeneratio,qm̄ eſt gnātio maioris ſubſtātię q̄ prius erat per hoc qḋ aliq̄ pars ſubę generatur,q̄ apponiť partibꝰ ſubę,quę prius erāt.Cōtra hāc poſitionē in cōmentarys tribꝰ rōnibus obiecimus,veruꝫ potiſſima rō contra hanc poſitionē eſt illa,qm̄ Ariſtoteles vbiqꝫ q̄tuor motus ſiue mutationis ſpēs diſtinxit ad quātitatē,augumētationē,ad vbi,motū localē ſiue lationē,ad ſubſtātiaꝫ,gnātionē,ad qualitatē,alterationeꝫ.q̄ ſicut generatio eſt formalr ad ſubam,ꝛ alteratio formalr ad q̄litatē,ꝛ latio formalr ad vbi,ita augumētatio ad quātitatem formalr maioreꝫ q̄ prius erat.Unde Auer.vbiqꝫ aſſerit ſpecificā motuū ꝛ mutationuꝫ dīam eē ꝑꝑ ſpecificam differētiaꝫ terminoꝝ ad quos,qm̄ motus,ꝛ terminus motus ſunt eiuſdē ſpēi,imo nō differunt niſi penes magis ꝛ minus,vel penes fluxū ꝛ factuꝫ.Propterea in cōmētarys diximus gnātionē ptis eſſe neceſſariā augumētationi,tāq̄ aliqd neceſſario coexactum,formalr tñ dicebamus augumētationē eē acq̄ſitionē maioris quātitatis q̄ prius erat eius formę,q̄ augeť.Cōtra quā poſitionē duas dubitationes fecimus,nūc facimus ꝛ tertiā,qa hac poſitione data,tūc auctio nō eēt per ſe motꝰ,qm̄ quātitas maior nō acq̄riť niſi ꝑcedente gnātione ptis,q̄ ſit per accñs ad mutationē alterius.¶ P.De augumētatione quō fiat ꝑ minima,nō ſatis bene in cōmētarys explicať.¶ Ad primā dōm,ꝙ gnātionē partis ꝑſuppo-

G ni eſſe pōt,aut tāq̄ id ſine quo nō,aut tanq̄ id ꝑ qḋ,qm̄ aliqd acq̄riť ꝑ mutationē ꝑcedenteꝫ tēpore vel nā tāq̄ per id,per qḋ hoc acq̄riť ꝑ accñs,vt relationes ꝛ id genus,quādo vo tāq̄ ꝑ id ſine quo nō,pōt dici per ſe acq̄ri,ſuba eni per ſe acq̄riť,ſed nō ſine alteratione.Cū vo q̄re quātitas nō per acq̄ſitioneꝫ ſubę acq̄riť,tāq̄ ꝑ id ꝑ quod eſt,qa quātitas eſt ꝑ ſe variabilis ſm maius extēſum,ꝛ minus extēſuꝫ.Relationes vo ꝑ ſe non ſunt variabiles niſi rōne eius,qḋ ꝑcedit.pꝫ q̄ gnātionē ſubę eſſe neceſſariā ad augumētationē tāq̄ id ſine quo nō,ꝛ non tāq̄ id per qḋ.¶ Ad 2ᵐ dubitationē dōꝫ,ꝙ auctio nō ſit per minima imaginādo de nutrimēto vnū minimuꝫ ꝯuerti in nutritū ad oīa eius qḋ augeť mēbra,ꝛ poſtea de eodē nutrimēto aliud minimū ſucceſſiue,hoc eni eſt impoſſibile,ſed eſt imaginādū membro augēdo in diuerſis partibꝰ iuxtaponi plura nutrimēti minima delata ad illud ꝑ venulas minimas ſm Philoponum,vel ꝑ poros ſm Auer.ꝛ ſic iuxtapoſita ſubito ꝯuerti in mēbrū.Iterū poſt hęc imaginādū eſt alia iuxtaponi,ꝛ iterū ſubito ꝯuerti,ꝛ hoc toties fieri donec iuxtaponunť minima ꝑ attractionē ad poros,vel ad origines venaꝝ,q̄ iuxtapo-

H nunť mēbro,ꝛ ſic auctio erit motus ſucceſſiuus,nō aūt ꝯtinuus,vt Auer.ꝑbat 3ᵒ phyſicoꝝ.c.8.Hęc de dubitationibꝰ,ſed vnū reſtat,nā Ariſtoteles in textu poſuit dīaꝫ inter nutrimētū ꝛ augumētatiuum,ꝛ voluit,ꝙ panis quo eſt potētia caro abſolute,eſt nutrimentū,quo vo eſt potentia caro quāta eſt augumētatiuū.q̄ augumētationis terminus eſt caro quāta,ꝛ nō quātas abſolute,nec caro abſolute.¶ P.Auer.in cōmēto dixit qḋ non quātitas,vt quātitas,nec caro,vt caro augeť,ſed vel quātitas formata,vel forma carnis quāta,quā rē Philoponus etiaꝫ aſſeruit.Pōt ergo dici ꝙ terminus auctiōis pōt itelligi dupl'r,aut totalis,ꝛ ſic eſt caro quanta,vel forma carnis vt quāta,ꝛ ſi hoc pacto Iuniores itellexerūt,bene dixerūt.Aut formalis,ꝛ ſic eſt quātitas maior q̄ prius fuit,eius formę,q̄ facta eſt in maiori mā q̄ prius erat,ꝛ hoc nō negant Auer.ꝛ Philoponus.Sꝫ circa hęc q̄riť vtrū auctio ſit ſubitaria,ꝛ dōm ꝙ q̄tuor acq̄ſitiōes ſunt ſubi-

Margin: De pᵃ qōne in cōmē.

Margin: Com.6. Com.23

Handwritten margin: terminus totalis augmentationis forma vt quanta / terminus vero formalis maior quantitas quam prius erat

I taric, gñatio partis carnis, acquiſitio quãtitatis maioris
q̃ꝫ erat prius, acqſitio raritatis loquendo de raritate ad
bonũ ſenſuꝫ, ⁊ occupatio maioris loci, pbat̃. q2 genera/
tio partis carnis eſt ſubitaria. g̃ ceterę acqſitiões, aliogn
ſtaret ptes eſſe gñataꝫ, ⁊ nõ eſſe factã maiorẽ quãtitatẽ
De 2ª q̃one in cõmẽtarijs. q̃ꝫ erat prius. veꝝ de his in cõmentarijs. ¶ Scdo pnci
palr̃ in cõmentarijs q̃rit̃, vtrũ eodẽ mõ oẽs partes au/
geant̃. De mẽte Auer. tenet̃ ꝙ partes durę, vt oſſa/ car/
tilagĩes/ ⁊ nerui/ per iuſtapoſitionẽ alteratiuã ⁊ gñatiuã
augent̃ nõ formę, q̃ fit ſimplr̃, ſed formę, q̃ fit in maiori
mã q̃ꝫ erat. Dico q̃ fit nõ ſimplr̃, q2 opꝫ id, qd̃ auget̃ p/
manere, ⁊ ita fit in maiori mã, q̃ non p auctioneꝫ effecta
eſt maior, ſed p additionẽ materię nutrimẽti cũ mã nu/
triti, non enĩ (vt dictũ eſt) mã auget̃, ſed bñ fit maior p
K additionẽ materię cũ mã, cũ qua fit vna pp formaꝫ exi/
ſtentẽ vnã, quę antea ⁊ poſtea eſt eadẽ numero. Partes
võ molles, vt carnes, ⁊ medullares, ⁊ q̃cũqꝫ poroſę ſũt
augent̃ per intus ſuſceptionẽ ad poros, ⁊ poſtea p iuſta/
poſitionẽ alteratiuã ⁊ gñatiuã ad ptes circũſtãtes, eodẽ
mõ vt dcm̃ eſt de oſſib⁹. Hęc eſt poſitio Auer. q̃ videt̃
ſupflua, nam qua rõne ptes durę vt oſſa ⁊ id genus au
geri poſſunt p iuſtapoſitioneꝫ ſanguis, qui iuſtaponitur
pulſione, vt dicit Philoponus, facta a nouo ſangule ge/
nerato in corde, ⁊ p venas magnas ⁊ puas tãdẽ apposi/
to pluribꝰ partibꝰ mẽbri augendi, eodẽ p iuſtapoſitiõeꝫ
ſanguinis auget̃ caro, ⁊ medulla, ⁊ oẽ membrum molle,
ſanguis enĩ nouus pellit antiquũ, ⁊ cogit, vt pluribus in
locis mẽbro p venulas iuſtaponat̃. g̃ auctio fieri põt p
alteratiuã ⁊ generatiuã iuſtapoſitionẽ ſicut in duris mẽ
bris fieri poterat. Sꝫ dices, ſi nutrimẽtũ nõ penetret in
L qualibet pte nõ põt q̃libet ps mẽbri augeri, diximꝰ ꝙ ſa
tis eſt vt nutrimẽtalis ſanguis ferat̃ ad mẽbrũ ⁊ pluri/
bus eius ptibꝰ apponat̃, naꝫ virtus augumẽtatiua exiſtẽs
in toto, ⁊ in ſingulis mẽbri partibꝰ nutrimenti ptes ſibi
ſm diuerſas ptes appoſitas ↄuertit ſm oẽm dimenſio/
nẽ, q2 ſm oẽm eſt apta illas ↄuertere, vt pꝫ de auctione
ignis, qui auget̃ ſm oẽm dimenſionẽ, ⁊ tñ cõbuſtibile ei
non apponit̃ ſm oẽs dimẽſiones, nec ſm ſingulas ptes
auctas, nec valet hęc ↄña nutrimẽtũ nõ apponit̃ ſingu
lis partibꝰ, q̃ augent̃. g̃ non augent̃ ſingulę ptes, ſatis.n.
eſt, vt apponat̃ aliqbus, ⁊ vt virtus auctiua ſit in oĩbus,
⁊ ſm oẽm dimenſionẽ auctiua. Hęc eſt opio Philopo/
ni. ¶ Tertio q̃rit̃ in cõmentarijs/ vtrũ in auctiõe idẽ to
De 3ª q̃one in cõmẽtarijs. tũ maneat qd̃ auget̃ ante ⁊ poſt, in qua q̃one plures po/
ſitiones recitant̃, tãdem determinauimus, qd̃ id qd̃ au/
get̃, totũ manet, verũ obſcure loq̃bamur. Debes g̃ ſcire
ſm Philoponũ ⁊ Auer. ꝙ id qd̃ auget̃, eſt forma carnis
gr̃a exẽpli. nõ abſolute, ſed vt tricubita, forma enĩ quã/
ta certa quãtitate extẽſa eſt illud totũ qd̃ auget̃, ⁊ h̃ ma
net pciſe eadem nũero ante ⁊ poſt. Mã võ non auget̃,
M quę eſt humidũ mẽbrale, ſed bñ fieri põt maior nõ per
augumentatione, ſed per additionẽ, ⁊ ita forma manẽs
eadẽ nũo auget̃ nõ ex eo, q2 generet̃ aliquid eius, ſꝫ q2
Tex. anti. com. 153. ℂ Ideo quēadmoduꝫ dcm̄ eſt, factiuoꝝ hęc quideꝫ impaſſibilia, hęc auteꝫ paſſibilia. Et quēadmoduꝫ in motione, eodem modo res ſeſe habet ⁊ in factione. illic enim primitus mouens/ imobile eſt, ⁊ in factiuis primitus faciens/ impaſſibile eſt.

C

Dilucida: te. c. eiuſdē. ℂ Ideo vt dictum eſt, actiuorum hęc quideꝫ impaſſibilia ſunt. Illa xo paſſibilia. atqꝫ ſicuti in motu, eodem modo ⁊ in actiuis ſe habet. Mouens eniꝫ primitus imobile eſt. Et in actiuis agens primū impaſſibile eſt.

Com. 153. ℂ Repetit concluſionem. quam dixit de ordine agētiuꝫ ⁊ mouentium, ⁊ quę dicit. patent.

Recognes ℂ Redit ad id, qō dixerit his expoſitis, ⁊ vult ꝙ veluti in motiōe primū mouēs eſt imobile, ſic in factiōe ꝑmuꝫ faciēs eſt ipaſſibile. Sequit aūt hoc ex nūc expoſitis, naꝫ ꝑmū faciēs ⁊ vltimū patiēs nō ſūt eiuſdē materię. Amplius nec ſūt approximata, ideo pōt facere, ⁊ nō repati.

Tex. anti. cōmē. 154 ℂ Eſt aūt factiua cauſa/ vt vñ principiū motus. cuius autē gratia, nō factiua. Ideo ſanitas nō eſt factiua, niſi ſm̄ metaphoraꝫ. eteniꝫ hoc quidē faciente quādo exiſtit, gñat aliqd patiens. habitib⁹ aūt pñtibus, nō ampli⁹ generatur aliqd/ ſed eſt iā. ſpecies autē ⁊ fines, habitus quidam ſunt. Materia auteꝫ, ſm̄ ꝙ materia/ paſſiuum.

D

Dilucida: te. c. eiuſdē. ℂ Eſt autē cauſa actiua, vt vñ motus principiū. Cui⁹ xo gratia, nō actiua. Ideo ſanitas nō actiua eſt, niſi ſm̄ ſilitudinē. Etenī dū patiens eſt aliquo agēte, ſit aliqd qdē. At habitibus pñtibus nihil ſit, ſꝫ eſt iaꝫ. Spēs xo ⁊ perfectiones habitus quidaꝫ ſunt. Materia xo quatenus materia, paſſiuum quid.

Com. 154. ℂ Volens Ari^les ponere dñaꝫ inter agēs ſeparatū a mā, ⁊ ꝯcretum cū mā, ꝑmittit diuiſioneꝫ quatuor cauſarum. Sūt eni quatuor cauſę, vt agens, ⁊ finis, forma, mā. ſꝫ ga apud quoſdā finis videt eſſe agēs, inter finē ⁊ agens ponit dñas. Primus agens eſt vere ꝑn^m motus. Finis xo ſiguraliter mouet. Scdo/ agēs eſt ꝑn^m motus. Finis ē terminus motus. Nā dū patiens eſt, ⁊ agēs ſibi applicatū, actio eſt ⁊ paſſio. At habitib⁹ ⁊ finibus pñtib⁹ in mā nihil ſit, ſed eſt iā. igit finis eſt terminus mot⁹. ſpēs ſiue formę ⁊ pfectiones ſunt habit⁹ qdaꝫ materię. Mā xo quatenus mā, paſſiuū qōdā. Hęc de quatuor cauſis.

E

Recognes ℂ Nūc dñam affert Ari^les inter cām factiuā, ⁊ cām finalem, qm̄ magnā hēr vident affinitatē (⁊ inqt) Eſt aūt factiua cā, vt vñ ꝑn^m motus. Cuius aūt grā/ hoc eſt finalis cā, non factiua eſt. vt vñ ꝑn^m motus. Et ſi aliqñ dicat ſanitas cā factiua, exponit hoc dici ſm̄ metaphoraꝫ vel abuſiue, vt exponit Philoponus, ⁊ metaphora eſt h̄, ꝙ ſicut pñte cā factiua benevalendi corpus hn̄ valere vꝫ, ſic ꝑñte ſanitate corpus hn̄ valere videt. Et aūt ipſius cui⁹ grā nō ſit factiua cā ꝓprie, ꝓbat Ari^les, qm̄ factiuo pñte adhuc ſit aliqd qō trāſmutat, ⁊ in formam ambulat, cū non pfecte ipſaꝫ ſuſcepit, nā donec faciēs facit, id qō patit, nōduꝫ formā accepit, habitib⁹ aūt pñtib⁹, non amplius gñatur aliqd, ſed eſt iā. ḡ finalis cā nō eſt factiua, qm̄ ipſa pñte ceſſat factio. ℂ Ex h̄ loco colligit Philoponus ꝙ Ari^les nō potuit dicere ſm̄ eius fundamēta deū fuiſſe factiuā mundi cām, qm̄ factiuaꝫ id inqt eē/ qō per viā aliquā ⁊ gñationē deducit ad eē ea, q̄ ſiūt. At de⁹ non in ipe fecit, neqꝫ iperfecta, ideo nō factiuā cām ipm̄ dicit, ſed ꝓducens vocādus eſt, vocat autē ⁊ finalis cā, qm̄ ad ipſum omnia reſpiciunt, ⁊ ipſuꝫ oīa deſiderant. Deinde exponit, qd per formas, ⁊ qd per māam ipſe intellexit, ⁊ clara ſunt ex cōmentarijs.

F

An de⁹ ſit cā factiua mūdi ſm̄ Ariſt. vt ꝓus dcm̄ eſt.

Tex. anti. cōmē. 155. ℂ Ignis igit hꝫ in mā caliditatē. Si autē aliqua erit ſeparata caliditas, hęc non patietur. Hāc igit, forſitan impoſſe eſt ſeparatam eſſe. Si autem ſunt q̄dam talia, in illis vtiqꝫ erit quod dicitur/ verum. Quid igitur ſit facere ⁊ pati/ ⁊ quibus inſit/ ⁊ quare/ ⁊ quo modo, determinatum ſit hoc modo.

G

Dilucida: te. c. eiuſdē. ℂ Ignis qdē igit habꝫ in mā calidū. At ſi ſit qōdaꝫ ſeparatum calidū, hoc vtiqꝫ nihil patit. hoc quidē forſitan ſeparatuꝫ eſſe impoſſibile eſt. Verū ſi aliqua talia ſint, in illis verꝫ erit quod dictuꝫ eſt. quid quidem igit actio ⁊ paſſio ſint, quibuſue exiſtāt, propter quid quoqꝫ, ac quo mō determineretur hoc mō.

Com. 155. ℂ Nūc dñam colligit inter agens ſeparatū ⁊ ꝯcretum, ⁊ vult agēs ſeparatū nullatenus in agēdo pati. At cōcretū cōtra agendo patit. Hęc in exēplo de calido exponit. d. Ignis qdē igit. ſubaudi ſm̄ rei veritatē hꝫ calidū, h̄ eſt formā in mā. accepit ꝓpriū loco formę, qa forma latet. nō (vt Alexāder credit) calidū eſt for⁹ ignis. Et ſic reuera ignis formā hꝫ in mā. At ſi ſit per caſuꝫ, qōdā ſeparatuꝫ calidū. hoc vtiqꝫ nihil patit. ⁊ quaſi corrigēs ſe, adiecit, hoc qdeꝫ forſitan ſepatū eē ipoſſibile ē. Verꝫ ſi aliq̄ talia ſint, vt intelligētię. in illis verū erit quod dcm̄ eſt. vꝫ. agendo non pati. q̄ſi igit arguat ſi agens eſt ſeparatum, agēdo nō patit. ſed ſunt agētia ſepata. igit illa agēdo nō patiunt. Tunc pꝫ ꝓ ꝯriū, ꝙ agētia cōcreta agendo patiunt. ℂ Aiaduerte apud Auer. in lib. de ſuba orbis. ꝙ primū mouēs ⁊ primū agēs, qō primum alterās vocat. Cōueniunt ꝑ/ qa ambo agunt non paſſibilia. 2°/ ꝙ ambo agunt ꝑmo ⁊ indepēdēter. At differūt. nā primū mouēs

H

I nulla ſpecie motus mouet̃. At primũ agens ſaltẽ latione circũfertur. Scḋo primũ mouẽs nec eſt corpus nec virtus in corpore. At primũ agens eſt corpus, vt eẋiuʒ virtute ſolis, q̃ eſt eius p̃cipua pars. Cauſa õĩç eſt, ꝙ mouere eſt vĩis quodã mõ operatio, cũ de operationibus ſolus motus poſſit eẽ ęternus, non a certo tpe, nec a certo loco non certis qualitatibꝰ. At actio ⁊ paſſio cũ ſint alterationes, alteratio ṽo ſit operatio particularis ac ſignata. illa ab icorporeo ⁊ vĩi per eſſentiã ꝓcedit. hęc a corporeo ⁊ particulari ꝓcedere dʒ. Itẽqʒ alteratio preſupponit motũ localẽ. igit̃ primũ alterãs põt eſſe motuʒ localiter. At primuʒ mouens imobile penitus. Tũc epilogat. ď. quid quidem igitur actio ⁊ paſſio ſit, quoniaʒ alterationes, quibuſue exiſtant, quoniaʒ in ſimilibus diſſimilibus. Propter quid quoqʒ, quia ꝑpter materiam ⁊ formã, ⁊ quomodo, quia cum reciprocatione actionis ⁊ reactionis ſit determinatum hoc modo.

K

Recognes ¶ His expoſitis, ſm Philoponuʒ replicat qõnis ſolonẽ decantus, ⁊ vult ꝙ q̃cũqʒ formarũ in mã hñt ſuũ eẽ, hę in faciẽdo repatiunt̃, qꝛ ſubtã, nec imutabile, nec ipaſſibile hñt. tales formę ſunt ignis aq̃ ⁊ id genus. Si quę aũt eſſent formę, q̃ gdeʒ ſeparabiles ſint a mã, aut ſm veritatẽ vt ſubę ſepatę, aut ideę ſm Platonẽ, hę in faciẽdo non repatiunt̃. Tũc epilogat (⁊ inqt) Quid igit̃ ſit facere ⁊ pati, qꝛ facẽ eſt in paſſionẽ ducere, pati ṽo in paſſionẽ duci. Amplꝰ facere eſt aſſimilare ſibi ipm patiens, pati ṽo aſſimilari faciẽti, ⁊ qbꝰ iſt qꝛ cõtrarys ⁊ q̃re qꝛ hñt eãdem mãm 3ciarũ paſſionum ſuſceptiuã, ⁊ quo mõ qꝛ accedẽte faciẽte, ⁊ approximato ipſi paſſo, determiatũ ſit hoc mõ. ¶ Ex his colligi põt, ꝙ in mã de reactiõe duo tñ colligimus ab Arĩ, ⁊ Philopono, ⁊ ꝙ faciens nõ oẽ in faciẽdo repatit̃, ſʒ ſolũ ꝓximũ, ⁊ nõ oẽ ꝓximuʒ, ſed ſolũ qḋ cũ paſſo cõuenit in mã. habemus quoqʒ cãm, qꝛ 3ria ⁊ in mã cõmunicantia.

De reactiõe qḋ a ꝑpateticis hẽ.

L

Tex. anti. com. 156. ¶ Quo mõ autẽ cõtingat hoc accidere, rurſus dicamus. His igitur videtur pati vnũqͦqʒ per quoſdã poros ingrediente faciente vltimo ⁊ principaliſſimo ⁊ hoc mõ ⁊ videre ⁊ audire nos inquiũt ⁊ ſm alios ſenſus ſentire oẽs. Amplius videri per aerẽ ⁊ aquã ⁊ per trãſparẽtia, qꝛ poros hñt inuiſibiles quideʒ ꝑꝑ paruitatẽ, ſpiſſos aũt ⁊ ſm ordinẽ. ⁊ magis hñt, tranſparentia magis.

Dilucida: te. c. eiuſdẽ. ¶ Quo mõ ṽo poſſit hoc accidere, rurſus repetamus. qbuſdã gdeʒ igit̃ videt̃ pati vnũqͦqʒ quoties ꝑ meatus quoſdã, agẽs ipſuʒ

M principale ac ꝓximũ penetrauerit. quo etiaʒ mõ, ⁊ videre, ⁊ audire, inſupqʒ cęteros oẽs per ſenſus nos ſentire inquiũt. quo etiaʒ viſionẽ fieri. ⁊ per aereʒ, ⁊ aquam, atqʒ perſpicua dicunt eo. vʒ. ꝙ meatus habent propter paruitatẽ quideʒ inuiſiles. ꝑpter turmaʒ ṽo ⁊ denſos, ⁊ qm̃ magis tranſparent.

Com. 156. ¶ De actiõe ⁊ paſſiõe quatuor ꝓblemata ſiue q̃ſita terminauit, vt in epilogo patuit, nũc ṽo de medio agendi, ac patiẽdi dicere ꝓponit. vñ ait. Quo mõ ṽo poſſit hoc accidere rurſus dicamus. ſiue repetamus, hęc eſt lrã tio. Tũc pͦmo narrat poſitionẽ Empedoclis, q volait actionem ⁊ paſſionẽ fieri ꝑ meatus quoſdã repros in paſſo, q grece pori dicunt̃ (inqt) Quibuſdã gdeʒ igit̃ videt̃ pati vnũquodqʒ, quoties per meatus quoſdã, agens ipm principale ac ꝓximũ penetrauerit, ⁊ ſic mediũ actionum ac paſſionũ meatus ſunt patiẽtis corporis, ṽbum penetrauerit, grece eſt eiſientos latine intrãſe, ſiue igrediẽte, eiſeimi enĩ grece. intro latine eſt, veʒ vt clarius eẽt, trãſtuli penetrauerit. Subſcribit ꝑ eiuſmodi meatꝰ eos dixiſſe nõ mõ paſſiones effici, ſed ſenſationes, ⁊ tranſparentias. N

Propterea inqt. Quo mõ. vʒ. ⁊ videre, ⁊ audire, inſupqʒ cęteros oẽs ꝑ ſenſus nos ſentire inquiunt. ⁊ ſic mediuʒ ſenſationũ meatus eẽ finxerũt. Idẽ ⁊ in trãſparentys addidere qḋ ſubſcribit. ď. quo etiã fieri viſionẽ ⁊ per aerem ⁊ aquã, atqʒ per cũcta ꝑſpicua. ſubaudi in greco dicũt, ⁊ ſic mediũ trãſparendi meatus ſunt, ꝙ ṽo per aerẽ ⁊ aquã, ⁊ cętera id genus trãſparẽtia magis fiat, duplr̃ declarat pͦmo dicẽs. eo. vʒ. ꝙ meatus hñt ꝑꝑ paucitatẽ gdẽ inuiſiles. ꝑꝑ turmã ac multitudinẽ ⁊ denſos. ṽbũ turmã gręce eſt ſtichon, nã ſtichos gręce latine eſt turma, acies, ordo, ego trãſtuli turmã. vt oppoſitũ puitati. Secũdo ideʒ declarat. ď. ⁊ qꝛ magis trãſparent, naʒ illa corpora ſunt magis perſpicua cęteris. Sunt qui ex his formãt rationem pro poſitiõe antiquoꝝ, ꝙ eo modo fit actio ⁊ paſſio reales, quo ⁊ intentionales, ſed actiones intentionales fiunt per meatus. igitur ⁊ reales, minor eſt declarata in ſenſationibus ⁊ tranſparentys, res hęc bona eſt, tamẽ Ariſtotelis expoſitio eſt vt diximus. O

¶ Cũ dixit quid ſit facere ⁊ pati, q̃ ſint q̃ faciant ⁊ patiãtur, nunc vult dicere qũo fit facere ⁊ pati, vt Philoponus itroducit, ⁊ pͦ narrat veterũ opiones. 2ͦ verũ modũ affert ſm eius opionẽ. Empedocles dixit per poros fieri facere ⁊ pati. Dixit enĩ in corporibꝰ poros eẽ, in qbus faciens ipm intrãs in id, qḋ patit̃, facit. Siĩi quoqʒ modo videre ẽt dicebat fieri, nã eſſe gdẽ in oĩbꝰ corporibꝰ poros aſſeruit, in diaphanis aũt poros dixit eẽ plures, ⁊ ſpiſſiores, ⁊ ſm ordinatã ſerieʒ, per quos cũ ꝑmeent intus, ita ſeſe obycere viſibilibꝰ. In corporibꝰ ṽo nõ diaphanis, ꝑꝑea ꝙ pori pauci ſint, ⁊ qui ſunt, nõ ſint ſm ordinatã ſeriẽ, dixerũt intus viſuʒ, vel viſibilia ſuſcipi nõ poſſe, eodẽ aũt mõ ⁊ in alys ſenſibꝰ ſentire fieri dicunt, vtputa audire aut olfacere ꝑ poros ꝓcedẽte q̃litate vel olida aut ſonora. vñ inqt. Quo mõ autẽ ꝯtingat h. l. facere ⁊ pati accidere, rurſus dicamus. Inſinuata intentione, ponit modos veteꝝ, ⁊ pͦmo Empedoclis (⁊ inqt) His igit̃ videt̃ pati vnũqͦqʒ per quoſdã poros, ingrediente in illos vltimo ⁊ p̃cipaliſſimo faciẽte, ⁊ nõ qḋ ꝑ agit, vtputa medicinalis ars, ſed qḋ ꝓximũ, velut pharmacũ aut cibariũ, ⁊ nõ ſolũ de facere ⁊ pati, ſed ẽt de videre ita ſentiũt. Idcirco dixerũt viſibilia magis videri per ea, q̃ ſunt magis diaphana, qꝛ quę magis diaphana ſunt, plures ⁊ denſiores ſiue frequentiores poros ⁊ ſm ordinatã ſeriem hñt. Hęc de prima poſitione. Recognes P Q

¶ Hi igitur in quibuſdam determinauerunt ita quemadmoduʒ ⁊ Empedocles non ſolum in patientibus ⁊ facientibus, ſed ⁊ miſceri ea inquiunt quoruʒ pori adinuicẽ ſunt commenſurabiles. Tex. anti. cõmẽ. 157.

¶ Hi qdeʒ igit̃ ita in qbuſdaʒ quẽadmoduʒ ⁊ Empedocles aſſignauerũt, nõ tm̃ in actionibus ⁊ paſſionibꝰ, ſʒ ẽt ea miſceri aiũt, quorũcũqʒ meatus inuicem cõmenſurantur. Dilucida: te. c. eiuſdẽ.

¶ Qḋ etiã de imiſtione dixerũt, obiter adiecit, vt de alys addidit (inqt) Hi qdeʒ igit̃ ita in qbuſdaʒ quemadmodũ ⁊ Empedo. aſſignauerũt, nõ tm̃ in actionibꝰ ⁊ paſſionibus Com. 157.

A nibus, ſed etiã ea miſceri aiunt, quorũcũq; meatus inui cem ꝓportionales ſunt. ℂ Aduerte meatus eſſe ꝓpor tionales, ſiue cõmenſurabiles, quando ęqui quanti ſunt, nam tunc actio ⁊ reactio, paſſioq; etiam ęquales ſiunt, quo fit, vt maxima inde emergat miſtura, quoties ꝟo cõ tinentia inęquales fuerint, miſtura erit infirma, ac pau ca. Hęc de prima poſitione.

Recognes ℂ Nũc Ari^{tes} (vt Philoponus inqt) oſtendit cãm hanc, atq; modũ iſtũ non eē vlem, qm̃ lz per hãc opionē aſſi gnare poſſumus modũ quo mõ fit facere ⁊ pati, ⁊ ipſuz miſceri, nõ poſſumus aſſignare modũ, quo fit augeri et gñari. vñ inqt. Di igit̃ in qbuſdam determinauerũt ita, quẽadmodũ ⁊ Empedo. nõ ſolũ in facientib⁹ ⁊ patiẽti bus, ſed etiã miſceri ea inqunt, quoꝝ pori adinuicē ſunt cõmẽſurabiles, dicũt eni tũc fieri miſtionē, cũ pori ſunt cõmenſurati corporibus, q̃ ipſos intrãt, ⁊ non maiores, neq; minores. Uerũ cãm ⁊ modũ quo fiat auctio, aſſi B gnare nõ poſſunt, nã ingrediẽs id qd̃ auget, poros qdez replebit, maius aũt nõ faciet, ⁊ ſic non poſſunt aſſignare vniuerſalem modum in omnibus.

Tex. anti. cõmē. 158. ℂ Compendioſe aũt maxime ⁊ de oib⁹ vno ſermone determinauerunt Leucippus ⁊ Democritus, principium facientes ſm naturam quod eſt.

Dilucida: te.c.eiuſdē. ℂ De omnibus autez maxime compendio ſe ⁊ breui verbo Democritus ⁊ Leucippus definiunt, idipſum aſſerentes eſſe principium, quod quidem eſt ſm naturam.

Cõm. 158. ℂ Hęc eſt 2^a poſitio Democriti ⁊ Leucippi q de agere ⁊ pati, gñatione ⁊ corruptiõe, auctiõe ⁊ diminutiõe, ac de alteratiõe, cęteriſq; motib⁹ eodē ſimplici definiũt ꝟbo, effici eni gñationē dixerũt, quoties corpora minima idi uidua de nouo ꝯgregant̃, ꝯ ꝟo corruptionē, quando diſ gregãtur, tũc ꝟo alterationē, quãdo corpora illa poſitu ra alternãt̃, ⁊ anteriora ſi poſteriora fierẽt, aut ecõtra, q̃ rõne corpora ipſa phyſica pati aiũt, quando vel in mini mis his alternant̃, vel p eoꝝ ꝯgregationē, aut diſgrega C tionē trãſmutant̃, actionē ꝟo eſſe, qua hęc ſic mutãtur, ⁊ ſic agere ē aut illa ꝯgregare, ſiue diſgregare, aut illa euer tere, pati ꝯ eſt aut in illis euerti, aut p illa ꝯgregata effici, ⁊ ſic vna ſolõne ſaluant oēs motus, q̃ dicit patēt. Uocat Ari^{tes} more Democriti minimuz corpus indiuiduũ ꝑn cipium ſm naturam, qa eo etiam fiunt naturales gñatio ⁊ corruptio, itẽq; eſt vt mã, quę proprie eſt natura.

Recognes ℂ Nunc narrat opinionē Democriti ⁊ Leucippi. ⁊ inqt. Ot Leucippus ⁊ Democritus cõpẽdioſe ⁊ breui ſmõe de oibus motib⁹ cãm ⁊ modũ determinauerũt, faciẽtes ꝑn^m qd̃ eſt ſm nãm. ſ. atomos ipſas, ⁊ vacuũ. Dicebant eni fieri facere ⁊ pati pp vacuũ, eo eni ꝙ faciẽs exiſtens D in vacuo trãſponebat, aut inordinabat atomos, dicebãt facere ⁊ pati fieri, quo ꝟo apponit atomos dicebãt fieri auctionē, quo ꝯgregat ꝟo, dicebãt fieri gñationez. Ergo breui ꝟbo ponentes atomos ſiue plenũ, ⁊ vacuũ ſalua Dubitatio. bant oēs motus. ℂ Sz quo mõ ꝑn^m qd̃ poſuit Demo. ſit ſm nãm, cũ ipſe ponat vacuũ ⁊ atomos, quas plenũ appellat, ⁊ vacuũ nõ ſit in nã, hoc qdē non ꝑus qd̃ eſt.

Philoponi ſolutio. ℂ Rñdet Philoponus ꝙ ꝑn^m illud qd̃ ponit Democritus, eſt ſm nãm, nõ quo ad eã ꝑtez, qua ponit vacuũ, qm̃ vacuũ nõ eſt in nã, ſed quo ponit plenũ ⁊ motũ, naz ſunt qdaz q negãt plenũ ⁊ motũ, vt Parmeñ. ⁊ Meliſ Dubitatio ſus ⁊ ad hoꝝ dñaz hęc ait, vt dicem⁹. ℂ Adhuc dubita bis, qa Demo. nõ videt̃ differre quo ad vacui poſitiõez ab Empedo. q poſuit poros, nã pori vacui ſunt, ⁊ vacuũ poſitum eſt. ℂ Rñdet Philoponus ꝙ differũt pori a va cuo, qm̃ q poros introducũt, vacuũ eē nõ dicebãt nec in tra, nec extra corpus nãle. Dicebãt eni corpora nãlia po roſa eſſe, veꝝ eoꝝ poros plenos eē aſſerebant aliq̃ cor pore, vtputa aere, aut aliquo tali. At Democritici ponẽ tes vacuum intra ⁊ extra naturalia corpora, illa non po nebant aliquo corpore plena. E

ℂ Quidam enim antiquorum opinati ſunt, ex neceſſitate ens vnũ eē ⁊ imobile. Tex. anti. cõmē. 159.

ℂ Antiquoꝝ ſane quibuſdam viſum erat de neceſſitate ens vnum eſſe, ⁊ imobile. Dilucida: te.c.eiuſdē.

ℂ Nũc (vt oēs ſentiũt) ꝑõnem narrat antiquoꝝ phoꝝ. Cõm. 159. Parmenidis. vz. ⁊ Melliſſi, q negauerũt entiũ diſtõnē, ⁊ omnia entia mundi poſuerunt vnum ens ⁊ imobile, ⁊ F ſic negant motum, ⁊ actionem ⁊ paſſionem, ⁊ cęteros id genus, ⁊ ſic apud eos occioſa eſt queſtio, de medio agẽdi, ſiue patiendi, quandoquidē nec ſit actio nec paſſio, nec motus aliquis, verbum / viſum erat / gręce eſt edoxe, qd̃ cum non ſonet latine / tranſtuli viſum erat.

ℂ Quia dixit Demo. pceſſiſſe per ꝑn^m nãle. ſ. plenum et Recognes motũ, oſtendit ꝯ Parme. pceſſiſſe p ꝑn^m in nãle nobis ignotũ ad ignotũ. Uolẽs eni mõſtrare Parme. ꝙ nõ ſit in reb⁹ plenitudo, neq; mot⁹, qd̃ eſt pugnare ꝯ ſenſum, ⁊ deſtruere euidẽtia, accepit, vt ꝓloquiũ ꝙ vacuũ non ſit, qd̃ quidē nõ eſt ſenſui manifeſtũ, ſed multis indiget de mõſtrationib⁹, hoc ſtãte deſtruit ꝑmo motũ ⁊ ꝓcedit p ſylm̃ h mõ. Si nõ eſt vacuũ nõ eſt motus, ſz nõ eſt va cuũ, vt p ꝓloquiũ pz. Ergo non eſt motus. in quo ſyllo ꝓ confeſſo accepit, vacuo nõ exiſtente, nõ eē motũ, qm̃ credebat p vacuũ tãtũmõ fieri motũ (inqt) Quidã eniz antiquoꝝ opinati ſunt ex neceſſitate ens vnũ eē ⁊ imo bile, ⁊ ſic negãt plenũ ⁊ motũ, tãgit aũt eoꝝ rõnē breui bus (⁊ inqt) Nã acceperũt tñq; ꝓloquiũ vacuũ eē non ens. Tũc dicebãt, nihil moueri poſſe nõ exñte vacuo ſe G parato. ſ. extra corpora nãlia, dixit aũt [vacuo ſeparato] qz in phyſicis dictũ eſt, apud eos, ꝙ vacuũ plenum ⁊ locus ſubiecto idē ſunt, rõne ꝟo differũt, nã ſpatiũ (vt ſpatiũ eſt locus) vt corpe priuatũ, eſt vacuũ, vt corpore plenũ, eſt plenũ. Uolebãt igit̃ ꝙ ſi nõ eſſet tale vacuũ ſeparatum a corpore, qd̃ põt aliqñ habere, aliquãdo carere corpore, nõ ſit motus, in hũc q̃ modũ ſuſtulerunt motũ. Pz q̃ ꝙ iſti duo textus nõ ſeorſuz, ſed ſimul legi debent.

ℂ Uacuũ eni eſſe non ens, moueri autez non poſſe non exiſtente vacuo ſeparato. Text. anti. qu⁹. c. 160.

ℂ Nam vacuum quidem nihil eſt, plenum enim tm̃ exiſtit, poteſt autem moueri nihil, niſi vacuum ſeparatum ſit. Dilucida: te.c.eiuſdē.

ℂ Pro illa poſitiõe arguit. ſi aliqd̃ mouet̃, opz vacuũ eē Cõm. 160. ſeparatũ a pleno. nõ enim põt corpus moueri in pleno, qz tũc eſſet penetratio. deſtruit ꝯñs. d. ſed vacuũ nõ eſt. igĩ nihil mouet̃, de rõne primo ponit deſtructionē ꝯñtis. d. Nã vacuuz qdez nihil eſt, plenũ eni tm̃ exiſtit, qa nihil H non plenum exiſtit, tunc ponit enthymema. d. põt autez moueri nihil, niſi vacuũ ſeparatum a pleno ſit, h rẽs 4⁹ auſcultatiõis phyſicę diſputata eſt, ideo nũc ſatis.

ℂ Neq; rurſus multa eſſe, non exiſtente ſe gregante. Text. anti. cõm. 161.

ℂ Itemq; plura non ſunt, cum non ſit di ſtinguens.

ℂ Scdo arguit. entia nõ ſunt plura. igĩ motus nõ eſt, te Cõm. 161. net enthymema, qa motus ſupponit diſtõnē iḡr mouẽs

I ⁊ motū, ⁊ īter terminū a quo, ⁊ terminū ad quē, añs probat, q̄a ablata cā diſtōnis, auferť diſtinctio, ſed diſtōnis cauſa eſt vacuū, q̄a tādiu res ſunt vnum, q̄diu inter eas nulla eſt vacuitas. q̄re ſi vacuū nō eſt, nec diſtō erit. q̄re omnia erunt vnum, quod erat antecedens.

Recognes ¶ Eodē mō deſtruit plenitudinē, nam (vt dicūt) ſi in rebus eſt diuiſio ⁊ rex dña eſt vacuū, ſolū enī vacuo exiſtente diuiſionē atq; rerū differētiā fieri dicūt. Sed nō eſt vacuū. ḡ nō eſt diuiſio. Et ſi nō eſt diuiſio, cōtinuum eſt oē, ⁊ vnū, in qua rōne p3, q̄ accepta obſcura ſūt. ſ. q̄ nō ſit vacuū, ⁊ q̄ ſi vacuū nō eſt, nō eſt diuiſio. hęc enī3 obſcura ſunt. Quę ℞o per hęc deducta ſunt, obſcuriora ſunt, nō oia eſſe vnū, ⁊ cōtinuū, obſcurius eſt. P3 ḡ quō Parme. ex pncipijs ignotis pceſſit. Quō ℞o Demo. ex nobis notis pceſſit, poſterius dicemus. In hūc modum

K Philoponus legit hos textus. In cōmentarijs ℞o non abſq; rōne aliter legunť. Fortaſſe enim Ari^{les} p hęc voluit dīe, q̄ ſm Parme. qō pꝑoſita fruſtra q̄riť, qm cū ſm ipm nō ſit motus, fruſtra q̄ritur quo mō ſit facere ⁊ pati. At Philoponus ipſe vult hęc eē iducta, vt oſtēdať differentia ſyllox, q̄bus Demo. ⁊ q̄bus Parme. pceſſerūt (ingt) Neq; rurſus diuiſio vel differētia, vel multa eē pñt, nō exiſtēte vacuo ſegregante inter illa. Et ſi non erūt multa, oia erūt vnū, ⁊ ſic tolliť plenū, nā plenū3 eſt illud qō h3 intra ſe corpus replēs. ḡ ſi non dantur multa, nō erūt plenū ⁊ replēs, ⁊ ita ſuſtulerūt plenū, ⁊ motū.

Tex. anti. com. 162. ¶ Hoc autē nihil differre ſiq̄s exiſtimet non cōtinuū eſſe oē, ſed tāgere diuiſim, ab eo qō eſt dicere fore multa / ⁊ nihil eſſe vacuū.

Dilucidat. te. c. eiuſdē. ¶ Refert aūt hoc nihil, ſiquis putet non continuū eſſe oē, ſed ſectū ꝯtiguum, apparentibus pluribus, ⁊ vacuum nihil eſſe.

L

Cōm. 162. ¶ Solueť forte quiſpiā q̄ vniuerſum ipm eſt ꝯtiguū ſectum, nō aūt ꝯtinuū, ⁊ hoc q̄a multa videnť eſſe. Contra obycit, q̄a ſi vacuū nō eſt, tātum eſt vniuerſu3 eſſe contiguum, quantum continuum in re ipſa, l3 voce differunt, ⁊ hoc quia, dempto vacuo, auferťur cauſa diſtinctionis, ⁊ ſic adhuc ſtat argumentum.

Recognes ¶ In commentarijs per pulchre hic locus intelligitur, et Philoponus non aliter exponit.

Tex. anti. com. 163. ¶ Si eni3 vbiq; diuiſibile, nihil eſſe vnum. quapp neq; multa, ſed vacuū oē. Si autem tu3 diuiſibile quidē, tu3 aūt nō, fictitium aliquid hoc vtiq; videri. quouſq; enim ⁊ propter quid ipſius totius hoc quide3 ita ſe haberet ⁊ plenū eſſet, hoc autem diuiſum.

M

Dilucidat. te. c. eiuſdē. ¶ Siquidem enim vndiq; diuiſum ſit, nihil erit vnū, quare nec plura, ſed vacuu3 erit totū, at ſi parte quidē ſic, parte ℞o non, figmēto ſimile videbitur, ad quantu3 enim vſq; ⁊ propter quid, ipſius totius hoc quide3 ſic ſe habet, ⁊ plenū eſt, illud ℞o diuiſum.

Cōm. 163. ¶ Cōtra miſſione3 dare obycit, q̄a aut vniuerſu3 ipm eſt vndiq; diuiſu3, aut nihil alicubi eſt diuiſu3, aut pte aliq̄ diuiſu3, pte aliqua nō diuiſu3, ſi vndiq; diuiſu3, nihil erit vnū, q̄a ſi alicubi vnū, nō vndiq; diuiſu3. Si nō eſt eius aliqō vnū, nec plura erūt, nā plura ſunt vnū ⁊ vnū, ſi nō plura, oē erit vacuū, q̄a nec vnu3, nec plura, at ſi nullibi diuiſum, totū erit plenū, ⁊ vnū, ⁊ habeť intētū. Si parte quidē vnū ſit, parte diuiſu3, h̄ videť voluntariū, q̄a nulla eſt cauſa, q̄re hoc ſit vnū ⁊ plenum. Illud diuiſum ⁊ vacuum, ⁊ ſic de rōne deſtruit primū, ⁊ tertiū datum, pretermittit aūt 2^{m}, q̄a eſt per ſe manifeſtū. ¶ Aduertēdu3 q̄ omne / qō grece pan dicitť, totū / qō enī apō eos olon, ⁊ ens, qō grece on dicitť, ⁊ vniuerſu3 ſiue mūdus ſiue oia entia, ſiue aggregatū ex oibus maximoca ſunt, apō Parmenidē ⁊ Meliſſum idē ipoztātia, ⁊ cū credidſerint diſtinctionem rerū eſſe internallū rei a re, internallum ℞o cenon ſiue vacuū quoddam videť, ſubtrahentes ab vniuerſo vacuum, ſubtraxerunt ⁊ internallum, ⁊ inde diſtinctionem, quo ſit vt omnia vnum plenum eſſe ens ⁊ immobile, quā rem latius alibi Ariſtoteles diſtinxit. N

Tex. anti. com. 164. ¶ Amplius autem ſimili modo neceſſarium eſſe non eſſe motionem.

Dilucidat. te. c. eiuſdē. ¶ Adhuc autem ſimiliter apparente, neceſſarium erit motum non eſſe.

Cōm. 164 ¶ Dici poſſunt duo ad argu^{m}, vel q̄ oia ſint plena, ſimiliter vel qō oia vacua, ꝯ arguit. d. Adhuc autē ſilr apparente vniuerſo, aut q̄ totū plenū, aut q̄ totū vacuum neceſſariū erit non eſſe motum. Si plenum quidē, patet q̄ non, aliter penetratio eēt, ſi vacuū ſit omne, tunc nec erit mouens, nec motum, q̄a vacuum omne, ⁊ ſic nec motus, hoc mihi videtur de textu. tu ℞o conſidera. O

Recognes ¶ Philoponus ſic legit. Amplius aūt ſilī mō Parme. loquit. Neceſſariū eē nō eſſe motū, quo dixit oia eē vnu3, qm nō exiſtēte vacuo, vtrūq; inulit, qm eni3 nō eſt vacuum, ⁊ rerū differētias, ⁊ motus ſuſtulit.

Tex. anti. cōm. 165. ¶ Ex his igiť ſermonib⁹ trāſcēdētes ſenſum ⁊ deſpicientes eum / ac ſi ꝯueniat rōnē ſequi, ipſum omne eē vnū / ⁊ imobile / ⁊ infinitum quoddam dicūt. finem enim finire vtiq; ad vacuu3. Hi ergo, ita ⁊ pꝑter has cauſas enūciauerunt de veritate. P

Dilucidat. te. c. eiuſdē. ¶ Ex his q̄dem igitur rationibus tāq̄ rationem ſequi deceat, quidam dicunt oē vnū eē ⁊ imobile ac infinitum, nam finitum in vacuum finiri putant. Hi quidem igitur ita, ⁊ has ob cauſas de veritate protulerunt.

Cōm. 165. ¶ Epilogat. d. ex his q̄dē igiť rōnibus, tāq̄ rōnē ſeq deceat q̄da3 dicunt omne ſiue vniuerſum vnū eē, ⁊ imobile, ac infinitū, cuius additionis cām ſubſcribit. d. nā finitū in vacuum finiri putant. Hęc illi de veritate.

Recognes ¶ Philoponus nō epilogū tm̄ hūc putat, ſed q̄ Ari^{les} increpet Parmenideos, q̄ putarūt nō oīno adhibere mente3 rerū euidētię, ſed ſolū ꝯtrię rōnū, qō quidem cu3 feciſſent, dixerunt omne eſſe vnu3 imobile, ⁊ infinitu3. nā dicunt finem corporis ad vacuum eſſe. Q

Tex. anti. cō. 166. ¶ Qm̄ aūt in ſermonibus q̄dem / videnť hęc ꝯtingere, in reb⁹ aūt demētię ſimile eſt opinari ita. nullus eni dementiū egrediť intātu3, vt ignē vnū eē exiſtimet ⁊ cryſtallū. ſ3 ſolu3 bona ⁊ apparētia pp aſſuetudinē, hęc q̄buſdā pp demētiā nihil videnť differre.

Dilucidat. te. c. eiuſdē. ¶ Qm̄ ℞o in verbis hęc accidere videnť, in rebus ℞o dementię ſile eſt ita credere (nullus eni demēs adeo delirare pōt, vt igne3 ⁊ glaciē vnū eē cēſeat. S3 ob ꝯſuetudinem ſolū q̄ apparēt, bona eē dicit) hęc in q̄buſdam

A ob dementiā, nihil differre videntur.

Com. 166. ¶ Nūc cōtra hāc poſitionē nihil arguit, ſed ſolū tāq̄ inſanā cōtendit. d. Quā v̄o in v̄bis hec accidere vident̄, q̄ dicūt. In reb⁹ v̄o ita credere eſt ſiḻe demētię, tūc lege ſuſpēſiue ſic, nullus eni demēs adeo delirare pōt ſubaudi, vt ignē ⁊ glaciē vnū eē cenſeat, ſed ob ꝯſuetudinē ſolum q̄ apparēt bona ⁊ nō ſunt, dicēt ſupple bona eē, nā luxurioſus ob ꝯſuetudinē luxurię luxuriā, q̄ eſt apparēs bonum, dicet bonū eē ſimplr, vinoſus ob ꝯſuetudinem, dicet bibere bonū ſimplr eē. Sic igitur nemo putabit vnū diuerſum eſſe idē alteri, niſi prauus. ꝙ ſi ita eſt, tūc hęc in quibuſdam ob demētiam nihil differre vident̄. Sic igitur hac oblocutione ſpreuit poſitionē illorum.

Recognes ¶ Nūc qualis ſit Parme. opio oſtēdit, ⁊ vtit̄ motata pſuaſione, qua aduerſarios oſtēdit eē inſanos, ⁊ ſe eē probuꝫ in aſſerēdo oppoſitū (⁊ inq̄t) Quā aūt in ſermonib⁹
B quidē vident̄ hęc ꝯtingere. ſ. ꝙ oē ſit vnū, ⁊ infinitū, ⁊ imobile, dico in ſermonib⁹ /hoc eſt quātū eſt ex ſermonū ſequela, ⁊ ex pſuaſione argumētoꝝ. In reb⁹ aūt demētię ſimile eſt opinari ita, imo eſt pluſq̄ demencia ſic dicere, nullus eni demētiū egredit̄ intm̄, vt ignē vnuꝫ eſſe exiſtimet ⁊ cryſtallū ſiue glaciē. Sꝫ ſolū (vt inq̄t) bona vera ⁊ apparētia bona vident̄ eadē pp̄ aſſuetudinem q̄ aliq̄s aſſueſcit in libidine ⁊ voluptate. Hec v̄o. ſ. glacieꝫ ⁊ ignē eē eadē, ⁊ nihil differre, pp̄ demētiā vident̄.

Tex. anti. comē. 167. ¶ Leucippus autē exiſtimauit hēe ſermōes, qui ad ſenſuꝫ ꝯfeſſa dicētes nō ōſtruēt neq̄ꝫ generationē neq̄ꝫ corruptionē neq̄ꝫ motū ⁊ multitudinē entiū. Cōfeſſa aūt dicens, ea quidē apparētib⁹. Cōſtruentib⁹ aūt vnū/ vt nō
C exiſtētē motionē ſi nō ſit vacuū, vacuūq̄ꝫ nō ens/ ⁊ entis nihil nō ens inq̄t eē. pricipalr̄. n. ens, plenū eē ens. Sꝫ eē tale nō vnū, ſed infinita multitudine ⁊ inuiſibilia pp̄ puitatē tumoꝝ. Hęc aūt in vacuo ferri. vacuū eni eē. Et ꝯſtātia quidem gn̄ationē facere, diſſoluta aūt corruptionē. Facere auteꝫ ⁊ pati ſm̄ ꝙ exiſtūt tāgētia. ſm̄ eni id, nō vnum eſſe.

dilucida. tex. eiuſdē. ¶ Leucippus aūt reputatur habere rōnes, q̄ ad ſenſuꝫ ꝯformia dicētes, neq̄ꝫ gn̄ationem tollāt, neq̄ꝫ corruptionē, neq̄ꝫ motū, neq̄ꝫ entiuꝫ multitudinē, ꝓfitebat̄ aūt hęc quidem, quibuſdā apparētibus, vnuꝫ tn̄ ꝯſtituentib⁹, ac ſi motus minime ſit abſq̄ꝫ vacuo, ⁊ vacuuꝫ ipm̄ nō ens, taleq̄ꝫ nō ens nihil ipſi⁹ entis eē
D dicit. Nā qḋ principalr̄ ens eſt, plenuꝫ eſt, lꝫ neq̄ꝫ tale vnuꝫ ſit. Immo multitudine infinita, paruitate quoq̄ꝫ molis inuiſibilia, ferunt̄ aūt hęc in vacuo, nam vacuū eſt, quęq̄ꝫ cōſtantia generationeꝫ faciunt, diſſūcta v̄o, corruptionē. actionē quoq̄ꝫ ⁊ paſſionē quatenus ꝯtigua ſunt, qua ratione nō vnum ſunt.

Comē. 167 ¶ Laboraui textū hūc ad linguā nr̄am reducere, ⁊ vt intā ipſius ſenſuꝫ verū pceperis, vbi eni grecā ſeriem ſeruaſſem, textū iſtū in latinū verſuꝫ, nō feciſſem intelligibileꝫ, vt v̄o ſingula v̄ba pateāt, dicamus ꝙ Ariſto^les^ cōparat poſitionē Leucippi ad illā Parmenidis ⁊ Meliſſi, ⁊ narrat oia, quę Leucippus aſſeruit, quibus expoſitis, pꝫ quātuꝫ differt poſitio Leucippi ab illa Parme. (inq̄t) Leucippus aūt reputat̄ hēe rōnes, q̄ ad ſenſuꝫ ꝯformia dicētes, neq̄ꝫ gn̄ationē tollāt, neq̄ꝫ corruptionē, neq̄ꝫ motuꝫ, neq̄ꝫ entiū multitudinem. Subaudi tn̄. Sꝫ ꝯ hęc dicunt Parmenides ⁊ Meliſſus, q̄ ſermones tales aſſerūt, vt per ipſos ſenſib⁹ aduerſent̄, ⁊ motus hos oēs cogent̄ negare. Hęc eſt pͥma differētia. verbuꝫ illud cōformia. grece eſt omologumena, latine ꝯfeſſa, ſiue ꝯſitentia, clarius ꝯformia. Deinde ſequēdo poſitioneꝫ illius, ponit fundamentū, quo hęc ⁊ alia dixit. Ubi eſt aduertendū Leucippū poſuiſſe corpora indiuidua, quę grece atoma, ſiue indiuidua latine/ ſiue minima dicunt̄, hęcq̄ꝫ appere mota in vacuo, qḋ eſſe ꝓfitet̄ vt ſaluet motū, q̄ cōpoſitione ⁊ diſſolutiōe gn̄ant ⁊ corrūpunt (inquit) Profitebat̄ aūt hęc quibuſdā apparētibus. vꝫ. atomis quę in vacuo moueri

E

viſuntur, vnum tamen conſtituentibus, nam ꝯgregatione vnum agunt, ſegregatione multitudineꝫ, q̄ hęc moueri in vacuo Leucippus dixit, aſſerit nūc Ariſto^les^ q̄ſi cauſam. d. ac ſi motus minime ſit abſq̄ꝫ vacuo, vel iuxta grecū, tāq̄ motuꝫ nō exiſtem abſq̄ꝫ vacuo ꝓfitea̅t ſubaudi. Hęc de atomis. Quale vacuū apud illū ſit, ſubſcribit. d. ⁊ vacuū ipm̄ non ens, taleq̄ꝫ non ens nihil ipſi⁹ entis eſſe dicit. Sic igit̄ vacuuꝫ nec eſt ens, nec pars entis, exponit quid vocant ens. d. nā qḋ principalr̄ ens eſt, plenū eſt, ⁊ ſic vacuꝫ ad hunc ſenſuꝫ ait non eē ens, nec partem entis, pro quāto nec eſt plenū, nec pars pleni, qḋ pͥmarie ens dicit̄. ecce ſecūdā dr̄iam, ꝙ. vꝫ. Leucippus ponit atoma moueri, ſed in vacuo, credēs motū effici non poſſe, niſi in vacuo, qḋ etiā Parmenides ait. tūc quale plenuꝫ illud hoc eſt q̄ atoma illa ſint, q̄ plenū eſſe tn̄ aſſerit, exponit. d. lꝫ. vel iuxta grecū, ſed eē tale nō vnum, ſubaudi dicit, ego tranſtuli, lꝫ tale nō vnū ſit, vt. vꝫ. lectio facilius caperetur, imo vel/ ſed multitudine infinita, puitate molis ſiue magnitudinū inuiſilia, hęc aūt, in vacuo ferri ſubaudi dicit. aut vt trāſtuli, hęc aūt ferantur in vacuo. Uacuū eni eſſe ſubaudi dicit, vel vt trāſtuli, nā vacuū eſt, ⁊ dicit ſupple ꝯſtātia ac cōgregata facere gn̄ationē, diſſoluta v̄o corruptionē, vt ſermo clarior eēt ſic feci, quęq̄ꝫ cōſtantia gn̄ationē faciant diſſūcta corruptionē, ſic igit̄ apud Leucippū oē qḋ eſt, aut plenū, aut vacuū eſt, totū eſt vacuuꝫ pͭer atoma, aut pͭer facta ex eis. Nā congregatione plenū fit ex plenis. diſſolutione plenum in plena diſſoluit̄, ⁊ in vacuo mouent̄, deide quo mō actio ⁊ paſſio fiāt, ſubdit. d. actionē quoq̄ꝫ ⁊ paſſioneꝫ dici effici ab illis quatenus ꝯtigua ſunt, qua rōne non vnū ſunt, grece ſic eſt, agere aūt ⁊ pati, quatenus ſunt ꝯtigua, ſic eni non vnū eē ſubaudi dicit. Ecce igit̄ 3us quo mō Leucippus cōcedit actionē ⁊ paſſioneꝫ, differt igit̄ Leucippus a Parmenide in trib⁹. Primo/ q̄a pceſſit rōnib⁹ ſenſib⁹ cōformib⁹, qḋ nō fecit Parmenides. Scḋo/ q̄a diuiſit ens in

F

G

plenū ⁊ vacuū, dicēs totū eē vacuum pͭer atoma, ⁊ pręterea, q̄ ex illis ſunt, addens plena illa moueri in vacuo. Tertio/ q̄a ſaluauit gn̄ationem ⁊ corruptionem, ⁊ actionem ⁊ paſſionem, quas non ſaluat Parmenides, volui hunc textum ſic exponere, propter difficultatem maximam, ⁊ tu ſi melius ſentis, ſcribas.

H

Recognes ¶ Hic narrat opionem Democriti ⁊ Leucippi/ q̄ poſuit vacuū ⁊ plenū, plenuꝫ appellās atomos, ⁊ quicquid ex illis ꝯficit̄, vacuuꝫ appellās ſpatium, in quo atomi decurrūt anteq̄ in rerū cōpōnes veniāt. Quo eni ꝯceſſit atomos ſiue plenū, oēs motus ſaluare potuit, ⁊ ipm̄ facere, ⁊ pati, nā atomi, quo ꝯgregant̄, gn̄atio miſti fit, quo ſegregātur, fit corruptio, quo ab extrinſeco alterante atomi exiſtēs in miſto mutāt ordinē, aut figuraꝫ, fit alteratio atq̄ facere ⁊ pati, quo addūtur miſto, fit auctio, quo ſubtra-

I bunt̃, ſic diminutio, ⁊ ſic Democritus ⁊ Leucippus po-
nentes vacuū ⁊ plenū, hoc eſt atomos, vel atomatū, oēs
motus ſaluare potuerūt. Poſuerūt enī plenū, hoc ē ato-
mos tāq̃ p̄n^m principale ⁊ ꝑ ſe mãle rerū. Uacuū autē
tāq̃ neceſſariū, in quo ↄtineret̃ ipm plenū, ħ eſt atomi.
Quo ꝟo mō ſyllogiſauerūt vacuū, Ari^{les} dicit, eos ꝓ-
baſſe vacuū ex his, q̄ ꝑ ſe nota ſunt hoc pacto. ſi eſt diui
ſio, ħ eſt miſtoꝝ differētia, ⁊ plenitudo, hoc eſt atomi, ⁊
atomatū, ⁊ motus, neceſſe eſt vacuū eē, qꝛ (vt Parme-
nides dicebat) hęc eē nō pñt niſi exiſte vacuo, quoniã
Demo. credidit cū Parme. atomoꝝ ⁊ atomatoꝝ diffe-
rētias eē nō poſſe, niſi interſit vacuū, quo differãt. Rur
ſus credidit nō poſſe eē motū, niſi vacuum ſit, ꝑ qđ ſie
ret. ℂ P. Credidit nō poſſe eſſe plenitudinē, ħ eſt ato-
mos, ⁊ atomata, niſi ſit vacuū, in quo vt in loco eſſent, ⁊
K ſic quātū ad ↄtrię conceſſionē Demo. cū Parme. cōue-
nire videt̃. Differt tñ, qꝛ quę Democritus vt ꝓloga ſu-
mit, ſunt ꝑ ſe nota, eſſe enī mo tū, eſſe plenū, ⁊ eē diuiſio
nē ac rerū differētiaſ, ꝑ ſe nota ſunt, ⁊ ſic ex ꝑ ſe notis i-
tulit imanifeſta. Parme. aūt ex dubijs cōcluſit imanife-
ſta. Hęc de diis hoꝝ (inqꝛ) Leucippus aūt exiſtimauit
hic ſermones, q accipiētes ad ſenſū ↄfeſſa, ↄcludunt va
cuū ⁊ plenū eē, plenū qdē atomos, vacuū ꝟo ſpatiū,
per qđ atomi vagant̃, ⁊ ſic nō deſtruent neq̃ gñatiōes,
cum illa ſit atomoꝝ ↄgregatione, neq̃ corruptionē, cū
ſit atomoꝝ ſegregatione, neq̃ motū hoc eſt alteratio-
nem, ⁊ auctionē, ⁊ facere ⁊ pati, neq̃ deſtruere multitu-
dinē entiū, ac coꝝ diuiſionē ⁊ differētiā. Exponit autē
quę ſint illa ↄfeſſa, ꝑ quę vacuū itroduxit (⁊ inqꝛ) Cōfeſ-
ſa aūt dicens ea qdē, q̄ ↄueniūt apparētib^9, vt φ motus
ſit, ⁊ plenitudo, ⁊ diuiſio reꝝ, hęc enī tāq̃ ꝑ ſe nota ꝓlo-
L quia fecit, ex qb^9 ītulit eē vacuū. Facnis aūt eſt hic ſyl-
logiſmus ipſis ↄſtruētibus vnū. ſ. ↄceſſionē Parme. ſ. φ
nō ſit motus, niſi ſit vacuū, eſt ḡ ſi motus eſt, vacuū eſt.
Uacuū aūt dicebāt nō ens, nō ſic nō ens, φ nihil ſit, ſed
qꝛ nihil eſt atomata entis, qꝛ plenū dixit eē p̄ncipalr
ens, hoc eſt atomos, quoniã ſolū ex atomis voluit fieri
vnūquodq̃ miſtū. Et dixit plenū non vnū, ſed atomos
infinitos multitudie, inuiſibiles ꝟo ob tumoꝝ ac corpo
reitatū paruitatē, ⁊ ſic ꝑ plenū, atomos itellexit, q̊s ferri
Atr Demo. poſuit vacuū innatum. per vacuū dixit, qꝛ vacuū eſt per qđ ferunt̃. ℂ Quęres
verū Demo. ⁊ Leucip. poſuerint vacuū itra corp^9 ato-
matū. Ari^{les} videt̃ dicere, φ nō poſuit vacuū, niſi ſepa-
ratū ꝑ qđ voluerūt, vt atomi defluerēt. Alij dixerunt ēt
voluiſſe dari vacuū inatū inter atomos, cui^9 Ariſto^{les} nō
meminit, qꝛ ex eo nō fiūt p̄ncipalr atomata apđ Demo.
⁊ Leucip. ⁊ hęc eſt intētio Philoponi. Tūc oſtēdit, quo
ſaluent Demo. ⁊ Leucippus mot^9 (⁊ inqꝛ) Et atomi q̄-
M dem ↄſtātes faciūt gñationē, diſſoluti ꝟo corruptionē;
dicūt ꝟo facere ⁊ pati atomi inter ſe, quo in vacuo ſe tā-
gunt, qꝛ vt ſic atomi nō ſunt vnū. Atomatū ēt pati pōt
ab extrinſeco alterāte, q̄tenus ab illo tāgit̃, ⁊ in atomis,
ex qbus cōponit̃, euariat̃ (vt dcm̄ eſt) ⁊ dicit Philopo-
nus, φ Demo. cū dixit atomos ſe in vacuo tāgere, nō lo
cutus eſt de tactu phyſico ⁊ ꝓprio, ſed de tactu, q̄ illa ſūt
ſimul. Hęc de poſitione Demo. ⁊ Leucippi.

Tex. anti. cōmē. 168. ℂ Et cōpoſita ⁊ cōplicata, gñare. Ex vno au
tem ſm veritatē non vtiq̃ gñari multitudi-
nē. neq̃ ex vere multis, vnū. ſed eē hoc ipoſ
ſibile. Sꝫ (vt Empedocles ⁊ alioꝝ aliqui in
quiūt) pati per poros, ita ⁊ oēm alteratiōē
⁊ oē pati hoc mō gñari ꝑ vacuū facta diſſo-
lutione ⁊ corruptione. ſimiliter autem ⁊ au-
gumentatione, ſubintrantibus ſolidis.

N Diluci de te. c. ciuſdē. ℂ Et lꝫ cōpoſita ⁊ cōbinata generēt dicat, nō
tñ ex vno ſm veritatē, plura gñari nec cōtra
ex vere plurib^9 vnū, ſꝫ illud ipoſe eē ꝓfitet̃.
Immo (quemadmodū Empedocles, ⁊ alij
qnidã dicunt) per meatus paſſionē effici,
ſic alterationem omnem, omnemq̃ paſſio-
nem per vacuū fieri hoc modo diſſolutio-
ne ⁊ corruptione factis. Similiter autē au-
ctionem quibuſdam ſubeuntibus.

Cōm. 168. ℂ Hęc haetenus de poſitiōe Democriti, nūc quale ſit ge
nitū, qualeue miſtū, explicat. d. Et lꝫ cōpoſita cōbinata
O gñare ſubaudi in gręco dicat, nō tñ ex vno ſm veritatē,
plura gñari, nec ↄ ex vere pluribus vnū, ſed illud ipoſe
eſſe ſubaudi in gręco ꝓfitet̃, ex vno qdē non plura fiūt,
qꝛ ex indiuiduo ⁊ minimo nō pōt per diuiſionem effici
multitudo. Ex plurib^9 ꝟo vnū non pōt eſſe, qꝛ reſultās
ↄgregatione vnū erit. Immo (quēadmodum Empedo
cles, ⁊ alij qdā dicūt) per meat^9 paſſionē effici, ſic Leu-
cippus dicit fieri oēm alterationē, oēmq̃ paſſionem ꝑ
vacuū, hoc mō. vꝫ. diſſolōne ⁊ corruptione facta. Silr
autē auctionē qbuſdā ſubeuntib^9. ℂ Aiaduerte φ Em-
pedocles ait alterationē, paſſionē, ⁊ auctionē, per meat^9
ipſos effici, poſuit enī agens igredi poros ſiue meatus, ⁊
alterare, augere, ⁊ diminuere, quo ēt mō Leucippus ait
gñationem ⁊ corruptionē effici per vacuū, hoc eſt facta
diſſolōne ⁊ corruptione in vacuo. Silr auctionem ꝑ va-
cuū effici dicit, cum corpora atoma ſubingredi vacua ꝓ-
P Recognes fitebatur, ⁊ ſic eiuſmodi poſitiones affines ſunt.
ℂ Si nō eſt ſuperfluus Ari^{les}, opꝫ dicere φ exponat qđ di
xit, declarauit enī quo mō atomi faciūt oēs trāſmutatio
nes, nunc exponit hęc q̄ dixit, ⁊ poſſunt vno mō ꝟba le-
gi, vt in cōmētarijs legimus. ſupplēdo vnū verbū cōti-
nuatiuū hoc pacto, ⁊ cōpoſita, ⁊ cōplicata, hoc eſt q̄uis
atomi cōpoſiti ⁊ cōplicati dicant̃ gñare, ex vna tñ ato-
mo ſm veritatē nō vtiq̃ ↄtingit generari multitudinē,
hoc eſt atomatū aliqđ, neq̃ ↄtra ex vere multis, hoc eſt
nec cōtra ex atomato, qđ eſt multi atomi collectiue, cō-
tingit gñari vnū, vel vnā atomū. Sꝫ hoc ↄtingit eē ipoſ
ſibile, quare ex multis atomis vnū atomatum, ⁊ ex vno
atomato fieri multas atomos neceſſe eſt. Uel pōt legi
autē ꝑ enī, hoc pacto ⁊ atomi cōpoſitę ⁊ cōplicatę dicū-
tur gñare. q. d. Dico aūt atomos cōpoſitas ⁊ cōplicatas
generare, nā ex vna ſm veritatē nō ↄtingit fieri multi-
Q tudinē, ħ eſt atomatū, ſicut nec ecōtrario, ⁊ hęc expoſi-
tio magis mihi placet. Cōparat aūt poſitionem hāc De-
mocriti ad illā Empe. ħ pacto, ⁊ vt Empe. ⁊ alioꝝ al' q̄
inquiūt pati ꝑ poros. ſ. ꝓxima faciēte illos ingrediente,
ita ⁊ oēm alterationē, ⁊ oē pati dicit Demo. fieri ꝑ va-
cuū, nā cū atomi diſſoluunt̃, ⁊ ponunt̃ in vacuo, ↄtingit
illos pati inuicē, ⁊ alterari, quando ꝟo ſunt in atomato,
paſſio ⁊ alteratio fit ab extrinſeco alterāte ꝑmutāte ato
moꝝ ordinē, vel figurā. Aliud enim eſt pati atomoꝝ, ⁊
aliud atomati, atomatū enī patit̃ extrinſeco alterante, ⁊
ordinē atomoꝝ mutāte. atomi ꝟo patiunt̃, ⁊ alterantur
inuicē ꝑ ꝑ vacuū facta atomati corruptiōe, ⁊ diſſolōne,
nā tūc vagantes ꝑ vacuū, ↄtingit inuicē pati, ⁊ alterari,
⁊ rurſus miſceri, atq̃ venire ad cōpoſitionē. Dicunt ēt
Demo. ⁊ Leucippus fieri ⁊ augumētationē ſubintrāti-
bus atomis in poros atomati, ⁊ in hoc dare videt̃ Ari^{les}
de mēte Democriti poros, nō tñ ſicut Empe. nā Empe.
illos dedit aere, vel aliquo tali corpore repletos. Demo.

A poſuit illos vacuos,nulloq; corpore repletos.

Tex.anti. comẽ.169. ¶ Fere aũt ⁊ Empedoclẽ neceſſe eſt dicere, vt ⁊ Leucippus inq̃t.eſſe eñi quędam ſolida,indiuiſibilia,aut ſi non vbiq; pori ꝯtinui ſunt,hoc aũt ĩpoſſibile eſt.nihil eñi aliud ſolidũ erit p̃ter poros,ſʒ oẽ vacuũ. Neceſſe eſt igit̃,tãgẽtia q̃dẽ eẽ ĩdiuiſibilia,media aũt eorũ vacua/quos ille dicit poros. Ita autem ⁊ Leucippus dicit de ipſo facere ⁊ pati.

Dilucida: te.c.eiuſdẽ. ¶ Empedocli itaq; fere neceſſariũ eſt dicere,quẽadmodũ Leucippus ait,eſſe eñi ſolida ĩdiuiduа,tñ niſi vbiq; meatus ſint continui,q̃ ĩpoſſibile eſt,nihil eñi ſolidũ eẽt p̃ter meat⁹ipſos. Immo vacuũ oẽ,neceſſe igitur

B erit ĩdiuidua ĩpa ꝯtigua q̃dem eẽ,media ṽo eoꝝ vacua,quos ille meat⁹ vocat. Sic itaq; Leucippus ⁊ de actione,⁊ paſſiõe ſcribit.

Com.169. ¶ Declarauit Leucippũ cogi dicere de vacuo,quę dixit Empedocles,nũc cõtra declarat Empedoclẽ cogi dicere ĩdiuidua ſolida,q̃ ponit Leucippus,q̃ſi ſit agẽs inter meatus,quos conceſſit Empedocles,vel interponit ſolida ligamenta,aut nihil. Si nihil,totum erit vacuum,ſi aliqua,tunc habetur propoſitũ,quę dicit patent. ¶ Animaduerte tamẽ,q̃ hęc non dicit Empedocles,ſed cogit̃ dicere,propterea dixit fere neceſſarium eſt ⁊c̃.

Recognes ¶ Cũ poſuit differẽtiã inter poſitionẽ Empe. ⁊ Democriti,nunc(vt Philoponus inq̃t)reducit poſitionẽ Empe. ad illã Democriti,⁊ oſtẽdit,q̃ ſi,dent̃ pori,opʒ ponere ſolida ĩdiuiſibilia,q̃ poros ꝯtineant,alioq̃n corpus eſſet totũ porus. vñ inq̃t. Fere aũt ⁊ Empe.neceſſe eſt dicere,

C vt ⁊ Leucippus inq̃t. Dixit fere,q̃ñ Empe.ponens poros,eos repletos aſſeruit,tñ cogit̃ ponere ſolidã ĩdiuiſibilia,quaſi ligãtia poros,⁊ hoc inq̃t. Nã neceſſe eſt eẽ ſolida,indiuiſibilia aũt.ſi nõ vbiq; pori cõtinui quaſi vn⁹ porus ſit. Hoc aũt inq̃t,eſt ĩpoẽ,q̃ñ nihil aliud erit ſolidũ/hoc eſt corpus nãle p̃ter poros,imo oẽ erit vacuũ, qð cũ ſit abſurdũ apud ip̃m,neceſſe eſt tãgẽtia q̃dẽ poros eẽ indiuiſibilia,media aũt eoꝝ eſſe vacua,quos ille dicit poros,ita aũt ⁊ Leucippus dicit de facere ⁊ pati.ſ. quãdo atomatũ patit̃ ab extrinſeco faciente,ſicut dicit Empedocles. Quare concordãt q̃ñ ambo dicũt ſolida. Ampli⁹ambo pati fieri dicũt ꝑ ingreſſuʒ agẽtis ꝓximi, loquoꝛ de pati atomati,nõ aũt de pati atomoꝝ.

Tex.anti. comẽ.170. ¶ Modi igit̃ ſm quos h̃ q̃dẽ faciũt,hęc aũt

D patiunt̃,fere hi dicũtur. ⁊ de his quidem/⁊ quo modo dicunt,manifeſtum eſt.

Dilucida: te.c.eiuſdẽ. ¶ Modi quidem igitur per quos hęc q̃dem agunt,illa ṽo patiuntur,fere tot dicuntur,⁊ de his quo modo dicunt.patet.

Cõm .170. ¶ Nũc epilogat,dixit tñ tot eſſe fere,q̃a forte plures alij ſunt,⁊ minus famoſi,qui nõ erant digni mentione.

Recognes ¶ Epilogat,⁊ duo facit.p̃mo epilogat poſitiones,ſecũdo epilogat comparationem poſitionũ.ibi ſc̃bã Et ad eoꝝ poſitiones ⁊c̃ ſic exponit Philoponus.

Tex.anti. cõm.171. ¶ Et ad eoꝝ poſitiones q̃bus vtunt̃, fere cõfeſſe videt̃ ꝯtigere,alijs aũt/minus. ṽbi grã. Empedocli quo mõ erit gñatio ⁊ corruptio ⁊ alteratio,nõ eſt manifeſtũ. His eñi ſunt indiuiſibilia,prima corpoꝝ/formis differentia ſolũ,ex q̃bus primis cõponunt̃/⁊ in q̃ vltima diſſoluunt̃. Empedocli aũt,alia quidẽ manifeſtũ eſt q̃ vſq; ad elemẽta hñt generationẽ ⁊ corruptionẽ. Ipſoꝝ ṽo hoꝝ quo modo generat̃ ⁊ corrũpit̃ coacervata q̃ñtitas,nec manifeſtũ eſt,nec ꝯtigit dicere ei/nõ dicẽti ⁊ ipſius ignis elementum eſſe. E

Dilucida: te.c.eiuſdẽ. ¶ Et ad eoꝝ poſitiones,q̃bus vtunt̃ fere illõ videt̃ ꝯtingens,alijs ṽo minus,veluti Empedocli corruptio ⁊ alteratio nõ patẽt. Nãʒ

F his corpora ĩdiuidua erãt prima corpoꝝ figura differẽtia tñ,ex q̃bus primũ generant̃, ⁊ in q̃ vltimo diſſoluunt̃. Empedocli autẽ alia q̃dẽ pʒ,q̃ vſq; ad elemẽta hñt gñationẽ ⁊ corruptionẽ,ipſoꝝ aũt talium,quo mõ generet̃ ⁊ corrũpat̃ coadunata magnitudo, neq; manifeſtum,neq; ſibi competit dicere, nõ dicenti etiã ipſius ignis elementum eſſe.

Com.171. ¶ Leucippus quãtũ ad ea,q̃ clare dicit.illud cõtigẽs.vʒ. q̃ motus oĩs ſit.ꝓcedit.at Empedocles,quantũ ad ea,q̃ explicite ꝓtulit,nõ dicit illud ꝯtingẽs,ſʒ hñ ſequit̃.⁊ ſic Ari^les quaſi videt̃ iter eos diãm quãdã colligere. Hoc ꝓponit.o.⁊ ad eoꝝ.ſ. Leucippi ⁊ Democriti poſitiões, q̃bus explicite vtunt̃,illud fere videt̃ ꝯtingẽs,qð dictũ eſt,dixit fere,q̃a etiã ipſe adijcit q̃daʒ quę nõ explicauit Democritus,vel dixit fere,q̃a plura alia ſequunt̃. Alijs ṽo illud cõtingẽs videt̃ min⁹,veluti Empedocli corru-

G ptio ⁊ alteratio nõ patẽt. Cuius rei explanationẽ ſubſcribit.o. Nã his Democriticis ⁊ Leucippicis corpora ĩdiuidua erãt prima corpoꝝ figura tñ diña,ex q̃b⁹ oĩa primum gñant̃,⁊ in q̃ vltimo diſſoluunt̃. Empedocli autẽ q̃ alia habeãt gñationẽ ⁊ corruptionẽ exceptis elementis,pʒ. Ipſoꝝ autẽ elemẽtoꝝ taliũ,q̃uo generet̃, ⁊ corrũpat̃ coadunata magnitudo,neq; manifeſtũ,neq; ſibi cõpetit dicere niſi aſſerat ipſi⁹ ignis eẽ elemẽtũ,⁊ cęterorũ ſilr. Sic igit̃ Leucippus ⁊ Democritus manifeſte põt oĩuʒ aſſignare cãʒ,nã oẽ ens vel eſt factũ ab atomis,aut atoma ĩgñabilia,at Empedocles ⁊ ſi ſaluet gñationem miſtoꝝ,gñationẽ elemẽtoꝝ nõ vĩ ſaluare,niſi aut dicat illoꝝ eſſe elemẽta,aut nõ gñari cõtra ſenſum.

Recognes ¶ Epilogat nũc cõparationeʒ poſitionum,⁊ acceptat(vt Philoponus inq̃t)magis poſitionẽ Democriti q̃ illaʒ Empe.nam Demo.fecit talia p̃ncipia,q̃ ſibi ſuffecerunt

H ad oẽs motus.at Empe.ꝑ eius p̃ncipia oẽs mot⁹ſaluare nõ põt. Dicens eñi q̃ elñta ſint ĩpaſſibilia,⁊ q̃ paſſiones ſint eoꝝ differẽtię,alterationẽ elemẽtoꝝ vel miſtorũ ſaluare nõ põt,elemẽtoꝝ q̃dẽ nõ,q̃ñ ĩpaſſibilia ſunt ſm eoꝝ paſſiones,miſtoꝝ minime,q̃a miſta nõ alterãtur,elñtis exiſtẽtib⁹ inalterabilib⁹. Amplius dicens elñta impaſſibilia ⁊ ſm ſubãm,⁊ ſm paſſiões,gñationem miſtoꝝ ſaluare põt,dicẽdo illam fieri elñtoꝝ ꝯcretiõe. At gñationẽ ipſoꝝ elñtoꝝ facere non põt,q̃ñ nõ ſupponit ipſis elemẽtis aliqua ſimpliciora,ꝑ q̃ elñta gñari,⁊ corrumpi poſſint. At Democritici poſſunt gñationẽ vtrãq; ſaluare,q̃ñ poſſũt dicere miſta fieri ex q̃tuoꝛ elñtis,elemẽta ṽo generari ex atomis illis prioribus. Ampli⁹ſaluare poſſunt alterationẽ.ſ.atomoꝝ trãſpõne,vel trãſfiguratiõe. Dicẽtes eñi atomos ĩpaſſibiles,ipſaꝝ põne,⁊ trãſformatione paſſiões fieri dicere vident̃. Patet igit̃

I duos eſſe modos qbus fit pati, qm aut p poros, aut per vacuũ (inqt) Et ad eoꝝ poſitiones, ꝟ eſt ad eoꝝ Democriticoꝝ ſuppõnes, qbus vtunt̃, fere videt̃ ꝯtingere, qđ dicũt de facere ⁊ pati, ⁊ de alijs motib⁹, nã ponẽtes atomos oĩa ſaluare poſſunt. Alijs ꝟo. ſ. Empedocleis videtur minus ſeq, qđ dicũt de facere ⁊ pati, ⁊ de alijs motibus. Nã (vt inqt) his. ſ. Democriticis pma corpoꝝ ſunt indiuiſibilia ac atomi, formis dñia ſolum, ex qb⁹ tãq̃ ex primis pncipijs cõponunt̃, q̃ fiunt, ⁊ in q̃ vltima diſſoluunt̃ q̃ corrũpunt̃, ⁊ ſic poſſunt ſaluare gñationem ⁊ corruptionem tã miſtoꝝ q̃ elñtoꝝ. Empedocli aũt alia qdẽ. ſ. miſta manifeſtũ eſt, ꝙ hñt gñationez ⁊ corruptionẽ vſq; ad elemẽta excluſiue, ipſoꝝ ꝟo elemẽtoꝝ quõ generat̃ ⁊ corrumpitur coaceruata magnitudo, ꝟ eſt (vt Philoponus inqt) quõ augetur ⁊ accumuletur aq̃ ex pluuia, aut aer ex aq̃, quę euaporat, aut ignis ex mã iflãmata,
K neq; manifeſtũ eſt, neq; ꝯtingit dicere non dicenti, et ipſius ignis elementum eſſe eo prius.

Tex. anti. com. 172. ℭ Similiter autem ⁊ aliorum omniũ, vt in Timęo ſcripſit Plato.

Dilucida: te. c. eiuſdẽ. ℭ Similiter autem ⁊ aliorum omnium veluti in Timęo ſcripſit Plato.

Cõm. 172. ℭ Poteſt legi ſic. Silr autẽ ⁊ alioꝝ oĩuz hoc eſt cęteroꝝ elemẽtoꝝ, nõ poſuit principia priora, ⁊ ſic nõ potuit ſaluare ipſoꝝ gñationẽ, veluti Plato ipſoꝝ gñationẽ ſcripſit in Timęo, ſaluãs illã per reductionẽ ad planities et indiuidua. Quib⁹ in ꝟbis recentiores colligũt inter Platonem ⁊ Democritũ cõuenientiam, nam ambo elemẽta ex idiuiduis fieri ⁊ ad idiuidua reſolui cõcedunt.

Recogñes ℭ Iſte textus dz legi cõtinuus pcedenti, vt Philoponus legit hoc pacto, nec ꝯtingit dicere ei, nõ dicenti ⁊ ipſius ignis elemẽtũ eẽ. Silr aũt ⁊ alioꝝ oĩum. ſ. aeris aquę ⁊
L terrę, nõ ꝯtingit gñationẽ dicere, nõ dicẽti eoꝝ eſſe elemẽtũ, vt in Timęo ſcripſit Plato. Ubi dicit q̃tuor elemẽtoꝝ, elemẽta eẽ plana, q̃ ſunt trigona, ęqlatera, ⁊ rectangula pyramidẽ ꝟo nõ elementuz ignis dixit, ſed ſemen, eodẽ mõ ⁊ terrę cubũ, ⁊ alioꝝ ſimilr, aq̃ qdẽ octocedrum, aeri ꝟo exocedrũ, ⁊ dicẽs plana eẽ elñta quatuor corpoꝝ, idiuiſibilia dixit, nõ vlterius eniz diuidi ꝟ in alia principaliora aſſeruit. Et ſic Plato ⁊ Demo. p parte cõuenire vident̃, in ponẽdo q̃tuor corpoꝝ ſimpliciora principia, ⁊ priora, vt ſaluarẽt eoꝝ gñationez ⁊ corruptionem, vt Philoponus expoſuit.

Tex. anti. co. 173. ℭ Intãtũ eni differt vt nõ eodẽ mõ Leucippo dicat, ꝙ hic qdez ſolida, ille aũt planities, dicit idiuiſibilia. ⁊ hic qdẽ infinitis termina
M ri figuris idiuiſibiliũ ſolidoꝝ vnũqđq;, ille autem terminatis. qm idiuiſibilia vtriq; dicũt, ⁊ terminata figuris. Ex his itaq;, generatiões ⁊ ſegregatiões. Leucippo eniz duo modi erũt, ⁊ p vacuũ ⁊ tactũ, hac eni ratiõe idiuiſibile eſt vnũquodq;. Platoni aũt, ſm ſolũ tactũ. vacuũ eni non eſſe inquit.

Dilucida: te. c. eiuſdẽ. ℭ Differt eni adeo vt cuz Leucippo eodem nõ dicat mõ. Naz ille qdẽ ipſa indiuidua dicit corpora eẽ. hic ꝟo planities. Et ille cõſtitui ait vnũqđq; figuris idiuiduoꝝ corporũ infinitis. hic aũt finitis. Nã ⁊ ambo dicũt idiuidua ipſa figuris terminari, ex qb⁹ iã gñationes ⁊ corruptiões ſunt. Leucippo qdez N duo erant ſane modi, ⁊ p vacuũ, ⁊ p plenuz. Nã rõne hac vnũqđq; diuiſũ erat. Platoni aũt p plenũ ſolũ, cũ vacuũ nõ eẽ dicat.

Cõm. 173. ℭ Quoſi ꝯueniẽtiaz inter Leucippum ⁊ Platonẽ dedit, nũc quaſi differẽtiã adijcit, ⁊ vt Auerroi placet, tres ſũt differẽtię. Prima, ꝙ idiuidua q̃ gręce dicuntur adięreta apud Platonẽ ſunt ſupficies, apud Leucippũ corpora ſiue ſolida, q̃ gręce dicunt̃ ſterea. Secũda, ꝙ figurę qb⁹ differũt indiuidua ſunt finitę, apud Leucippũ infinitę. Tertia, ꝙ Leucippus ſaluat gñationẽ ⁊ omnia vacuo ⁊ pleno, qa ex pleno cũcta fiunt, ſed ex vacuo differunt, at Plato vacuũ negat, ⁊ plenum tm̃ cõcedit. illud qđ dicit, ex qbus iã gñatiões ⁊ corruptiões ſunt. ad idiuidua retulit, ex qbus pp differẽtias figurarũ, fiũt gñatiões ⁊ mo
O tus. Itẽq; ꝟbũ illud plenũ gręce aphes eſt, latine tact⁹, ſz apđ nos ſonat plenũ, qđ ideo aphes ſiue tact⁹ dr̃, qa eo cũctę vacuitates colligunt̃, cętera q̃ dicit, patẽt, nec oportet imorari, cũ non ſint multũ de ſubſtantia rei.

ℭ Cũ poſuit ꝯuenientiã opionis Platonis cũ illa Democriti ⁊ Leucippi, hic affert dñiaz. ⁊ dicit ꝙ Platonis opinio diſſidet ab opione Leucippi ⁊ Democriti. ꝙ Leucippei quidẽ idiuiſibilia, q̃ ⁊ pma elñta faciebant, ſolida hoc eſt corpora faciebãt. Plato ꝟo pma elñta, q̃ fecit idiuiſibilia, dixit eẽ nõ corpora, ſed plana ſiue ſupficies. Recogñes Scđa dñia eſt, ꝙ Democrit⁹ atomos figurari dicebat infinitis figuris. Plato aũt terminatis, potius autẽ vna figura illa terminauit, qm oĩa pma elñta dixit eẽ trigona, at quę p̊ ex elñtis fecit, dixit terminatis figuris terminari, qm qnque. vz. pyramide, cubo, octocedro, duodecę
P dro, ⁊ exacedro (inqt) Intãtũ eniz differt Plato, vt non eodẽ mõ Leucippo dicat, ꝙ hic qdez ſolida, ille autem planities dicit idiuiſibilia. Hęc eſt pma eoꝝ differentia. Aſſignat ſcđaz (⁊ inqt) ⁊ hic qdẽ. ſ. Demo. ifinitis terminari figuris idiuiſibiliũ ſolidoꝝ vnũquodq;, ille autẽ. ſ. Plato terminatis, intellige aũt nõ ꝙ Democri. dicat ꝙ vnaqueq; atomus infinitas figuras hẽat, ſed (vt Philoponus inqt) cõuerſim itelligẽdũ eſt, ꝙ hic qdẽ dicat figurarũ vnaquãq; ifinitis indiuiſibilib⁹ terminari, ꝟ eſt vnaqueq; figura in ifinitis eſt atomis, vtputa ſphęrica, cubica, ⁊ aliarũ vnaqueq; tãq̃ infinitę figurę ſint. Et ꝙ ita itelligat pz ſtatim, dicit eni qm idiuiſibilia vtriq; dicant, ⁊ terminata figuris, qm atomus vnaqueq; pprias hz figurã. Tũc dat ꝯueniẽtiã ⁊ ꝯtinuet̃ ſic, qm idiuiſibilis vtriq; dicũt, ideo inqt. Ex his itaq; gñatiões ⁊ ſegre
Q gatiões hoc eſt corruptiões eẽ dicunt, differẽter tamen. Leucippo eni duo modi erũt, ⁊ per vacuũ ⁊ p tactũ. Dubitat hic Philoponus, ꝙ Ariſ^to^ videt̃ iponere ꝯdictionẽ Democri. ⁊ Leucippo, qm ſupius facere ⁊ pati dixit fieri in vacuo diſſolutis atomis, ⁊ hic dicit fieri duobus modis, ſolo eſt ꝙ facere ⁊ pati aliqñ fiũt tactu. ſ. cũ atomi ſe tãgũt in vacuo, aliqñ fiũt ab alterãte exteriori per ꝟ ꝙ mutat atomos exiſtes in atomato, ⁊ ſic gñari ⁊ corrũpi duplr fieri dicit, quare nõ ꝯdicũt hęc, ⁊ ſic Democrito (vt inqt) duo modi erũt, ⁊ p vacuũ ⁊ tactũ, hac eni rõne idiuiſibile eſt vnũquodq; hoc eſt vnaqueq; atomoꝝ, ⁊ ideo tactu ⁊ vacuo fiunt facere ⁊ pati, qm atomi ſunt indiuiſibiles ⁊ pma corpora. q. d. fieri gñationem ⁊ corruptionem vacuo ⁊ tactu, qm vnaqueq; atomoꝝ eſt qd indiuiſibile. Platoni aũt vnus modus eſt, ſm ſolum tactũ, quo plana ſe tãgũt, vacuũ eni nõ eſſe inquit.

ℭ Et de indiuiſibilib⁹ qdem planitieb⁹, diximus in prioribus ſermonibus, de indiuiſi- Tex. anti. com. 174.

A bilibus autem ſolidis quod amplius dicere accidit, relinquatur nunc.

Dilucida: tex. eiuſdẽ. ℭ Et de indiuiduis planiticbus diximus in prioribus rationibus, at de idiuiduis corporibus reſtat nũc aliquod accidens amplius quidem determinare.

Comẽ. 174 ℭ Nunc quaſi epilogãdo ꝓponit, de indiuiduis corporibus q̃dam trãſigere. Nã ꝙ ſuperficies nõ ſint principia corpoꝝ nãliũ. 3° cęli. diſputatum eſt ſatis. Qḋ etiã corpora indiuidua nõ ſint, ⁊ hic, ⁊ alibi diximus, nũc ṽbo de his tñ dicamus prout noſtro ſubſeruit ꝓpoſito. vʒ. dato ꝙ ſint, vtrum poſſunt agere ⁊ pati, bene igitur dixit aliquod accidens derelinqui pertractandum, quia actio ⁊ paſſio ſunt paſſiones, ⁊ accidentia corporum.

Recognes B ℭ Excuſat aũt ſe (⁊ inq̃t) Et de indiuiſibilibus q̃dẽ planitiebus, diximus in prioribus ſermonibus. ſ. 3° de cęlo, ꝙ nõ contingit nãlia corpora ad ſuperficies reſoluere. De indiuiſibilib' ſolidis, q̃ atomi dicunt̃, qḋ amplius dicere accidit, relinquant̃ nũc, q̃ñ in libro de idiuiſibilibus dixit. Philoponus ſex rõnib' nitit̃ deſtruere atomos, quarum quinque ponunt̃. 3° libro de cęlo. 6° ṽbo ponit̃ 3° libro, ideo non opʒ imorari de his.

Tex. anti. comẽ. 175. ℭ Ut autem parum digredientes dicamus, neceſſarium eſt ⁊ impaſſibile vnumquodqʒ dicere indiuiſibilium (non eniʒ poſſibile eſt pati, niſi per vacuum) ⁊ nullius factiuũ paſſiõis. neqʒ eni durũ, neqʒ frigidũ, poſſe eſt eẽ.

Dilucida: tex. eiuſdẽ. C ℭ Ut aũt paruʒ digrediẽtes dicamus, eẽ neceſſarium dicere vnumquodqʒ indiuiduuʒ non poſſe pati. Nam paſſionis actiuum pati non poteſt, niſi per vacuuʒ, quare neqʒ durum neqʒ frigidum eſſe poterit.

Comẽ. 175. ℭ Nũc exequit̃ ⁊ oſtẽdit p̃mo ꝙ ad poſitionẽ eoꝝ ſeq̃t̃ indiuidua illa nõ pati, ⁊ nõ eſſe qualia, ⁊ arguit ſic. oẽ qḋ patit̃, ideo patit̃, q̃a in ſe cõtinet meatus, ⁊ vacuitates in q̃b' influẽtia actiõis ſuſcipit̃, ſed illa idiuidua nõ continent vacuũ, neqʒ meat', q̃a idiuidua ſunt apud eos. igit̃ nõ patiunt̃. q̃re neqʒ erunt q̃lia, vtpote neqʒ dura, neqʒ frigida, nec aliq̃d tale. ℭ Aiaduerte ṽbũ illḋ, q̃re neqʒ / gręce ſonare, neqʒ enim. Sʒ ego ad ſenſuʒ trãſtuli ſic, vt eẽt illatiuũ, quo mõ etiã Auerroes in paraphraſe ſentit.

Recognes ℭ Propoſita excuſatiõe, nunc q̃daʒ vult colligere ↄ atomos, ⁊ hoc ꝓponit (cũ inq̃t) Ut autẽ, hoc eſt, ſed q̃ſi paruʒ digrediẽtes dicamus, neceſſariũ eſt. q. d. ꝙ nos paꝝ digrediendo debeamus dicere de atomis, neceſſarium eſt, ꝙ impoſſe eſt dicere aliqḋ indiuiſibiliũ pati, niſi per vacuũ. q̃ ſi aliqḋ indiuiſibiliũ patit̃, opʒ vt intra ſe hẽat
D porum vacuũ, in quẽ agens ꝓximum intrãs paſſionem inferat, qḋ quidem negãt, quare nulla atomoꝝ pati põt, ⁊ ſic nulla atomoꝝ paſſionẽ aliquaʒ habere põt, vtpote neqʒ calidũ, neqʒ frigidũ. Ex hoc infert, ꝙ nulla atomus erit factiua paſſionis. ꝓbat̃, q̃a cõcluſuʒ eſt, ꝙ nulla atomus paſſionem aliquã habeat, ⁊ ſic neqʒ durã eſſe, neqʒ frigidã poſſibile eſt. Atomus ergo nec facit, nec patitur, non patitur quidem, q̃a intra ſe vacuum nõ hʒ, non facit ṽo, q̃ñ cum nullã habeat paſſioneʒ, ſm̃ nullam facere poteſt. In cõmẽtarijs ṽo aliter verba legimus, ⁊ expoſitio ſtare poteſt. Philoponus tamen verba hęc legit h̃ modo, vt nunc diximus.

Tex. anti. comẽ. 176. ℭ Quis hoc icõueniens ſit, ſoluʒ dare circulari figurę calidũ. neceſſe eni eſt, ⁊ ↄ̃riuʒ frigiduʒ, aliũ alicui adaptare figurarũ. Incõueniẽs autẽ eſt ẽt, ſi hęc q̃deʒ exiſtunt, dico aũt caliditas ⁊ grauitas ⁊ duritia, frigiditas aũt ⁊ leuitas ⁊ mollities non exiſtunt. Sʒ tamẽ grauius ſm̃ exceſſum, dicit eẽ Democritus qḋdaʒ idiuiſibiliuʒ, quapꝓ, ⁊ calidius. Talia autem exiſtentia, non pati abinuicem, impoſſibile eſt. verbi gratia, a multum excedẽte calido leuiter calidum. E

Dilucida: tex. eiuſdẽ. ℭ Adhuc autẽ icõueniẽs erit circulari figurę caliduʒ tñ̃ p̃bere, nã ⁊ ↄ̃riuʒ qḋ eſt frigidũ, alicui alteri figuraruʒ neceſſe eſt accõmodare, ſed erit icõueniens hęc q̃dem exiſtere. vʒ. caliditatẽ ⁊ frigiditatẽ, grauitatẽ autẽ ⁊ leuitatẽ, duritiẽ ⁊ mollitiẽ non eſſe. Immo grauius ſm̃ exceſſuʒ vnumqḋqʒ idiuiduorum Democritus ait eẽ. q̃re patet ꝙ ẽt calidi' ſit. Sed talia entia non pati adinuiceʒ, impoſſibile eſt, vtpote a valde excellẽti calido mite frigidum non pati inconueniens eſt. F

Comẽ. 176. ℭ Or aũt ſm̃ poſitionẽ ſuã ſit dicendũ oppoſitũ, vt ꝙ idiuidua agant, ⁊ patiant̃, deducit. ꝓ cõcedit Leucippus circulari figurę ↄuenire calidũ, ⁊ ſic ↄcedit calidũ, igitur ↄcedendũ erit, ⁊ frigidũ cõtrarię figurę cõpetere. Nam (vt deducit Auer.) cũ aliq̃d ↄ̃riuʒ fuerit in aliq̃ gñe, neceſſe eſt inuenire in eo aliud ↄ̃riuʒ. 2° cęli. Sic igit̃ caliduʒ ⁊ frigidũ opʒ eſſe. vltra calidũ ⁊ frigidũ ſunt in rerũ nã. igit̃ durũ ⁊ molle, ⁊ graue ⁊ leue, q̃a (vt dicit Auer.) iſtę ſucedunt illas, mõ ſi poſteriora ſunt, ⁊ priora erũt, ⁊ non econtra, vt dĩ in poſtpñtis. Immo Democritus expſſe cõcedit hęc, naʒ vult vnũqḋqʒ indiuiduoꝝ eſſe q̃d grauius ceteris, q̃ñ cętera ſint grauia ꝓp illa, ⁊ ſic opʒ concedere vnumqḋqʒ eoꝝ eſſe calidius alṽo, cũ cã ſit magis talis q̃ꝫ cauſatũ, ⁊ ſic accipit̃ hęc ſuppoſitio. vʒ. ꝙ indiuidua ſunt calida frigida, dura mollia, leuia grauia, ⁊ cętera id genus. Tũc arguit. q̃cunqʒ cõtrarijs qualitatib' afficiuntur, agunt ⁊ patiunt̃, ſed indiuidua cõtrarijs qualitatibus afficiuntur. igitur agunt ⁊ patiuntur. De ratiõe primo tangit ſuppoſitionẽ. Secunda ibi. [Sed talia entia] ponit rationis vim, vt placet Auerroi. G

ℭ Scḋo (vt Philoponus inq̃t) Ariſ͠tes oſtendit ꝙ Democritici nõ ſibiipſis cõſtant. p̃mo q̃dẽ q̃ñ incõueniẽs eſt dare circulari figurę calidũ, ⁊ alteri figurę non dare frigidũ, vñ dicit. Quis hoc incõueniẽs ſit ſolũ dare circulari figurę calidũ, nã neceſſe eſt ⁊ ↄ̃riuʒ frigidũ alicui alteri figurarũ adaptare. Eſt eni regula ꝙ ſi vnũ ↄ̃riorum eſt, ⁊ alteꝝ neceſſe eſt eẽ. Ubi pʒ ṽbũ q̃ntitis nõ eſſe aduerſatiuũ, ſed potius ↄfirmatiuũ. Scḋo argumentat̃ ꝙ videat̃ abſurdaʒ, vt caliditas grauitas ⁊ durities inſint atomis, frigiditas aũt leuitas ⁊ mollities nõ. Democritici eni atomos aliquas poſuerũt calidas, aliq̃s min' calidas, aliquas graues, aliquas minus graues, aliquas ṽo duras, aliquas min' duras, hoc aũt Ariſ͠tes p incõueniẽti habet, naʒ ſi ſunt calidę, opʒ vt ſint frigidę, ſi graues, opʒ vt ſint aliquę leues, ſi durę aliq̃, opʒ vt aliq̃ molles ſint, hoc pacto legit ṽba Philoponus, ꝓp qḋ pʒ verba Ariſ͠tis corrupte legi in codicib' gręcis. Tertio argumentat̃, q̃ñ ponit atomos aliq̃s grauiores, ⁊ calidiores ali H

I quas, aliquas ℣o minus graues, ⁊ aliquas minꝰ calidas. ꝗ incõueniẽs eſt nõ ponere illas pati, nã minus calidũ põt pati a magis calido (inquit) Sꝫ tñ grauius ſm exceſſum dicit eẽ Democritus vnũqđqꝫ idiuiſibiliũ, ꝗ eſt aliqđ indiuiſibile, aut enĩ verbũ vnũquodqꝫ corrupte legitur, aut vtrũqꝫ, hoc eſt q̃dẽ idiuiſibilia itellexit, quapp etiã aliqđ calidius aliqđ dicit, ⁊ talia exiſtẽtia. ſ. magis ⁊ minus calida non pati abinicẽ, impoſſe eſt. ℣bi gratia a multũ excedẽte calido leuiter calidũ, ex quo pꝫ ꝙ verbũ [ſed tñ] ꝯfirmatiuum non aduerſatiuum eſt.

Text. anti. cõ. 177. ¶ Sed tamen ſi durũ eſt, ⁊ molle. molle aũtem patiendo aliquid dicitur. quod enĩ cedit, molle.

Dilucida. te. c. eiuſdẽ. K ¶ Ot ſi durum ſit, ⁊ molle erit, molle ℣o eo quia patitur quicquam iam dicitur. Nam ⁊ molle nuncupatur ſuſceptiuum.

Cõ. 177. ¶ Secũdo arguit. ſi durum eſt vt ꝯcedit, quia indiuidua vocat ſterea, hoc eſt dura, erit ⁊ molle, per ſimilem rationem contrariorũ, ꝙ ſi molle ſit, igitur paſſio erit, nã molle dicitur qđ facile cedit, ⁊ hoc eſt pati ab alio.

Recognes ¶ Quarto ſi aliqua atomorũ dura eſt, ergo aliq̃ eſt mollis, dico mollẽ in patiẽdo, nam qđ cedit, molle eſt, vt 2ᵒ huius hĩ. Ex his pꝫ, ꝙ ℣bũ [Sꝫ tñ] cõfirmatiuũ ſit.

Text. anti. cõmẽ. 178. ¶ Sed tñ icõueniẽs etiã eſt, ſi nihil exiſtit niſi ſolũ figura. ⁊ ſi exiſtit, vnũ autẽ ſolũ. ℣bi grã. hoc q̃dẽ durũ, hoc aũt calidũ. nec enim vna aliqua eẽt, natura eorũ. Silr autẽ ipoſſibile eſt, ⁊ ſi multa vni. idiuiſibile enĩ exiſtẽs, in eodem habebit paſſiones. Quapp ⁊ ſi patiatur ſm ꝙ infrigidatur, ſm id ⁊ aliqđ aliđ L faciet aut patietur. Eodem autem modo ⁊ de paſſionibus alijs.

Dilucida. te. c. eiuſdẽ. ¶ Adhuc autẽ incõueniẽs eſt, ſi nihil exiſtat, niſi figura tñ, ⁊ ſi exiſtat aliud qcq̃, vnũ tñ ſolũ (vtpote aut durũ q̃dẽ, aut calidum) tũc vtiqꝫ nõ erit eorũ natura vna. Silr autẽ ſi plura inſint vni, nã qđ eſt indiuiduũ in ſe paſſiones haberet, quare ſi patitur, vbi q̃dẽ infrigidatur, ſic ⁊ aliud quid vel aget vel patietur, eodẽ modo ⁊ in cęteris paſſionibus.

Cõm 178. ¶ Nunc q̃ſi reducit ſpm ad ꝯ̃ria, vt exponit Auer. ⁊ placet, ⁊ põt ſic ordinari. Si idiuidua ſunt, aut nihil hñt pter figurã, aut qualitatẽ vltra figurã hñt, ſi nihil hñt, niſi M figurã, incõueniẽs eſt, q2 tũc nõ erunt actiua ⁊ paſſiua, ⁊ habet vna pars, ⁊ ſi exiſtit aliqd aliud pter figuram, vtpote qualitas, vel vna ſola ⁊ ſemper inuariabilr, aut plures. Si q̃dẽ vna tñ, vt frigus vel durũ, tũc illa erit alterius gñis ⁊ rõnis, q2 intrãſmutabilis, ⁊ p ꝯñs habet illamet pꝫ, ꝙ. vꝫ. neqꝫ actio neqꝫ paſſio ſint, cũ nõ poſſit eẽ p qualitatẽ irrãſmutabilẽ. Si ℣o plures habẽt q̃litates, tũc idiuiduũ plures põt hĩe paſſiões, ⁊ ſic ſm alterã infrigidabitur, ⁊ ſm alterã indureſcet, ⁊ ita erit diuiduũ, ⁊ ſic habet alia pars ⁊ cõtradictio, ⁊ quę ait, patent.

Recognes ¶ Quinto argumentat, aut atomo nihil pter figuram inexiſtit, ⁊ tũc non erit paſſibilis, aut aliqua paſſio vltra figurã ineſt. Si aliqua ineſt vltra figuraꝫ, aut vnicuiqꝫ ꝓpria, ⁊ ſic iterũ nullus poterit pati, niſi corrũpat. ¶ P. Tũc differrẽt nã ⁊ ſpecie, qđ eſt cõtra eos, aut vnicuiqꝫ plures inſunt, qđ eſt ipoſſe, q2 vnaquęqꝫ in eodẽ plures habebit paſſiões, ⁊ ſic poterit pati cũ infrigidat, ⁊ poterit N facere inſimul (inquit) Sꝫ tñ incõueniẽs etiã eſt, ſi atomis ipſis nihil exiſtit, niſi ſola figura, q2 nec facient, nec patientur, nõ enĩ figura eſt de factiuis paſſionibꝰ. Si autem pter figuram vnicuiqꝫ atomo ineſt paſſio, vel vnicuiqꝫ vna ſola ꝓpria. ℣. g. vt altera ſit dura. altera calida, tunc atomorũ nõ eẽt vna nã, ſed q̃libet erit ſuę ꝓprię naturę, ⁊ ſic nõ poterũt inuicẽ facere ⁊ pati, quin corrũpant. Cuius ꝯ̃rium autumãt, q2 dicũt eas icorruptibiles. ¶ P. Si vnaquęqꝫ ꝓpriã paſſionẽ habeat, tũc nullã aliã poterit pati, ⁊ ſic nõ erũt paſſiuę ⁊ factiuę inuicẽ. Ot nec habeat vnaqueqꝫ plures paſſiões, vt duas vl tres, aut plures ꝓbat (⁊ inquit) Silr aũt impoſſe eſt, ⁊ ſi multę paſſiones inſint vni atomo. ſ. calidũ ⁊ durũ, nã indiuiſibile magnitudie ⁊ potẽtia exiſtẽs, in eodẽ habebit paſſiones diuerſas. Aiaduerte (vt Philoponus notat) ꝙ Democritici ponẽtes atomos, ponũt vnãquãqꝫ magnitudie, ⁊ potentia idiuiſibilẽ. Aliogn nõ eſſent pma ⁊ ſimpliciſſima principia oĩuꝫ. Ideo Ariˢᵗᵒ argumẽtat, ſi vnaquęqꝫ atomus plures hꝫ paſſiões, tũc in eodẽ pũcto, plures habebit potẽtias, ita vt ſit poſſe ꝙ ſm eũdẽ pũctũ ⁊ potẽtiã infrigidet, ⁊ patiat, ⁊ ſm eãdẽ faciet, qđ ipſi hñt p impoſſibili, ſic enĩ atomus nõ primũ ⁊ ſimpliciſſimũ pncipiũ erit, ſed multiplex potẽtia, ⁊ virtute. Qua ratione pꝫ, ꝙ Ariˢᵗᵒ nõ ducit ad illud icõueniẽs, ꝙ idẽ faceret, ⁊ pateret, ſed ad illud, ꝙ atomus nõ eſſet primũ ⁊ ſimpliciſſimũ pnᵐ potẽtia ⁊ magnitudie, q2 faceret ⁊ pateret, qđ eſſe nõ põt niſi ſit potẽtia multiplex. Qđ ſi ita eſt, digreſſio Philoponi nõ videt neceſſaria, in qua diſputat, vtrũ in eadẽ tẽpatura adſint diuerſę q̃litates paſſibiles, q2 argumᵐ Ariˢᵗᵒ eſt ad hoiem nõ ſimplr. ⁊ q2 dixit, ꝙ tunc atomus infrigidaretur, ⁊ faceret, addit. eodem aũt modo ⁊ de paſſionibus alijs dici poteſt, ſicut de frigiditate exemplificauimus.

Text. anti. cõm. 179. ¶ Hoc enĩ ⁊ ſolida ⁊ planities dicẽtibꝰ idiuiſibiles, cõtingit eodẽ mõ. neqꝫ enim rariora, neqꝫ denſiora eſt poſſibile gñari, vacuo non exiſtente in indiuiſibilibus.

Dilucida. te. c. eiuſdẽ. ¶ Idem enĩ ⁊ corpora ⁊ ſuperficies idiuidua dicẽtibus cõtingit eodẽ mõ, neqꝫ enĩ rariora, neqꝫ denſiora fieri poſſunt, ipſo vacuo nõ exiſtente ipſis in indiuiduis.

Cõm. 179. ¶ Colligit quaſi id in quo Plato ⁊ Leucippus cõueniũt, ⁊ vult ꝙ nemo eorũ põt ꝯcedere aliquod effici rariꝰ vel denſius ipſo vacuo nõ exiſtẽte in ipſis idiuiduis. Nam Q cũ idiuiduũ additũ idiuiduo maius nõ faciat, rarũ non erit, niſi per vacui iterpoſitioneꝫ iter indiuidua, ⁊ ſic niſi vacuũ ſit ipſis in indiuiduis, minime erit rarũ vel denſum. Hęc igitur eſt eorum conuenientia. Auerroes tamẽ oſtendit vtroſqꝫ oportere confiteri cõtradictoria, vt declaratum eſt de Leucippo, quę res patet.

Recognes ¶ Philoponus exponit hũc textum duplr, vno mõ ſic. Hoc enĩ. ſ. ꝙ neqꝫ vnã neqꝫ plures paſſiones hẽat vnaqueqꝫ atomus, accidit ẽt his qui dicũt planities, nam ẽt planities ſunt idiuiſibilia. ꝗ ſicut atomus nõ põt hĩe ꝓprias paſſionẽ, nec plures, ſic nec ſuꝑficies. Oĩa enĩ abſurda q̃ cõtra primã poſitionẽ iducta ſunt, ẽt ꝯ̃ ſcdaꝫ induci poſſunt, q2 ſi vnã ꝓpriã paſſionem planities vnaquęqꝫ hẽat, nõ poterit pati. ſi plures, nõ erit potẽtia pᵐ ⁊ ſimpliciſſimũ pnᵐ. Tunc Philoponus ℣ba ſequentia legit illatiue. ſ. enĩ pro igit, hoc pacto [Neqꝫ igit rariora, neqꝫ denſiora eſt poſſibile gñari vacuo nõ exñte in indiuiſibilibꝰ] ⁊ accepit generari pro eẽ Philoponus, ⁊ vult ꝙ

A vult ꝙ iſtud quod infert, ex dictis intulit, quoniam atomus eſt indiuiſibilis z plena, nullũ hñs intra ſe vacuuz, ideo non poteſt aliquis eſſe maior, vel denſior, cum rarum z denſum nõ niſi ĩplexu vacui fieri exiſtimát. Aliter exponit Philoponus nõ corrũpendo textum (vt dicat) hoc eniz. ſ. neq̧ vnã neq̧ plures habere paſſiões cõtingit eodem modo dicẽtibus, z ſolida, z planicies indiuiſibiles, vt expoſitum eſt. Nõ enim quo ad hęc prima verba eſt differẽtia expoſitionum. Deinde quoniam gs poſſz dicere in atomo vel ſuperficie poſſe eſſe diuerſas paſſiones ſm diuerſas atomi particulas, vel ſm diuerſas ſuperficiei partes. Cõtra obijcit, quoniaz non poteſt atomus vel ſuperficies habere diuerſas particulas, niſi poſſit eẽ rarior, z dẽſior, maior atq̧ mior, hoc aũt eſt falſum, qd̃ probat (z inquit) Neq̧ enim rariora, neqz denſiora eſt poſſibile gñari, hoc eſt eẽ, vacuo nõ exiſtẽte in
B indiuiſibilibus. Ecce quõ verba non corrũpuntur, quoniam ſm hanc expoſitionez Ariſt. remouit tacitã rñſionem. In cõmentarijs vo aliter intelleximus, z quidem non ab ratione.

Text. anti. com. 180. ¶ Amplius autez inconueniens eſt, z parua quidem indiuiſibilia eſſe, magna autez non. Nunc eniz, rationabiliter maiora magis cõfringunt ꝙ̃ parua. hęc eni diſſoluunt facilius paruis. ſbi gſa. magna. offendũt eni multa. Indiuiſibilia autẽ omnino, quare magis ꝙ̃ magnis, inexiſtunt paruis.

Dilucida. t. c. eiuſdẽ. ¶ Amplius autem z incõueniens videt pua quidẽ indiuiſibilia eẽ, magna vo nõ. Nunc qdez eni rõnabilius maiora frãgunt magis ꝙ̃ pua ipſa. Nã magna qdẽ facilius findunt,
C (emergũt eni ex pluribus) oino igit idiuiſibilia pp qd magis ſunt pua ipſa ꝙ̃ magna?

Com. 180. ¶ Hactenus pertractauit, vtrum indiuidua ipſa poſſint agere z pati, nunc ꝙ non ſint talia ſimpliciter indiuidua probat z ſyllogiçat ſic. Si parua illa idiuidua ſunt indiuiſibilia, magna etiam erunt indiuiſibilia. Sed magna non ſunt indiuiſibilia. igitur neqz parua, ſyllogiſmus eſt a deſtructione ꝯſequentis ad deſtructionem antecedentis (inquit) Amplius autez incõueniens. ſubaudi videt, parua quidem indiuiſibilia eſſe, magna vo non, eſt igit vis iſta, ſi parua ſunt idiuiſibilia igitur magna. hęc cõſequentia ex cõmẽto declaratur, qa tam magnũ ꝙ̃ paruũ ſunt eiuſdem rõnis quantitatis. igitur ambo erũt p ſe di-
D uiſibilia, vel idiuiſibilia, eis enim quę ſunt eiuſdem rõnis, ſemper idem competit. 2° celi. cõ. 49. deſtruit conſequens. d. Nũc quidem eni rationabilius maiora frãguntur magis ꝙ̃ parua, nam magna qdem facilius findunt. Emergunt enim ex pluribus, z ſic habetur ꝙ magna ſunt diuiſibilia, qa ſunt facile ſciſſibilia. Tũc quaſi dat conſequens. d. Oino igitur indiuiſibilia ꝓpter qd magis ſunt parua ipſa ꝙ̃ magna? q. d. ꝙ oportet ponere vtrũq̧ aut neutrum. verbum igitur in gręco codice eſt de, ſz ad ſenſum latinuz ſonat vt diximus, ſic igitur patet non eẽ corpora indiuidua. ¶ Animaduerte ꝙ paruitas z magnitudo nõ variãt rõnẽ diuiſionis. Nã z paruum eſt quãtuz, z magnũ eſt quãtũ, igitur non variant rõnẽ diuiſibilitatis, ſed variant modũ diuidẽdi, nã paruitas interduz facit ad difficilẽ diuiſionem, magnitudo ad facilem, aliqñ ecõtra, vt in paraphraſe dicit Auerro. ꝓpter quod decepti ſunt per fallaciam accidentis, eo quia paruitas non eſt cauſa indiuiſionis, ſed difficilis diuiſionis. E

Recognes ¶ Textus iſte ſatis ꝑ pulchre exponitur in cõmentarijs, vbi verba illa [indiuiſibilia aũt oino] lege ſic. Indiuiſibilia aũt oino quare magis inexiſtũt paruis, hoc eſt q̃re magis ꝑdicantur de paruis corporibus, ꝙ̃ magnis, hoc eſt ꝙ̃ de magnis. q. d. quare parua corpora ſunt dicẽda magis indiuiſibilia ꝙ̃ magna, cum vtraqz ſint in infinitum diuiſibilia, z ſolum differant facile z difficile diuidi, vt Philoponus notat.

Text. anti. com. 181. ¶ Amplius aũt, vtruz vna oium ſit nã illorũ ſolidoꝝ, an differũt altera ab alteris? quẽadmodũ ſi hęc qdẽ eẽnt ignea, hęc autez terrea ſm tumorem. Si eniz vna natura eſt oiuz? quid eſt diuidens? aut quare nõ fiunt tãgentia vnũ, quemadmodũ aqua aquam quãdo
F tangit? nihil enim differt poſterior aqua a priori. Si autez alia, qualia hęc ſunt. Et manifeſtum eſt, ꝙ hęc ponendum eſt principia z cauſas ꝯtingentium magis ꝙ̃ figuras.

Dilucida. te. c. eiuſdẽ. ¶ Amplius aũt vtrum illoꝝ omniuz corporũ, vna ſit nã, aut altera differt ab alijs. Quẽadmoduz ſi corporeitate hęc qdẽ ignea ſint, illa vo terrea. Siqdem enim vna ſit omniũ natura, quid eſt diſtinguens, aut propter qd dum ſe tangũt, vnum non efficiuntur, veluti duz aq̃ aquaz tangit. non enim refert prius
G a poſteriori. At ſi altera, qualia hęc? z manifeſtuz ꝙ hęc ſtatuenda ſunt principia z cauſę magis accidentiũ, ꝙ̃ figurę ipſę.

Com. 181. ¶ Secundo arguit per argumentum diuiſiuum ſic, ſi iſta corpora ſunt, vel erunt vnius naturę, vel differunt natura, ſi vnius naturę, tunc quam minima illa congregabuntur, tunc efficientur vnum continuum, veluti cum aqua occurrit aquę, aut ignis igni. Si differunt naturis, hoc eſt qualitatibus ſenſibilibus, vt exponit Auerroes, tũc differentię illę erunt magis dignę eſſe rerum principia z cauſę ꝙ̃ figurę, nam illę erunt magis actiuę, quę dicit patẽt. verbum corporeitas gręce eſt ogcos, latine eſt magnitudo, ſiue tumor, at ſenſus eſt ille.

Recognes H ¶ Sexto argumentatur contra Democritum, z q̃rit vtrũ vna omnium ſit natura illorum ſolidorum, hoc eſt vtrũ vna eademq̧ ſit natura atomorum, quas Democri. ponit, an altera ſolida in natura differãt ab alteris ſolidis, ita ꝙ atomi inter ſe differant natura. Dico differãt in natura, quemadmodum ſi hęc quidem eſſent ignea, hęc autem terrea ſm tumorem. hoc eſt ſi hę quidem atomi habeant molem z corporeitatem igneam, illę vo terream, vel aqueam. Si enim vna natura eſt omniũ atomorum, ſicut vna natura omnium aquarum, vel oium igneum. Contra quęritur primo quid eſt diuidens, hoc eſt quid atomos diuiſit in tot. Secundo, quare quando ſe tangũt, non coaleſcũt in vnũ cõtinuum, quẽadmoduz aqua quãdo tangit aquã. Sed dices, atomos pp paruitatem nõ coaleſcere, veluti neqz teſta ꝯfracta, teſta eni cõfracta pp paruitatẽ ꝑticulaꝝ, nõ põt coaleſcere, ſz bene ꝯiūgi. Ad remouẽdũ q̃ iſtã, adiecit, pͥm cũ dixit, qd eſt diuidẽs, iſt eſt qd eſt, qd̃ atomos ꝯfregit, vt teſtã. Si enim detur licentia fingendi, non videtur poſſe cauſam afferri. Addit etiam. nihil eni differt poſterior aq̃ a priori, hoc eſt poſterior aq̃, quę ſuperuenit, z vnita eſt priori, nihil

I ab ea differt, & ita vnita eſt ipſi. Si autem (vt inqt) hęc ſolida indiuiſibilia ſint alia atq; alia in natura, tunc hęc erunt qualia, hoc eſt, ea per quę differunt, erunt qualitates vltra figuras, & manifeſtum eſt, q hās ponendū eſt principia corporum, non atomos. nam qualitates hę (vt Philoponus inquit) principaliores erunt.

Tex. ant. com. 182. ℂ Amplius aūt differētia nā, & facient & patient, approximantia adinuicem.

Dilucida. te. c. eiuſdē. ℂ Amplius ea quę nā differunt, ſiue q agāt, ſiue q patiantur, inuicem ſe tangunt.

Cōm. 182. ℂ Tertio ad idē arguit, q ſe tāgunt agere poſſunt & pati, dīa in nā, hoc eſt illa minima ſi differūt nā ſe tāgūt. igit agūt & patiunt. de rōne tangit minorem tm̄.

Recognes K ℂ Cōfirmet, q nō differūt nā, qm̄ ſi differrent nā atomi eēnt ſimiles & diſſimiles, vt Philoponus aſſumit, & ſic factiuę & paſſiuę adinuicē. Sed dices, hoc nō eſt contra Democritū, qm̄ ipſe cōcedit cōſequens, dico q hoc eſt contra eum, quoniam nō poſuit atomos factiuas & paſſiuas paſſione corruptiua, vt ſequitur, quoniā ſi atomi eſſent, paſſiui corruptiuę nō eſſent prima rerum principia. poſuit aūt eas factiuas & paſſiuas pſectiue, & ꝯtactu.

Tex. anti. com. 183. ℂ Amplius aūt, qd eſt qd mouet: ſi eni aliud, paſſiuū. ſi aūt ipſum ſeipſum vnūquodq;, aut diuiſibile erit ſm aliud quidem mouēs ſm aliud autem motum. aut ſm idem contraria inerūt, & non ſolum materia erit nūero vna, ſed & potentia.

Dilucida. te. c. eiuſdē. ℂ Adhuc autem quid mouet, ſiquidē enim alterum, paſſiua erunt. Si vero vnūquodq; idē ſe moueat, aut diuiſibile erit (ſm mouēs quidem aliud, ſm motū vero aliud) Aut ſm idem cōtraria inerunt, & non tm̄ ſm materiā

L

numero vnam, ſed ſm potentiā etiam.

Cōm. 183. ℂ Quarto arguit. ſi dantur hęc indiuiſibilia, cū apud Democritū moueantur continuo in vacuo, qd mouet illa, q̄ret quis, ſi qdē alterū moueat illa, & non ipſa ſe moueāt, erunt paſſiua tm̄, & ſic nō principia prima, quia erūt alia priora, vtpote mouentia, ſi vero vnumquodq; idē ſe moueat, ſequitur alterum duorum, aut q vnumquodq; illorum ſit diuiſibile. vz. in partem mouentē, & partē motam, aut q eidem contraria inſunt, tam ſm ſubiectū & materiam, q̄z ſm potentiam & rationem. Hoc eſt q vna met res ſm eandem potētiam moueat, & moueat, quod eſt impoſſibile. ℂ Animaduerte q contraria in eſſe eidem eſt poſſibile ſm materiā, quoniā materia eſt vna contrariorum, ſed non ſm potentiā, qa alterius contra-

M rij eſt altera potētia, & alterius altera. ℂ Et in iſto textu

Error 3 recētiores d motu grauiū colligitur error eorum, qui volunt idem realr, & formaliter eſſe mouens ſe, & motū a ſe, vt graue, & quando ſfertur, q tūc idē eēt in actu & in potētia, cōcedūt hoc diuerſimode. Eſt enī in actu virtuali, & in potētia formali, pz hoc eē pſiſma, data eni hac ſolone argumētum Ariſtotelis cōtra Democritum eſſet nullū, dicerent eni Democritici q idē mouet ſe, & q idē eſt in actu & in po (vt dicunt) quare hęc diſtinctio eſt cōtra Ariſtotelem directe.

Recognes ℂ Hoc eſt 7m argumentum, quod ſatis pulchre in commētarijs patet. Quo vero ad verba attinet (inquit) [& nō ſolum materia erit numero vna, ſed & potētia] vno modo hęc verba legi poſſunt, vt deſtruat Ariſtotelem per hęc cōſequens. q. d. falſum eſt q contraria inſit eidem atomo, qm̄ materia, quę eſt atomus, non ſolū apud Demo. eſt vna numero ſubiecto, ſed potentia ēt, vel (vt legit Philoponus) ſi atomus mouet & mouetur, non ſolū atomus erit materia vna, ſed poteſtate erit vna, nam qua ratione poteſt ſe mouere & moueri a ſe, eadē ratione & in cōtrarijs, contraria enim ſunt actiua & paſſiua, quare eadem ratione eadem atomus ſimul contrariorum habebit potentiam, ſiquidem ſm vnum & idē ſimul mouet, & mouetur, ergo eadem potentia erit ſm quā facit, & patitur, hoc eſt ſm quā calefacit, & calefit. quare & ſimul cōtraria erunt, hoc pacto Philoponus intellexit. in cōmentarijs tamen melius intelligitur, quoniam non videtur abſurdum hoc quod Philoponus inquit, quoniam eadem eſt potentia contrariorum.

N.

ℂ Quicūq; igit per poro motionē inquiūt paſſiōes ꝯtingere, ſi qdē & plenis poris ſuperfluūt pori. Si eni patit ſic omne, & ſi nō poros habens, ſed ipſum continuum exn̄s patietur eodem modo. Tex. anti. cōmē. 184 O

ℂ Quicūq; quidē igit pp meatuū ſuſceptiones dicūt paſſiōes euenire, ſiqdē illę eueniūt plenis meatibus, ſupfluent meatus. Nam ſi ratione hac patitur omne, q̄uis meatus nō habeat, ſed ſit vnum continuum exiſtēs, eodem patietur modo. Dilucida. te. c. eiuſdē.

ℂ Corpora indiuiſibilia hactenus ꝯfutauit, nūc meatus ipſos refellit, & arguit ꝑ ſic. repletis meatib adhuc aliqd patit ab agente, aliter meatib repletis ceſſaret ois actio, Igit meat ſupfluūt, qa ſiue ſint, ſiue non, oīno actio & paſſio erūt q̄ dicit, patēt. ℂ Aīaduerte verbū illud ſuſceptiōes, gręce dici cineſin, latine vero motionem, ſiue motū, at in ꝓpoſito ſuſceptionem tranſtuli, quia ſic conſonat. Cōm. 184 P

ℂ Hic redarguit poſitionem Empedo. qui dixit paſſionem fieri per poros, argumentum vero ſm Philoponū ſic fit, qui poros poſuit non poſuit ipſos vacuos, ſed tenuiſſimo corpore repletos. ſcilicet aere. Hac enim ratione differūt, qui vacuum ſupponebant. Tunc argumētor, vel faciens facit, ſolum tāgendo labrum repleti pori, & ſic ſupfluus eſt porus. nā faciēs tāgēs labrū, & nō ingrediēs fecit. q̄ ſi poꝝ nō habuiſſet, tactu ſolo egiſſet. vel faciens facit ingrediendo porum, & hoc vel expellendo corpus, quod intus erat, vel agendo in illud corpus facit, non expellendo, quoniam tunc repleret illum porū illo expulſo, & ſic non poſſet amplius illud repletum pati, niſi rurſus fieret nouus porus, & ſic in īfinitū. Si agit in corpus incluſum in porum, cum illud corpus nō habeat porū, ergo paſſio fieri poteſt ſine poro (inqt) Per pororum motionē, exponit Philoponus, propterea q patiatur & mouetur corpus quod ī porus eſt, cū faciēs tetigerit ipm. In cōmentarijs vero bñ expoſita ſūt hęc. Q

ℂ Amplius autē, quō contingit de iſpiciēdo accidere vt dicūt, neq; enim ſm tactus ꝯtingit trāſire per tranſparentia, neq; per poros ſi plenus ſit vnuſquiſq;. Quid enim differret ab eo qd eſt nō poros habere: omne eni ſic eſſet plenum. Sed & ſi vacua quidē hęc ſint, neceſſe autē ſit corpora in ſe habere, idē continget rurſum. Tex. anti. cōmē. 185

ℂ Amplius aūt quonam mō de ipſa viſione ꝯtingere pōt vt dicunt, neq; enī a principio Dilucida. te. c. eiuſdē.

per tranſparētia

A per trāſparentia trāſire ɔtīn gīt, neqꝫ ꝑ meatus, ſi vnuſqſqꝫ plen⁹ ſit, qd enī refert meatus non habere: cū totū ipm ſilr plenū ſit, ꝙ ſi vacua quidez fuerint, corporib⁹ tñ in ipſis repoſitis, neceſſario idez rurſuz eueniet.

Cōm. 185. ¶ Nūc ꝙ ipſi meatus non proſint ad viſionem (vt dixe- runt) declarat, ꝛ arguit ſic, cū viſio fiat vel extra mittē- do, vel intra mittēdo, opꝫ vt ipm viſile tranſeat ad ocu- los, vel viſilis radius trāſeat ad viſile, tūc vel trāſit per diaphanū ſua natura plenū, aut meaticū, ꝛ poroſum. Si per diaphanū ſua natura plenū, meatus ſupfluūt, ſi per diaphanū meaticum, cū contingat meatus ipſos repleri radijs, tūc amplius viſio fieri nō poterit. Uel ſic. Ul' vi- ſio fit dū pleni ſunt meatus, vel anteꝙ ſint pleni, nō an- teꝙ ſint pleni, qa tūc agens nō intraret meatus, neqꝫ dū B pleni ſunt, qa tunc nō poſſet viſio diu fieri, nam repletio fit ſubito (īqt) Amplius aūt quoniā mō de ipſa viſione ɔtingere pōt id vt dicūt, ꝙ. vꝫ. fiat aut extra mittēdo, aut intro mittēdo, neqꝫ enim a principio hoc eſt ante reple- tionē meatuū per tranſparentia tranſire contingit viſile ipſ, aut radius, vnde verbū illud a ꝑncipio, grece eſt ca- ta tas archas / latine eſt ſm principia, ſiue origines, ꝛ ſic quaſi intendit vt dixi, tu ꝟo melius penſita, neqꝫ ꝑ mea- tus, ſi vnuſqſqꝫ plenus ſit, hoc eſt poſtꝙ plenus eſt, aut dum plenus eſt, qd enim refert tūc meatus non habere: quaſi dicat nihil, cum totum ipſum ſimile plenū ſit, ver- bum illud totū, grece eſt pan / latine ſonat, vt dixi. Dicat quis ꝙ meatus ſunt vacui, ꝛ non pleni. Contra arguit, ꝙ vꝫ. ſi ſint vacui, ɔtigit repleri ipſos. Dicit ꝙ ſi vacua qdē fuerint, corporibus tñ in ipſis repoſitis, neceſſario idem

C rurſus eueniet, ſic ſonat greca ſeries, lꝫ nō ſic iaceat.

Recognes ¶ Ariſt^eles^ (vt Philoponus inuit) loquit more ꝑſpectiuoꝝ de viſiōe ꝙ fiat extra mittēdo ꝑ hoc ꝙ radijs viſuales exeāt ab oculis. ¶ P. Loquitur ēt more antiquoꝝ, qui crediderunt radios viſuales eſſe corpora, reliqua in cō- ment orijs manifeſta ſunt.

Tex. anti. com. 186. ¶ Si autez tanta ſint ſm magnitudinē / vt nō ſuſcipiant corpus aliquod, ridiculū eſt puū quidē exiſtimare vacuū eſſe, magnū aūt nō eſſe / neqꝫ quātūcūqꝫ / aut vacuū aliqd aliud exiſtimare dicere / niſi regionē corꝑis. Quapropter manifeſtuꝫ eſt, ꝙ omni corpori ſm tumorem equale erit vacuum.

Dilucida: te. c. eiuſdē. ¶ Si autem hec ſm magnitudinez talia ſint, vt non ſuſcipiāt corpus aliquod, riſu dignū erit, paruuꝫ vacuum putare eſſe, magnū ꝟo

D non, neqꝫ vacuum quoduis aut vacuuꝫ aliquod aliud putandum eſt dicere, preter corporis locum, nā omni corpori equale eſt ſm continentiam vacuum ipſum.

Com. 186. ¶ Sꝫ dicet qs ad rōnem tactā, dari parua vacua, q̄ pori dicunt, magna ꝟo nō plena corpe dari, eſt ipoſſe. Cōtra obijcit. d. Si aūt hec ſm magnitudinez talia ſint in puitate, vt nō ſuſcipiant corpus aliqđ, ridiculū erit puuꝫ vacuū putare eē, magnū ꝟo nō. Nā in his q̄ ſunt eiuſdē rōnis, qcqd vni eſt ipoſſe, ceteris ēt erit ipoſſe. z. celi. cōmē. 49. ¶ Sed dices, nunqd aliquo mō vacuū ſit poſſibile. Rñdet, neqꝫ vacuū qduis exile, neqꝫ vacuū aliqđ aliud magnū putandū eſt dicere, ꝑter locū, grece ꝟbū illud locū eſt chora / latine regionē, tamē ɔſonat magis vt dixi.

¶ Sꝫ dices. 4. phyſi. dcm̄ eſt / ꝙ locus nō eſt vacuum. E Rñdet, nā oī corpori equale eſt vacuū ſm ɔtinētiā, igr nō dat vacuū ſimplr, ſed ſm ɔtinētiā, q locus dī, ſiue chora / verbū illđ nā / grece eſt oſte / latine ſonat q̄re, nō tñ ad ꝑ- poſitū eſt. Illđ ꝟo ſm ɔtinētiā, grece eſt hogcon / qđ eſt. Tuꝫ ſm tumorē, Tuꝫ ſm magnitudinē, meli⁹ aūt ſonat, Nō q̄le vacuum. vt diximus nos. ¶ Aiaduerte ꝙ vacuū dari apđ Ari^lem^ duplr eſt. Uno mō vt oī corpe careat, ꝛ ſic ipugnat hic. Alio mō ſm ɔtinētiā, qa pōt ɔtinere illđ vel hoc corp⁹, ꝛ hoc ideo vacuū dī, qa non plenū certo corpore, qa pōt eſſe cū varijs corporibus. Nam dū plenū eſt aqua, igne vacat, ꝛ ſic regio ꝛ locus dicūtur vacui nō vacuitate ſimpliciter, ſed ſm qd, pro quāto plenus vno vacat alio.

F ¶ Uerba illa [neqꝫ q̄ntūcūqꝫ] legēda ſūt ſic, ridiculū ē ꝑ- Recognes uuꝫ qdē exiſtimare vacuū, magnū aūt nō eē, neqꝫ quā- tūcūqꝫ, qm̄ ſi ɔcedit puū, dꝫ ɔcedi magnū, ꝛ q̄ntūcunqꝫ amplū, qm̄ eq̄ impoſſe eſt vtrūqꝫ. Aut ſupple ridiculuꝫ eſt puū qdē exiſtimare dicere, niſi regionē / h eſt locum corꝑis, nā accipe vacuū ꝑ loco corꝑis nō vi rōni diſſo- nū, ꝛ qm̄ ɔceſſit vacuū accipiēdo vacuū ꝑ loco, īfert, q̄- propter manifeſtū eſt, ꝙ oī corpori ſm tumorē / h ē ſm ɔcaui ei⁹ ɔtinētiā vacuū qđ ē ei⁹ loc⁹, erit eq̄le. In cōmē- tarijs aliter legit, ꝛ pōt expō ſat hn̄ ꝟbis accōmodari.

¶ Ul' aūt poros facere / ſupfluū. Si. n. nihil Tex. anti. com. 187. facit ſm tactū, neqꝫ ꝑ poros trāſiēs faciet.

¶ Oino aūt meat⁹ facere ſupuacaneū eſt, ſiq Dilucida: te. c. eiuſdē. dē. n. educēs, neqꝫ ꝑ plenū, neqꝫ ꝑ meat⁹ agit.

¶ Dubitaret qs verū poſito ꝙ actio neqꝫ fiat ꝑ plenum, Com. 187. neqꝫ ꝑ vacuū, pori ipſi ſint ponēdi: Rñdet. oino autem H meat⁹ facere ſubaudi mō q̄ faciunt antiq. vꝫ. ꝙ ſint ſimpliciter vacui, ſupuacaneū eſt, ſiqdē enī educēs h eſt da- to, ꝙ educēs, neqꝫ ꝑ plenū agat, neqꝫ ꝑ vacuū, ſic. n. oino Quales pori apđ Ariſtotelem. ſupuacanei ſūt, cū ad actionē paſſionē ve nō ꝓſint. Ari^les^ tñ ſi eos ɔcedit, vacuos qdē ſimplr nō vult eē, lꝫ vl' ſm qd, ꝛ ſm equalentiā, vt diximus. ¶ Animaduerte vt di- xi Ariſtotelem plenum interduꝫ appellaſſe aphen, quod ideo eſt, qa continuum eſt, vt ſupra diximus ſatis.

¶ Iſti text⁹ ī ſil' legēdi ſūt ſm Philoponū, in qb⁹ Ari^les^ Recognes (vt Philopon⁹ īqt) reſumit vſ rōnē, h mō, ſi faciens nō pōt tactu. facere. ḡ nec ꝑ poros faciet, nam ſolū igre- dientur paciēs, ꝛ poſtea nihil faciet, qm̄ tactu nihil facit. Sin aūt poſtꝙ igreſſuꝫ eſt faciet, lꝫ illic nō fuerint pori, tactu vtiqꝫ faciet, q̄re ſupflui ſūt pori (īqt) Ul' aūt po- ros facere, ſupfluū eſt, qm̄ vel faciēs tactu nihil fac, vel tactu aliqd facit, ſi nihil fac ſm tactū, neqꝫ ꝑ poros trā- ſiēs, poſtꝙ ſtabit intus, ꝛ repleuerit poros, nihil faciet i- tus, qm̄ tāgēdo nō fac. Si aūt poſtꝙ ſe fecerit intus tāgē- do plena q̄ ſūt circa poros fac, ēt tūc poris nō exiſtibus G coꝝ q̄ nata ſunt pati, h qdē patientur / h aūt facient, qm̄ ſi intus pōt fac in plenū ſolo tactu, ꝛ ex̄ ēt ſolo tactu facē poterit, ꝛ ſic pori ſupflui ſūt. ¶ Sꝫ dices. ꝙ vſus poroꝝ eſt ad patiēdū ſꝫ ꝓfunditatē. Cōtra obijcit Philopon⁹ qm̄ vſus poroꝝ hn̄ ē, vt faciēs paſſo appropinquet, vt cū faciēs igredit ꝑ os, ꝛ ꝑ vētrē, nō tñ ɔferūt ad faciēdū aliqd, lꝫ ſolū, vt faciēs, ꝛ patiēs approximent, ꝛ vt ſe tā- gāt, ergo tactus ſatis eſt pro factione ꝛ paſſione.

¶ Si aūt tāgēdo / ꝛ poris nō exiſtib⁹, h qdem Tex⁹ anti. com. 188. patient, h aūt faciēt / adinuicē h mō natoꝝ.

¶ Si aūt tactiōe meatib⁹ ipſis non exiſtibus Dilucida: te. c. eiuſdē. actio fiat ꝛ paſſio, coꝝ q̄ hoc mō apta ſunt. h quidē patient, illa ꝟo agent inuicem.

¶ Sꝫ dices. ſi meat⁹ ad actionē nō ꝓſunt, neqꝫ ad paſſio- Com. 188.

I nē,nīz poſſint hęc pati,illa agere alio mō.' Rñdet ꝙ ſic, vtpote cōtractiōe ipſis,⁊ nō meatib⁹ exñtibus(inqt)Si autē tactione meatib⁹ ipſis nō exiſtētib⁹ ſubaudi in grę co actio fiat ⁊ paſſio,tūc eoꝝ quę hoc mō apta ſunt agere ⁊ pati,hęc quidem patientur,illa vo inuicem agent,⁊ ſic non poꝛis actio ſit ⁊ paſſio,ſed cōtactione tm̄.

Text' anti. comē. 189. ℭ Or ergo ita dicere poꝛos/vt quidam exiſtimāt/aut mēdaciū/aut inane eſt,manifeſtum eſt ex his. Diuiſibilib⁹ aūt oino coꝛpoꝛibus exñtibus/poꝛos facere,ridiculū eſt.ſm̄ eniz ꝙ diuiſibilia ſunt,poſſunt ſeparari.

Dilucida: te.c.eiuſdē. ℭ Qō quidez igitur meatus ita dicere vt aliqui putant,ſit vel mendacium,vel vanūz.ex his eſt perſpicuūz. Adhuc coꝛpoꝛibus ipſis

K vndiqz diuiſibilibus exiſtentibus,meat⁹ facere ridiculum eſt,nam quatenus illa diuiſibilia ſunt,ſeparari poſſunt.

Com. 189. ℭ Propter duo meatus conceſſerunt antiqui,vt propter actionem ⁊ paſſionem,⁊ propter diſtinctionem,crediderunt enim partes non diuidi,niſi pro quanto ad vacuūz ſrent,⁊ vacuum eſſe diuiſionis cauſam,epilogat igitur nunc meatus ad vtrūqz ſuperuacaneos eſſe(⁊ inqt).Or quidem igitur meatus ita dicere,vt aliqui putant,ſit vel mendacium.vel vanum,ex his eſt perſpicuūz, ⁊ hō quantum ad actionem ⁊ paſſionem,ꝙ vo quantum ad diuiſionem etiā declarat.d. Adhuc coꝛpoꝛibus ipſis vndiqz diuiſibilibus exiſtentibus,meatus facere,hoc eſt facere meatus ad ſaluandam coꝛpoꝛum diuiſionem,ridiculūz eſt,nam quatenus illa diuiſibilia ſunt,taliter poſſunt ſe

L parari,ſubaudi poſſunt diuidi non exiſtentib⁹ poꝛis.igit̄ ſic ⁊ ſeparari. Hęc pauca de meatibus.

Recognes ℭ Epilogat,⁊ recte in commentarijs diximus,verū quo ad verba attinet (Ariſtoteles inquit) [poꝛos facere, vt quidam exiſtimant.] Addit,vt quidam exiſtimant,quoniam(vt Philoponus optime inquit)non ſimpliciter poꝛos deſtruit,nam ſunt,vt diximus inteſtina/venę/arterię/⁊ reliqua. Non tamen hęc neceſſaria ſunt ad patiendum,ſed vt faciens appꝛopinquet paſſo,vt poſſit illud tangere.Ex his Ariſtoteles refutauit poꝛos, pręter miſit autem refutationem vacui aut ex quarto phyſicorum,aut qꝛ eiſdez rōnibus refutari poteſt.

Text' anti. com. 90. ℭ Quo autem modo inſit generare entibus ⁊ facere ⁊ pati,dicamus/accipientes principium dictum ſępe. Si eniz eſt hoc quidem poteſtate,hoc autem actu tale,natum autez

M eſt non Tuz quidem pati,Tum autez non pati,ſed vbiqz ſm̄ ꝙ eſt tale,magis autem ⁊ minus ſm̄ ꝙ tale magis eſt ⁊ min⁹,ſic vtiqz poꝛos aliquis dicet magis ieſſe,vt in metallicis extenduntur paſſiui venę continuę. Cōtinuum igitur vnumquodqz / ⁊ vnum exiſtens,impaſſibile eſt.

Dilucida: te.c.eiuſdē. ℭ Generatio vo ⁊ actio ⁊ paſſio quonā modo ipſis in rebus ſint tranſigamus principiū accipiētes,quod frequenter diximus. Si.n. eſt hoc quidem potentia,illud vo actu tale, aptum vo non ſm̄ partem quidem pati.ſm̄ partem vo non,ſed ſit vniuerſaliter quantū tale.minus vo ⁊ magis quatenus tale magis eſt ⁊ minus(qua ratione vtiqz meat⁹ qꝛs dicet magis,veluti in metallicis venę quędā eius quod paſſiuū eſt perpetuę poꝛrigunt̄.) Cōnaturale itaqz vnūquodqz alicui,⁊ vnū cuz eo exiſtens,ab illo impaſſibile erit. N

Com. 190. ℭ Confutatis poſitionibus antiquoꝛum de actiōe ⁊ paſſione,⁊ de generatione,tranſiens nunc ad veritatem,talem probat cōcluſionem.vz.nihil poteſt pati ab aliquo, quod ſibi eſt cōnaturale,hoc eſt vel eiuſdez ſpeciei ⁊ naturę,vel congenitum. Ad quod probandum ſumit tres ſuppoſitiones pro antecedente,⁊ infert conſequens propoſitum. Prima/entiūz aliquod eſt in actu,⁊ aliquod in potentia. Secunda/omne paſſiuum eſt ſm̄ ſe ⁊ quodlibet ſui paſſibile,⁊ non ſm̄ partem ſic,⁊ ſm̄ partem nō. Tertia/quanto patiens erit magis vel minus aptūz ⁊ affectum,tanto magis vel minus paſſiuūz eſt.vt exemplo metalloꝛum declarat,in quibus ſunt venę quędam continuę poꝛrectę,propter quas redditur metallum paſſibilius,quibus acceptis pro antecedente, dat conſequens. dicens. Cōnaturale itaqz vnumquodqz ſubaudi alicui, ⁊ vnum ſubaudi cum illo exiſtens,ab illo ſubaudi impaſſibile erit,verbū illud cōnaturale,grece eſt Symphyes, ⁊ Auerroes in ſua gloſſa. Coadunatū intelligit.⁊ ita vult ꝙ agens ⁊ patiens non debeant eſſe congenita,ſed bene contigua,⁊ ſe tangentia,foꝛte ⁊ melius per Symphyes intelligit cōnaturale,ideſt eiuſdem naturę,nam paſſum ipſum ſemper eſt contrariū agenti,modo contraria differunt natura ⁊ ſpecie,⁊ genere conueniunt,⁊ quocunqz exponatur modo,ſtare poteſt. ℭ Animaduerte tamen O

P ꝙ vtroqz modo exponendo,per accidens verbum Ariſtotelis falſum poteſt eſſe,nam paruus ignis pati poteſt a magno,⁊ tamen natura conueniunt,hoc enim per accidens eſt,prout magnum contrariatur paruo. Itemqz calor naturalis agere poteſt in humiduz radicale,⁊ hoc eſt per accidens prout nutrit ſe,vt diximus. ℭ Animaduertendum ex antecedente poſſe tribus ſyllogiſmis deduci concluſionem. Primo ſic.agens eſt in actu,patiēs in potentia.igitur patiens non poteſt pati a ſibi connaturali. Secundo ſic.patiens patitur ſm̄ ſe ⁊ quodlibet ſui ab agente.igitur non a connaturali,aliter non ſm̄ quodlibz ſui pateretur. Tertio patiens magis affectum magis patitur,⁊ minus affectum minus.igitur non a connaturali pati poteſt,nam connaturale ęque afficitur cum ſibi cōnāli. Unum igit̄ enthymema eſt potētia tres ſylli.

Recogn. ℭ Reprobatis poſitionibus priſcoꝛum,hic vult ꝓpriaz ⁊ veram opinionem exponere,quo modo facere ⁊ pati fiant,⁊ vult hanc concluſionem ꝙ faciens ⁊ patiens nec debent eſſe vnum continuum,nec duo remota. Sed debent eſſe duo diuerſa ſeſe tangentia,aut immediate,aut per mediuz. Et ideo textus hi legi debent continui,⁊ nō ſeparati,vt in commentarijs leguntur. Philoponus enī continuos legit. Ariſtotelem ergo primo accipit intētionem(⁊ inquit)Quo autez modo generare,⁊ facere,⁊ pati inſint entib⁹,dicamus. Dixit generare quo ad ſubſtantias,dixit facere ⁊ pati,quo ad qualitates ac paſſibiles affectiones. Hęc eſt intentio. ante vo ꝙ̄ concluſionem inferat,accipit ſuppoſitionem,quaz ſępius hic,⁊ in phyſicis accepit(⁊ inquit)Accipientes principium dictum ſępe,deinde accipiens ſuppoſitionem,loquitur ſuſpenſiue vſqz ibi[Cōtinuū igit̄] Suppō vo eſt ꝙ entiū alterū actu,alterū pōte eſt,pōte aūt ens dico qḋ ē aptū natū pati nō ſm̄ qḋ ſic,⁊ ſm̄ qḋ nō,ſed qḋ totū eſt natum Q

pati,

A pati,non tñ ita aptũ totũ pati,qn poſſit ſm aliquid magis,⁊ ſm minus pati.h ſuppõ,quę ſm Philoponũ vna eſt,⁊ nõ tres,vt in cõmẽtarȷs diximus,eſt vna dico,qa aliud ponitur in declaratione alteri⁹(inqt)Si eni h q̃dez poteſtate,hoc aũt actu eſt,exponit qd per ens poteſtate itelligat(⁊ inqt)Dico aũt ſupple ens poteſtate,qd natum eſt pati,nõ tñ qdem pati,tum aũt non pati,ſed vbiq₃ ſimplr eſt aptũ natũ pati,quatenus tale paſſiuũ eſt,vt calidũ eſt actu calidũ,⁊ aptũ ſm ſe totũ eſſe frigidũ,non tñ dico ita ſm ſe totũ aptũ pati,vt ęqualiter ſit aptũ pati,na₃ magis ⁊ minus eſt aptum pati ſm q̃ tale magis ⁊ min⁹ eſt aptũ pati.Põt eni pati magis ſm aliquã partẽ,minus ſm aliquã.vñ ⁊ pp hãc cãm poros dicet qs magis ineẽ,q̃ vt fiat paſſio,potius eni pori videntur eẽ,vt paſſu₃ facili⁹ patiaẽ in ptib⁹ poroſis,q̃ in partib⁹ nõ poroſis,vt in metallicis ci⁹ qd patiẽ venę continuę extenduntẽ,⁊ tñq̃ pori hñtur,vt facili⁹ patiantur in

B partib⁹ illis.Hęc eſt ſuppõ,tũc infert ɔñẽ,⁊ terminat in ſpẽſionẽ(⁊ inqt)Continuũ igiẽ vnũquodq₃ ⁊ vnũ exñs cũ ipſo faciẽte ab illo eſt impaſſibile.Silr aũt ⁊ non appropiqnãtia ſi ſint factiuũ ⁊ paſſiuũ,neq₃ ſibiipſis,neq₃ alȷs.i.mediȷs,q̃ ſunt apta facere ⁊ pati.Eſt eni mediu₃ pati aptũ a faciẽte,⁊ facere aptũ in extremũ paſſu₃.Exponit aũt ſe(⁊ inqt.)Dico aũt,q̃ ignis nõ ſolu₃ calefacit aliqd tãgendo illud,ſed ẽt ſi lõge ſit,mõ mediu₃ calefacit,aerẽ eni ignis,aer autẽ corpus.i.lignũ calefacit,q aer aptus eſt facere in lignũ,⁊ pati ab igne.P₃ q̃ q̃ patiens nõ patiẽ ab eo qd eſt ſibi ɔtinuum,nec ab eo qd eſt ſibi remotũ,q̃ ab eo,qd ipm tangit,quando illud eſt aptum facere,ipm pati,vel a medio apto facere ⁊ pati.Hęc eſt

C expoſitio huius.

Tex.anti. cõmẽ.191. ❡ Silr aũt/⁊ non appropinquãtia/neq₃ ſibiipſis/neq₃ alȷs,q̃ facere nata ſunt ⁊ pati.Dico aũt vt nõ ſolũ tãgẽs calefacit ignis,ſed ⁊ ſi lõge ſit.aerẽ eni ignis,aer autem corp⁹ calefacit/natus ⁊ facere ⁊ pati.

Diłucida: te.c.eiuſdẽ. ❡ Similr autẽ ⁊ quę nec ſibiipſis,nec alȷs appropinquãt,quę apta ſũt agere ⁊ pati,dico autẽ hoc,qa nõ tñ ignis tãgẽs calefacit,ſed ſi pcul ſit,nã ignis quidẽ aerem,aer ꝟo corpus aptum agere ⁊ pati,calefacit.

Cõm.191. ❡ Accepit añcedẽs ex trib⁹ cõſtitutũ,⁊ dedit vnu₃ cõſequẽs,ſeu vnã ptẽ ɔñtis,nunc dat aliã,⁊ q̃ſi vult q̃ nihil patiaẽ a cõnãli,neq₃ a remoto vltra ſphęrã paſſiõis,qd eſt dicere q̃ agẽs nõ ſit nimis paſſo pximũ,neq₃ nimis

D remotũ.Nã a pximo pp cõnaturalitatẽ nõ patiẽ a remoto pp diſtãtiã minime(inqt)Silr aũt nõ patiuntur ſupple tu ⁊ q̃ nec ſibiipſis,nec alȷs appropinquãt,alȷs dico q̃ apta ſunt agere ⁊ pati.igiẽ op₃ agẽs non eẽ nimis

Nota. pximu₃ paſſo,nec nimis remotũ.❡ Aduerte q̃ idẽ ſpecie pati põt ab eodẽ ſpecie vt puus ignis ab igne magno.propterea dixit nec ſibiipſis,⁊ põt pati ab alio alterius ſpeciei,⁊ ppterea dixit nec alȷs.Exponit autẽ h,qa agens ⁊ per cõtactũ agere poteſt,⁊ per mediu₃,ppea oportet vt tãgat omnino paſſiuũ,aut per ſe,aut per medium,⁊ hoc ait.dico autem qa non tñ ignis calefacit tãgẽs,ſed ſi procul ſit,cętera patent.❡ Animaduerte ver-

Nõ quid dion bum illud dion frequenter reddere cauſam,ideo tranſtuli,qa/tñq̃ reddat cauſam,⁊ rem hãc latini ignorant.

Tex.anti. cõm.192. ❡ Exiſtimare aũt tu₃ pati,tu₃ autẽ non,determinantes in principio hoc dicendu₃.Si enĩ non vbiq₃ diuiſibilis ſit magnitudo,ſed eſt corpus idiuiſibile/aut latitudo,non vtiq₃ erit vbiq₃ paſſibile,ſ₃ neq₃ ɔtinuũ vllum.

B

Diłucida: te.c.eiuſdẽ. ❡ Putare ꝟo aliqd parte quadã pati qdem,parte ꝟo quadã nõ,determinantes a principio rẽ hãc trãſigamus.Na₃ ſiqdem magnitudo nõ oĩ ex pte diuiſibilis eẽt,ſed aut corpus ſit,aut magnitudo idiuidua,nihil vtiq₃ oĩ ex pte paſſiuũ erit,imo neq₃ ɔtinuum.

Cõm.192. ❡ Ex his ɔfutat errores veterũ,⁊ p̃ pbat contra Democritũ patiẽs nõ eẽ cõpoſitũ ex corporib⁹ idiuiduis,q̃ atoma,ſiue adiſcreta nũcupanẽ.Auerroi ꝟo videẽ q̃ Ariſtoteles pbet q̃ corpus nõ patiẽ per ptẽ aliquã ſic,⁊ p aliquam nõ,q̃ fuit vna ſuppõ.Et hęc expõ ɔſonat pñ⁹ tex⁹,mihi ꝟo videẽ Ariſtotelem ɔfutare errorẽ Democriti vt dixi,⁊ pe-

F tit,q̃ oẽ patiẽs patiaẽ ſm ſe,⁊ qdlibet ſui.Tũc arguit ſi corpus nãle ex idiuiduis cõponereẽ,tũc nõ ſm qdlibet ſui patereẽ,qa nõ ſm partẽ idiuiduã,nã pbatu₃ eſt indiuiduũ nõ pati(inqt)Putare ꝟo aliqd pte quadã pati qdez,pte ꝟo q̃daz nõ pati,determinãtes a pñ⁹ rẽ hãc trãſigamus,⁊ ſic ſupponit h,⁊ rẽ Democriti a pñ⁹ ptrãſit.d.Nam ſi qdẽ magnitudo nõ oĩ ex pte diuiſibilis eſſet(vt Democritus credit dari atoma)nihil vtiq₃ oĩ ex pte paſſiuu₃ erit,imo neq₃ ɔtinuũ,qm ex idiuiduis nõ ſit mai⁹.Expõ igiẽ Auerrois ɔuenit pncipio lrę,non autẽ conuenit fini ⁊ concluſioni.❡ Animaduerte verbu₃ illud magnitudo gręce eſſe platos mõ etiã latine accipiẽ pro magnitudine,q̃q̃ pprie pro latitudine intelligatur. platos qd

❡ Dixit,q̃ id qd eſt per nãm tale potẽtia nõ ptim qdem pati,partiẽ ꝟo nõ,ſed penitus q̃tenus eſt tale.Nũc ſm Philoponũ vult oſtendere ad quã poſitionẽ ſequaẽ q̃ corpus nõ ſit penitus patibile,ſed ptim qdẽ ſic,pti₃ ꝟo minime(⁊ inqt)Exiſtimare aũt,tu₃ pati,tu₃ aũt non,determinãtes a pñ⁹ hoc dicendũ,h eſt ad quã põne₃ h ſe- Recognĩta

H quaẽ.Poſita ꝟo intẽtione(inqt)Si eni nõ vbiq₃ ſit diuiſibilis magnitudo,ſ₃ eſt corp⁹ idiuiſibile,vt Democritici ⁊ Leucippei dixerunt,aut latitudo,vt Plato dixit,qui planities idiuiſibiles poſuit,corpus nãle non vbiq₃ erit paſſiuũ,neq₃ erit cõtinuũ.non paſſiuũ qdem vbiq₃,qm nõ erit paſſiuũ ſm indiuiſibiles magnitudĩes,neq₃ ſm planities,qm indiuiſibilia nõ ſunt patibilia.nõ ɔtinuu₃ ꝟo,qm indiuiſibilia nõ poſſunt coaleſcere.Patet ergo ad qua₃ poſitionem ſequatur id quod patitur,non pati ſm totum ſimpliciter.

Tex.anti. cõm.193. ❡ Si aũt hoc mẽdaciũ/⁊ omne corpus diuiſibile,nihil refert diuidi quidẽ,tãgere autẽ/aut vtiq₃ diuiſibile eſſe.Si enim ſegregari

G poteſt ſm tactus(vt aiunt quidã)⁊ ſi nondum eſt diuiſum/poſſibile erit diuiſum eſſe.ſit enim nullum,impoſſibile.

Diłucida: te.c.eiuſdẽ. ❡ Oẽ ſi illud mẽdaciũ ſit,⁊ ſit corpus oẽ diuiſibile,nihil refert diuidere qdẽ,dũ ɔtiguũ aut diuiſibile ſit,vbi nãq₃ ſm tact⁹ ſegregari põt(vt aiũt qdã)ſi nõdũ diuiſu₃ ſit,erit diuiſibile.Nã põt eẽ diuiſu₃,cũ nullũ ſiat ipoſſibile.

Cõm.193. ❡ Rñdet vni dubio,dcm̃ eſt q̃ corpus nãle eſt diuiſibile in ſemp diuiſibilia,⁊ q̃ paſſiuum eſt diuiſibile in ſemp diuiſibilia,aliter nõ ſm ſe ⁊ qdlibet ſui patereẽ,ideo q̃ret qs vtrũ paſſiu₃ ſemp debeat in partib⁹ eẽ ɔtinuum ⁊ vnũ,an ſatis ſit q̃ ſit vnũ ɔtiguum,ad hoc vt ſit paſſiuum

I vnum, quaſi q̃reret ꝙs verũ paſſo ſit neceſſaria vnio ꝯtinuitatis in partibus, an vnio ꝯtiguitatis. R̃ndet ꝙ ſi illõ Democriti ſit mẽdaciũ, ⁊ ſit verũ q̄ð diximus. vz. ꝙ oẽ corpus ſit ſemp diuiſibile, quãtũ ad paſſionem nihil refert diuidere qdẽ, dũmõ ſit paſſiuũ in ptib᷒ cõtiguũ, vel potẽtia diuiſibile. q. d. ſufficere paſſo eẽ vel vnũ ꝯtiguũ, vel ꝯtinuũ. Cui᷒ cãm ſubſcribit. d. vbi nãqꝫ cõtinuũ paſſum põt ſegregari ſm tactus/hoc eſt effici ꝯtiguũ, ſi nõdum diuiſum ſit, erit diuiſibile. Nam poteſt eẽ diuiſum, cuꝫ ipſo poſito in eſſe nullũ fiat impoſſibile, qꝛ nõ ponitur in eſſe ſm actum completum, ſed ſm potẽtiam mixtam actui. Sic igitur ſiue paſſum ſit vnuꝫ contiguitate, ſiue continuitate, quantum ad paſſionem nõ refert. Hũc locum ignorant noſtri, ob malas tranſlationes.

Recognes ¶ Hic textus ſatis expoſitus eſt in cõmentarijs, ſed q̃rit Philoponus textu p̃cedẽti. Utrum in corpore ſint pori

K determinati, ⁊ qdã argumẽtant̃ p̃. ꝙ ſic, in dies ſiunt ſudores. g̃ ſunt pori, p quos ſudores excũt. Scd̃o dicũt medici ꝙ ſunt q̃dã vnctiones rarefactiuę, ⁊ alię denſatiuę corpoꝝ, q̃ eſſe nõ poſſunt, niſi pori eẽnt. Rarefactiua. n. vnctio porificat, ⁊ facit poros, p quos exhalat mã apoſtematis, denſatiua ꝟo tollit poros, ⁊ ſic maturat, atqꝫ ꝯglutinat, vel repcutit, vt vnctiones frigidę repcuſſiuę. R̃ndebant qdam, ꝙ vnctio dĩ rarefactiua, nõ ꝙ faciat poros, ſed ꝙ oẽs ptes q̃ prius erãt denſę, fiant rariores, nulla porificatione facta. Simili ratione aliqua vnctio eſt denſatiua, quatenus oẽs ptes, q̃ prius erãt rariores, facit denſiores. De ſudori ꝟo dicũt, ꝙ ſudor eſt humiditas, q̃ per ptes poſt partẽ fit ad cutim, nõ ꝙ per poros exeat. Cõtra obijcit Philoponus, qm̃ hoc qð dicũt de ſudore eẽt verũ, quãdo humiditas eẽt qualitas tm̃, q̃ migrãdo

L ſe faceret ad cutim corporis, vt poſtea Ari[les] dicet, ſꝫ qm̃ humiditas, q̃ eſt ſudor, eſt corpus humidũ. g̃ niſi ſit penetratio corporis p corpus, opꝫ dare poros. ¶ P. Medici ex obſeruatiõe ſciũt aliquas medicĩas calefactiuas appoſitas apoſtematib᷒ cutiꝫ porificare, ⁊ ꝯuertere materiã in vapores, q exhalãt per poros, aliquas eẽ medicinas frigidas repcuſſiuas, q̃ poros cõſtringẽdo repcutiũt mãm ad īteriora, ꝯſtat aũt hoc fieri nõ poſſe niſi pori cutanei claudant̃, aliq intus aut ſiant, aut p antipiſtaſim dilatent̃, vt per eos mã defluxa retrocedat. g̃ oportet concedere poros, non tamẽ vt dixerũt Empedoclei propter paſſionem, vel rerum diuiſionem.

Tex. anti. cõmẽ. 194 ¶ Aliter aũt, hoc gñari mõ ſciſſis corporib᷒/ ĩcõueniẽs eſt. deſtruit eni hic ſermo, alterationẽ. Uidemus eni ideꝫ corpus ꝯtinuũ exiſtens, quãdoqꝫ qdeꝫ humidũ/quãdoqꝫ aũt

M coagulatum/nõ diuiſione ⁊ cõpõne hoc patiẽs/nec ꝯuerſione ⁊ tactu/ſicut ait Democritus. neqꝫ eni trãſductũ/ neqꝫ trãſpoſituꝫ/ neqꝫ tranſmutatum ſm naturam, coagulatũ ex humido generatum eſt. neqꝫ nunc ſũt dura ⁊ coagulata/indiuiſibilia tumoribus, ſed ſimiliter omne humidum, quandoqꝫ autem durum ⁊ coagulatum eſt.

Dilucida: te. c. eiuſdẽ. ¶ Actioneꝫ aũt illo mõ ineſſe ſimplr̃ pp corpora ipſa idiuidua, eſt icõueniens, rõ eni hęc alterationẽ iterimet, imo videmus ideꝫ corpus exiſtẽs ꝯtinuũ, humeſcere qdẽ interdũ. interdũ ꝟo areſcere, ⁊ nõ diuiſiõe, ⁊ cõpõne id pati, ſed nec conuerſione, ⁊ tactu, vt Democritus ait, qꝛ nec tranſlatuꝫ, neqꝫ trãſpoſitum ſm naturam areſactuꝫ ex humido fit, neqꝫ quę magnitudine indiuiſibilia ſunt. dura ſunt ⁊ arida, ſed ſimilr̃ totuꝫ humidũ eſt. interdum tñ durum eſt atqꝫ aridum. N

℄ Impoſſibile eni eſt aliqđ alterū alteri miſceri, ſicut dicūt quidā. Exiſtētibus eniꝫ adhuc miſtis/& nō alteratis/nō magis nunc miſta eſſe inquiūt q̄ꝫ prius, ſed ſilr ſe habere. altero aūt corrupto, nō miſta eſſe. ſed hoc q̄dem eſſe, hoc autem non eſſe. miſtionē autem ſimiliter habentium eſſe. Eodē aūt modo, & ſi ambobus conuenientibus/corruptū eſt miſtorum vtrūq;, non enim eſſe miſta, nullatenus exiſtentia.

C

Dilucida:
te. eiuſdē.
℄ Impoſſibile nāq; eſt alteruꝫ qōpiā alteri miſceri veluti qdā autumāt. remanentib⁹ q̄dē eni adhuc miſcibilib⁹ ipſis & non alteratis, nihil magis nūc q̄ꝫ prius miſceri fatent, imo eodē ſe habere mō. At altero corrupto, miſtura nō erit, ſed vnū qdē erit. Aliud nō erit. miſtura aūt eſt eoruꝫ quç pariter afficiūtur. Eodem xo modo & ſi ꝯcurrentib⁹ vtriſq;, vtrūq; miſcibile corrumperetur, miſceri eni nō dicunt, quç nullatenus remanent.

Com. 197.
D
℄ Quçſtio an res ſit, eſt ꝑma q̄ſtionū. 2ª poſterioꝝ. ꝑpea ꝑmo an miſtura ſit q̄rit. Auerroes autem videt velle q̄ Ari^les ꝑ quçrit q̄ ſint miſcibilia, & arguere videt q̄ non ſint res, q̄ nullatenus in miſtura afficiunt, q̄a tūc nō eſſet miſtura, ſed ꝯgregatio, neq; miſcibilia ita ſunt, vt vnum corrumpatur, alterum remaneat, quia miſtura eſt eoruꝫ quç pariter afficiuntur, neq; miſcibilia ſunt ea quç in miſtura corrumpuntur. nam nulla eſt miſtio eoruꝫ quç nō ſunt. Multa verba hic tranſtuli non ad ſignificationes, ſed ad ſenſum, quia grçca ſeries id expoſtulat, vt pꝫ grçcas literas degustantibus.

Recognes
℄ Sicut dicit Philoponus, an eſt, primum ꝓblema eſt, dubitat ergo Ari^les an miſtio ſit, & ꝓbat q̄ nō, q̄ꝛ neceſſe eſt, q̄ miſcent, quā ad minimū ſūt duo, aut vt vtraq; in miſtione ſeruent, aut vtraq; ꝑdant, aut alterū q̄dem ſeruetur, alteꝝ xo perdat, non eni eſt aliud mēbrū ꝑter hçc, Quare ſi nullo hoꝝ modoꝝ miſtio eſſe pōt, miſtio nihil erit, nō pōt ergo dici, q̄ vtraq; ſeruent, q̄ꝛ tūc nō eſſet miſtio, nō eni differrēt a priorib⁹, hoc eniꝫ mō nullūꝫ coꝝ eēt magis poſtea q̄ꝫ antea miſtū. Si xo vtraq; perdant, nec dici poſſent miſta, q̄ eni miſcent, opus eſt vt ſint, ad hoc, vt miſceant. Sin autē alteꝝ ſeruet, alterū perdat, hoc pacto nō pōt eſſe miſtio, q̄ꝛ opus eſt, q̄ ſint ea, q̄ miſcent. Sed in tali caſu, hoc q̄dem eē dr̄. ſ. qđ ſeruat. Hoc autē nō eſſe, qđ perdit. At miſtio eſt coꝝ, quç ſilr ſe hñt, & ſunt, vt dictum eſt. Nō eni ſi alteꝝ corrūpit, alterum ſeruat, ſilr ſe hñt & dixit ſm eūdem modū methodi, q̄ꝛ prius opiniones veteꝝ, deinde ꝓpa ponet, vel dixit hoc, q̄ꝛ prius dubitādo, & poſtea determinando vt eſt eius modus, hçc eſt dubitatio per quā videtur q̄ miſtio non ſit.

E

F

Tex. anti.
com. 198.
℄ Hic igit ſermo videtur determinādo q̄rere, qđ differt miſtio a gñatione & corruptione, & quid miſcibile a gñabili & corruptibili. Manifeſtum enim eſt q̄ oportet differre, ſi eſt miſtio. quapropter his exiſtentibus manifeſtis, quçſita ſoluentur vtiq;.

Dilucida:
te. eiuſdē.
℄ Sermo q̄deꝫ igit huiuſmodi q̄rere videt, quo miſtura ipſa a gñatiōe atq; corruptiōe diſcrepet, & quo miſcibile a gñabili atq; corruptibili. nam ſi quideꝫ ſit, pꝫ eaꝫ ab illis differre oportere, inſuperq; euidēter his ſtātibus, quç q̄rebantur, perſoluentur iam.

G
Cōm. 198.
℄ Pro ſolone qōnia ꝓximo moꝫ (vt dicit Auerro.) vna eſt ꝑcognitio. vꝫ. an miſtura a gñatione & corruptiōe diſcrepet, & miſcibile ab ipſo corruptibili. opꝫ enim h̄ ſupponere, hoc eſt q̄ differat, ſi ipſa miſtura ſit, eſtq; talis iquiſitionis vtilitas alia, q̄ diſa hac ꝑcepta. cçtera q̄ſita tollunt. & ſic ex hac ꝑcognitione duo habentur. vꝫ. rei veritas in ſe, & vtilitas ad cçtera q̄ſita. verba patent.

Recognes
℄ Oſtēdit qualis eſt hçc dubitatio, nam lꝫ hçc dubitatio ſit an ſit miſtio, tñ determinādo videt q̄rere alia q̄ſita, vt qđ differt miſtio a gñatione, & corruptiōe, & qđ miſcibile & gñabili & corruptibili. Cauſa aūt q̄re videt h̄ q̄rere hçc dubitatio eſt, q̄ꝛ miſtio videt differre a gñatione & corruptione, & miſcibile a gñabili & corruptibili. ergo (vt inq̄t) his exiſtētib⁹ manifeſtis. ſ. q̄ gñatio dñt a miſtione/& gñabile a miſcibili, q̄ſita accepta, & q̄ poſſunt accipi, ſoluent. Dixit autē notāter q̄ hic ſermo vr̄ quçrere determinādo hçc dñiam, q̄ꝛ ſermo ille directe quçrit an ſit miſtio. Uerū nō poteſt ſciri an miſtio ſit, niſi hçc determinentur.

Tex. anti.
cōmē. 199.
H
℄ At xo nec mām/igni miſceri dicim⁹, neq; miſceri cū ardet/neq; ipſam ſuis particulis/neq; igni. ſed ignem quidem generari, hanc autem corrumpi.

Dilucida:
te. c. eiuſdē.
℄ Uerūtamen neq; materiaꝫ igni miſceri dicimus, neq; miſceri cuꝫ cōburat, neq; ipſaꝫ ſeipſa particulis, neq; igni, ſed ignem quidē generari. ipſam autem corrumpi.

Com. 199.
℄ Qꝛ miſtura a gñatione differat. Primo probat. q̄a formā non dicimus miſceri materiç. & formam dicimus generari ex materia. igitur miſtura non eſt generatio. quaſi ſic arguat. ex forma & materia fit generatio. ex forma et

I materia nō fit miſtura.igitur in tertia figura miſtura nō eſt generatio,⁊ per conſequens neq; corruptio.De ratione tangit vim minoris rñ.⁊ verba patent.

Recognes ❡ Scōm Philoponuz Ariſ^les^ hic duo facit ſimul,qm̄ demōſtrat q̄ gñatio ⁊ corruptio differāt a miſtione,⁊ ponit exempla eoꝝ,q̄ ſuperius dicta ſunt.ſ.q̄ neq; vtriſq; corruptis eſt miſtio,neq; vtriſq; ſeruatis,neq; ſeruato altero.Exponit aūt Philoponus at vo/hoc eſt,neq;.n.ſcʒ mām cū igne miſtā eſſe dicimus.Nō enī miſcenī ligna cum igne,ſed corruptio qdez eſt lignoꝝ,gñatio vo ignis(vt īngt)At vo/hoc eſt,neq; enī mām cū igne miſceri dicimus.Cuꝰ cām affert,qm̄ ſupple,neq; dicimus lignū miſceri igni,cū ardet,ſed corrūpi,ignē vo gñari.⁊ hoc eē pōt exemplū eiꝰ.ſ.q̄ vno ſaluato,altero corrupto,nō fit miſtio.Scōo dicit,neq; ipſaʒ mām.ſ.lignū dicimus miſceri ſui p̄ticulis,⁊ hoc eſt exēplū eius,q̄ neq;
K vtriſq; corruptis fit miſtio.q.d.neq; dicimus lignū cuʒ ardet,miſceri ſuis p̄ticulis,ita vt ex ipſis fieri poſſit vna flāma,qm̄ particulę illę,⁊ lignū ipm̄ corrumpunī,ignis vo gñaī.verbū illud[neq; cū igne](vt Philoponus inquit)aut ſuꝑflue ponitᷣ,aut dʒ ſic itelligi,q̄ neq; p̄ticulę ligni miſcentur in flāma,ſicut neq; dicebamus illas miſceri cum igne.

Tex. anti. comē. 200. ❡ Scōm autem eūdem modum,nec corpori cibum.

Diluci da: te c. eiuſdē. ❡ Eodē vo mō nec corpori nutrimētuʒ.

Com. 200. ❡ Qz vo differat ab incremento,ſyllogiʒat ſic.ex nutrimento ⁊ corpore nutrito fit incremētum.ex nutrimento ⁊ corpore nutrito nō fit miſtura.igiſ miſtura nō eſt incrementum.De ratione tangit minorem rñ.

Recognes ❡ Fortaſſe hoc eſt exēplū etiā eius qȯ dixit q̄ miſtio nō eſt/hoc qdez ſaluato,illo vo corrupto.Uel fortaſſe per
L hoc vult innuere differentiam inter miſtionem ⁊ auctionem.vt Philoponus inquit.

Textꝰ anti. com. 201. ❡ Nec figurā cerę miſtā figurare tumorem.neq; corpus ⁊ albuʒ,neq; totaliter paſſiōes ⁊ habitus poſſibile eſt miſta eſſe rebus.ſaluata enim videnī.Sed tamen neq; albuʒ ⁊ diſciplinam contingit miſceri,nec aliud non ſeparabilium aliquod.

Diluci da: te c. eiuſdē. ❡ Neq; figurā cerę miſtā,neq; figurę corpꝰ miſtū,neq; corpus ⁊ albuʒ,neq; penitꝰ paſſiones ⁊ habitus miſceri poſſunt ſubiectis.
M nā ſaluari videnī,et neq; albū ⁊ diſciplinaʒ,neq; iſeparabiliū aliqȯ miſceri ꝯtingit.

Com. 201. ❡ Qz miſtura nō ſit alteratio,pbaī per īductionē.Primo/ga nō dicimus figurā cerę miſceri,neq; ꝯ corpus cerçū figurę miſceri.Scōo/neq; dicimus albuʒ ⁊ corpus miſceri in tertiō.Tertio/neq; dicimus paſſiōes,vt ſunt q̄litates paſſibiles,neq; habitus,vt diſpōnes,⁊ id genꝰ miſceri ſubiectis ſiue rebꝰ.cuius cām dicit,ga hęc eniʒ iſunt ſubiectis illęſa ac ſalua.Sʒ in miſtura miſcibilia aliqua ratione afficiuntur.quare hęc non miſcentur.Adhuc addit q̄ affectiones non poſſunt inuicem miſceri,neq; inſeparabilium aliquod,quandoquidem hęc ſaluata manent.miſcibilia vo aliquo modo afficiuntur.

Recognes ❡ Ponit exēpluʒ eoꝝ q̄ vtraq; ſaluanī,⁊ ſimul oſtēdit,q̄ miſtio nō eſt eoꝝ q̄ ſunt in ſubto,⁊ q̄ differat ab alteratione(vt Philoponus īngt)vñ dicit.Neq; figurā cerę dicimus tumorē miſtā figurare.q.d.q̄ cū tumor.ſ.ſigillū figurat figurā cerę,nō dicimus hoc fieri miſtione,

qm̄ eſt hoc qdez ſubtū,illud vo forma,neq; corpꝰ ⁊ albuʒ miſta eē dicimus/neq; oino paſſiones,⁊ habitus ſiue accidētia poſſibile eſt miſta eē rebꝰ.ſ.ſubtis.dixit paſſiones.ſ.corꝑeę,habitus vo aiales.⁊ cā eſt,qm̄ accidētia nō miſcenī ſubtis.Dicit etiā q̄ neq; albuʒ ⁊ diſciplina,neq; aliud iſeparabiliuʒ aliqȯ miſceri dicimus,⁊ eſt exēplū hoc eius,q̄ vtraq; ſaluanī.q.d.albū ⁊ diſciplina ⁊ ſi ſint in eodē ſubto.ſ.aiali,nō dicunī miſceri,⁊ iducit hoc exēplū(vt Philoponus īngt)ad demonſtrandū q̄ quę in eodē ſubto ſunt,miſceri nō pñt,cuʒ neq; faciunt, neq; patiunī adinuicē,⁊ ad demōſtrandū q̄ miſcibilia debēt eſſe ſeꝑabilia.Pōt aūt ad demōſtrādū hęc,exemplū accipi accōmodatius de flauo ⁊ʹ dulci,q̄ ſūt in melle(vt Philoponus īngt)⁊ non miſcentur,quoniam nec factiua ⁊ paſſiua ſunt,neq; ſeparabilia. N

❡ Sed hoc dicunt non bene,qui omnia quādoq; ſimul eſſe dicunt/⁊ miſta eſſe.non enī omne omni miſcibile eſt,ſʒ oportet exiſtere ſeparabile vtrūq; miſtorum.paſſionum autem nulla ſeparabilis. Textꝰ anti. cō. 202. O

❡ Dicunt tamen circa hoc non bene ⁊ omnia interdum ſimul eſſe profitentes,⁊ miſta eē,non enim quodlibet cuilibet miſcibile eſt,ſʒ eſſe oportet miſcibilium vtrūq; ſeparabile.paſſionum autem nulla ſeparatur. Diluci da: te c. eiuſdē.

❡ Ex his increpat Anaxagorā,q̄ omnia ſimul fuiſſe interdum,⁊ miſta,⁊ non excepit accidentia,nec affectus,⁊ errauit.nam omne miſcibile eſt ſeparabile.paſſiones nō ſunt ſeparabiles.igiī nō miſcibiles.⁊ ſic omnia ſimul fuiſſe,⁊ miſta,eſt falſum,ſaltem de affectionibus. Com. 202.

❡ Colligit Philoponus,q̄ ad hoc vt aliqua miſceantur, nō debent vtraq; ſaluari/neq; eē inſeꝑabilia,ſed per ſe ſubſiſtere poſſe.⁊ ob hanc rē neq; qualitas cū ſubto miſceī,qualitas enī nō ſeparabilis eſt,neq; forma cū materia neutrū enī ſeparabile eſt.Ex quibus haberi pōt qbꝰ ineſt miſtio.ſ.q̄ opus ſit,vt ipſa poſſint p ſe ſubſiſtere. Recognes P

❡ Qm̄ autē ſunt entiū hęc quidē potentia,hȩ autez actu,contingit miſta eſſe aliqualiter ⁊ nō eſſe/actu quidē exiſtente alio generato ex ipſis,potentia autem quid vtriuſq; eorum q̄ erant antecꝫ miſcerentur/⁊ non perdita.hoc autem ſermo quę ſiuit prius. Tex. anti. com. 203.

❡ Qm̄ aūt coꝝ quę ſunt,hęc qdē ſunt potentia.illa vo actu:ꝯtingit miſta,mō quodā eē ⁊ mō alio non eē.actu qdē eſt qȯ ex his gñaī alterꝝ.Potētia vo ſunt miſcibilia vtraq; ad id qȯ p̄habebant antecꝫ miſcerentur vel fruſtillarenī,q̄rebat eniʒ hoc ſermo prior. Diluci da: te c. eiuſdē. Q

❡ Ex his ſoluit ad qōnē.petebamus enī qualia miſta ſūt,⁊ qualia miſcibilia,declaratū eſt enī q̄ miſta nō ſūt corrupta per dñaʒ.vʒ.inter gñationē,⁊ miſturā,nec ſaluata actu penitus,per dñaʒ inter miſturā ⁊ alterationeʒ ⁊ auctionē.igiī miſta ſunt poᵃ,⁊ miſtū actu.miſtuʒ qdem eſt actu,ga ex miſtis gñatur,oē enī genitū actu eſt.miſta ſūt poᵃ,ga poſſunt effici ⁊ deduci ad illud qȯ p̄habebant,et ſic miſta ſunt in diſpōne media,⁊ ſic pʒ qualia ſint miſta vel miſcibilia ipſa,⁊ ſic tolliī q̄ſtio mota prius.vʒ.quę ⁊ qualia ſunt miſcibilia ⁊ miſta. ❡ Animaduerte q̄ textꝰ grecus ſi de verbo ad verbum interꝑtaretur,non eēt in- Cō. 203.

A telligibilis, ego ꝟo ad ſenſum ſic tranſtuli, non quidem mutando verbum, ſed orationē. ſi ꝟo capis ipm̄ inepte, quere tranſlationes veteres.

Recognes ¶ Soluit nūc q. ꝛ vult, ꝙ miſcibilia in miſto maneāt in potētia, nō autē actu, veꝝ per po^am nō eſt intelligendū (vt Philoponus ingt) ꝛ poſterius dicetur aptitudinē, q̄uo in igne po^a eſt aer, nec habitū, ſicut dormiēs eſt potentia geometra, ſed q̄ꝛ nō ſincere in miſto ſunt, ꝛ h̄ pacto aq̄ ꝛ vinū miſcenꝫ in tēperamēto. Utrūqꝫ enī in tēperamēto caſtigate agit, ita qdē vtraqꝫ po^a ſaluantur, actu ꝟo neutrū, naꝫ qd̄ ꝓfectū eſt, po^a quidē eſt vtrūqꝫ eoꝝ, ex q̄bus miſtū eſt, actu ꝟo neutrum, quare ſolutū eſt dubium. ſ. ꝙ partim quidem ſaluata ſunt, ea que miſta ſunt, partim ꝟo minime.

Tex. anti. cōmē. 204 ¶ Uidenꝫ autē que miſcenꝫ prius, ꝛ ex ſeparatis ꝯueniētia, ꝛ poſſia ſepari rurſus. Neqꝫ

B manēt igiꝫ actu/vt corpus ꝛ albū, neqꝫ corrūpūꝫ, neqꝫ alterū, neqꝫ ambo. ſaluaꝫ enī potentia eoꝝ. Ideo hec qdē relinquenꝫ.

Dilucida. te. c. eiuſdē. ¶ Uidenꝫ autē miſta ex ſeparatis prius coire, ꝛ ſeparari rurſus poſſibilia. igiꝫ nec actu remanēt, veluti corpus ꝛ albū nec corrūpūtur alterū vel ambo. remanet enī ipſoꝝ potentia, ideo hec quidem remanent.

Cō. 204. ¶ Nūc quaſi ad formā qōnis reſpōdet. Arguebaꝫ enim ſi miſcibilia ſint, vel entia, vel non entia. Rūdet dicens. Q miſta ſunt actu ꝛ po^a. ſunt quidem actu, q̄ aliquātulum eſſe habent i miſto ipſo. potentia ꝟo, pro quāto virtus eoꝝ ſaluatur in miſtura, ꝛ que dicit patent.

C ¶ Exponit quaſi ſolōnē datā (vt Philoponus innuit) ꝛ dicit. Uidenꝫ aūt que miſcenꝫ ꝛ ex prius ſeparatis conuenientia, ꝛ poſſibilia ſepari rurſus. q. d. his miſtio ineſt, q̄ quidē ꝛ ipſa ꝑ ſeipſa ꝑexiſtebāt, ꝛ poſt miſtionē ēt ſeparari ſunt apta ꝑ nām. Exponit aūt Philoponus hec dupliciter. Uno mō, ꝙ miſta ſint, nō que oīno ac ꝑfectā in miſtura formā perdāt, ſed ſolūmō ſincerā, quā ꝑfecte integrā rurſus ac ꝓpriā aſſumere poſſunt, vt de miſtura vini ꝛ aq̄, vbi aqua ꝛ vinū ſolū ſincerā formā ꝑdūt, non tñ oīno, q̄ꝛ iterū poſſunt illā aſſumere, vt ſolet fieri diuiſio ꝑ quedā modū artificialē. Et ſm̄ hāc expōnē Philoponus velle videꝫ, ꝙ elīta remaneāt in eſſe remiſſo, nō ſimpl'r corrupto, q̄ꝛ rurſus poſſunt fieri ꝑfecta, ꝛ intēſa, vt eſt opīo Auer. Aliter velle videꝫ, ꝙ miſta ſint illa, q̄ prius fuerūt ſepata, ꝛ poſtea poſſunt ſepari non ꝙ ipſa poſſint ꝑfici, q̄ꝛ ſunt actu corrupta, ſꝫ q̄ꝛ ſūt apta nata ſepari quātū eſt ex ſe, ꝛ ſic velle videꝫ ꝙ elīta nō

D manēt in eē remiſſo in miſto, ſed ſolū in aptitudine, q̄ꝛ ex miſto ſunt apta fieri elīta. Ideo ꝯcludit Ari^les neqꝫ manēt igiꝫ actu, vt corpus ꝛ albū, neqꝫ corrūpunꝫ, neqꝫ alteꝝ, neqꝫ ambo, ꝛ ſic differt ab alteratione, ꝛ a gn̄atione. Saluaꝫ enī po^a eoꝝ i miſto, vel q̄ꝛ in miſto nō ſunt ſincere ꝛ ſm̄ eē perfectū, vt p̄ma expō Philoponi diꝫ, vel q̄ꝛ ex miſto fieri poſſunt elementa vt ſecūda expoſitio intelligit, ideo (vt inquit) hec quidem relinquātur, que de dubitatione mota ſunt.

Tex. anti. cōmē. 205. ¶ Cōtinuā autē his q̄ſtionem diuidēdum, vtrū ne miſtio ad ſenſū aliqd ſit, vt quando ita in parua diuidūꝫ q̄ miſcenꝫ, ꝛ ponūtur hoc modo adinuicem/vt nō manifeſtū vnūquodqꝫ ſit ſenſui, tūc miſta ſunt.

Dilucida. te. c. eiuſdē. ¶ Sed his annexa dubitatio ꝑtractanda eſt, vtrū miſtura ſit aliquid ad ſenſū: Quādo

E enī miſcibilia ita in minima frāgunꝫ ꝛ iuxta ſe ponuntur mō tali, vt ſingulū ſeorſum eē ſenſu non diſcernatur, tunc miſcentur.

Cōm. 205. ¶ Iuxta qōnē p̄ncipalē ſolutā, petit vtrū miſtura ſit aliquid hoc eſt vnio ad ſenſum: verbū illud annexa/grece eſt ſynechės/latine ꝯtinua, ſed ad ſenſū trāſtuli. verbū illud ꝑtractāda/grece eſt diçreteon/hoc eſt dicēdū clarius tractāda. Arguit ad partē affirmatiuā, ꝛ ſumit quaſi vim maioris. q. d. Quādo enī miſcibilia ita in minima, vel parua (magis iuxta grecū) frāgunꝫ, ꝛ ita iuxta ſe ponuntur, mō. vꝫ. tali, vt vnūquodqꝫ. ſubaudi ſeorſū eē ſenſu non diſcernatur, tunc miſcētur. adde minorē, ſꝫ in vniōe minimorum ad ſenſum eſt eiuſmodi. igitur miſtura eſt vnio ad ſenſum, verbum illud grece delon/latine feci diſcernatur, vt clarius eſſet.

F Recognes ¶ Mouet nūc dubitationē annexā his (vt Philoponꝰ exponit) qd nā ſit miſtio, ſunt enī duo modi miſtionis, p̄mus ꝙ miſtio ſit ꝑticularū minimaꝝ vnio ad tantā ꝑuitatē reductaꝝ, vt nō diſcernaꝫ aliud ab alio, vt cū farina tritici cū farina ordei miſceꝫ. Aliꝰ modus eſt, ꝙ miſtio ſit eoꝝ adinuicē taliter vnitoꝝ, vt qdcūqꝫ vnius tāgat qdcunqꝫ alterius, vt lateres in theatro. q. d. ſcd̄s modus eſt, nō quādo multa ſil' ordea tāgūt multa tritici, ſꝫ quādo ita miſcenꝫ, ꝙ vnūqdqꝫ tangit vnūqdqꝫ, vt in lateres in theatro. vñ dicit. Cōtinuā aūt his qōnē diuidēdā, hoc eſt determinādū, vel dixit diuidēdū (vt Philoponus ingt) ꝙ q̄ ſi ꝑ diuiſionē dubitāda ſit. nā q̄rit quid ſit miſtio, ꝛ deducit ſermonē ꝑ diuiſionē. vtrū ne miſtio

G ad ſenſū aliqd ſit, vt quando ita in ꝑua diuidunꝫ q̄ miſcenꝫ ꝛ ponunꝫ hoc mō adinicē, vt nō manifeſtū ſit ſenſui vnūquodqꝫ, tūc ſint miſta. Eſt ergo primus modus, vtrum miſtio ſit vnio corpoꝝ paruorum, quoꝝ nullū per ſe ſenſum diſcernere poteſt.

Tex. anti. cōmē. 206. ¶ Aut non eſt, ſed eſt vt q̄cūqꝫ ſecus q̄cūqꝫ ſit particulā miſtoꝝ: Diciꝫ igiꝫ illo mō, ꝟbi gratia ordeū miſtū eſſe frumēto, quādo qdcunqꝫ ſecus quodcūqꝫ ponetur.

Dilucida. te. c. eiuſdē. ¶ Aut non, ſed eſt quādo q̄libet pars eorū q̄ miſcentur, eſt iuxta qualibet. dicitur quidē igitur illud, hoc eſt ordeum miſceri tritico, quoties quodlibet iuxta quodlibet poniꝫ.

Cōm. 206. ¶ Reſpōdet ad dubitationē per poſitionē alioꝝ, quod notat illa particula, aut que eſt nota ſolōnis non certe (ꝛ inquit) Aut non, hoc eſt miſtura nō eſt oīum paruoꝝ ad ſenſum, ſed tum eſt miſtura, quādo q̄libet pars eorū q̄ miſcentur eſt iuxta qualibet, hoc eſt quando quodlibet vnius tangit quodlibet alterius, ꝓpter quod infert. dicitur quidem igitur illud, hoc eſt ordeum miſceri tritico,

H quoties quodlibet iuxta quodlibet poniꝫ, ꝛ ſic nō ſufficit vt tm̄ ſenſu nō diſcernatur vnūquodqꝫ, imo oportet vt quodlibet vnius ſit cum quolibet alterius.

Recognes ¶ Hic tangit 2^m modum, quo qs pōt dicere eſſe miſtionem, ꝙ ſit vnio multoꝝ ſic ſe habētium, qd̄ vnūquodqꝫ tangat, vel iuſtaponaꝫ alteri, ſiue illa ſint minima inſenſibilia, vel ſenſibilia (ꝛ ingt) Aut non eſt miſtio illo mō, ſed eſt, vt quecūqꝫ ſecus quācūqꝫ ſit particulā miſtorū, ita. ſ. vt taliter vniāꝫ, ꝙ vnūquodqꝫ ponaꝫ iuſta alterū, ſiue ſint parua, ſiue magna. Tūc ponit exēpla ꝛ inquit. diciꝫ igiꝫ illo mō, ꝟbi grā ordeum miſtum frumēto, quando quodcūqꝫ granum ordei tangit quodcunqꝫ granum frumenti. Et ſꝫ Philoponus velit hec exēplū

I ¶ eſſe primi modi, mihi videt̃, ꝙ ſit ſecūdi modi.

Tex. anti. cōmē. 207 ¶ Si aūt eſt oē corpus diuiſibile, ſiqdē ⁊ eſt corpus corpori miſcibile, homeomerā quā‑cūqꝫ vtiqꝫ oportebit partez fieri ſecus quā‑cūqꝫ. Qm̄ autē nō eſt in minima diuidi, nec cōpoſitio idē quod ⁊ miſtio, ſed aliud, manifeſtum eſt ꝙ neqꝫ ſm parua ſaluata oportet que miſcentur dicere miſta eſſe. compoſitio enim erit, ⁊ non craſis nec miſtio.

Dilucida. te. c. eiuſdē. ¶ Si ṽo corpus oē diuiſibile eſt, ſiqdem eſt ⁊ ſimilare corpus corpori miſcibile, partem vtiqꝫ vnāquāqꝫ iuſta vnāquāqꝫ fieri opor‑tebit, qm̄ autē nō eſt in minima diuiſibile, ⁊

K neqꝫ miſtura idē eſt quod cōpoſitio ſꝫ aliō. perſpicuū erit ꝙ nec ſm parua ſaluata opꝫ dicere miſcibilia miſceri, eſſet enī cōpoſitio ⁊ non contemperatio, neqꝫ miſtio.

Com. 207. ¶ Soluit ad dubitationē ſm poſitionē alioꝝ, nūc ſoluit ad illā ſm ꝓpriā poſitionē. ⁊ ꝯclo textus hec eſt. ſꝫ ꝑua ſaluata nō eſt miſtura, q̄ eſt ꝑma ſuppoſitio. ⁊ arguit hypothetice ſic. ſi corpora ſūt diuiſibilia in minima, miſtura eſt ſm parua ſaluata, deſtruit añs, ſꝫ corpora nō ſunt diuiſibilia in minima. igit̃ miſtura nō eſt ſm ꝑua ſaluata (inqt) Si ṽo corpus oē diuiſibile eſt. ſubaudi in minimis, ſiqdē eſt ⁊ ſimilare corpus corpori miſcibile, partez vtiqꝫ vnāqnāqꝫ iuſta vnāquāqꝫ fieri oportebit. i. miſtu‑

L ra erit ſm ꝑua ſaluata, ⁊ qa qs poſſet dicere corpus eſſe diuiſibile in minima, nō aūt miſcibile niſi cū corpore alterius ſpēi, vt rōnē faceret vlem, adijcit, ſiqdē eſt ⁊ ſimilare corpus corpori miſcibile. Tūc deſtruit añs. d. Qm̄ aūt nō eſt in minima diuiſibile, ⁊ neqꝫ miſtura idem eſt qꝺ cōpoſitio, ſfert opp.m ꝯñtis. d. perſpicuū erit ꝙ nec ſꝫ parua ſaluata opꝫ dicere miſcibilia miſceri. cui⁹ rōnem ſubſcribit. d. eēt enī cōpoſitio, ⁊ nō cōtēperatio neqꝫ miſtura. hec eſt ꝑma ſuppoſitio. Uerbū craſis apō ineptos

Craſis qd. eſt cōplexio, trāſtuli tñ ꝯtēperatio. ¶ Sꝫ circa hanc rōnem eſt dubitatio de forma, qa ab oppoſito ꝯñtis nō infert̃ oppoſitū ꝯñtis, vt dī 2° topicoꝝ. Scḋo de mā, quia videt̃ ꝙ oē corpus ſit diuiſibile in minima, qm̄ cōpetit corpori, vt nāle eſt, ⁊ ſic videt̃ minor falſa, q̄ fuit oppo.m ꝯñtis. Dici pōt (vt ex verbis Auer. colligi pōt) ꝙ duplex eſt miſtura. ſ. quātitatiua ⁊ q̄litatiua, miſtura quantitatiua eſt vnio corpoꝝ minimoꝝ, ⁊ ſaluatoꝝ. at miſtura q̄li‑

M tatiua eſt miſtura reꝝ alteratoꝝ, vt dicemus. vult igitur Auer. ꝙ Ari.les velit ꝙ cōpoſitio minimoꝝ nō ſit miſtura ꝓprie ⁊ qualitatiue, ſed large. ¶ Tūc ad dubitatiōes dicerē, vt colligit̃. 7. phyſico. cō. 6. ꝙ in terminis cōuertibilib⁹ argui pōt deſtructiue, ⁊ ꝯſtructiue. ꝑ ꝯñtiā in ipſo 2° topicoꝝ. mō iſti termini ꝯuertunt̃. vꝫ eē diuiſibile in parua, ⁊ eē miſcibile paruis ſaluatis. ¶ Et ſic pꝫ ad ꝑm. ¶ Ad 2m dicendū, ꝙ omne corpus phyſicū ſua natura eſt diuiſibile in minima, non tamen oportet vt in miſtura ſemꝑ diuidatur, ⁊ hoc Ariſtoteles intelligit.

Recognes ¶ Scḋm Philoponū hic Ari.les redarguit hos miſtionis modos, ⁊ accipit duo ꝓloquia, quoꝝ primum eſt, ꝙ oē corpus eſt diuiſibile in īfinitū. Scḋm ṽo, ꝙ miſtio eſt aliud a cōpoſitione. ꝑmum ꝓloquiū accepit, vt demonſtratū in phyſicis, 2m ṽo ſumit, vt per ſe notuꝫ, ⁊ de cōībuſdam cō ſenſu. His ꝯ ſtantib⁹ redarguit illos miſtionis modos, ꝑmo ꝓbādo ꝙ nō ſit miſtio appōne minimoꝝ vel quoꝝcūqꝫ corpoꝝ inuicē, ⁊ vtit̃ ſyllis hypotheticis. primus ſylls eſt, ſi aūt oē corpus eſt cōtinuū ⁊ diuiſibile in īfinitū, hoc fuit ꝓloquiū, ⁊ ſi eſt corpus corpori miſcibile, vt primus ⁊ ſcḋs modus miſtionis dicit, homeomerā quācūqꝫ ꝑtez vtiqꝫ oportebit fieri ſec⁹ quācūqꝫ, hoc eſt oīs pars oī ꝑti homeomera fiet, qꝺ eſt abſurdū, nō enī cum corpus corpori miſcet̃ pōt oīs pars oī parti fieri homeomera, niſi penetratio fieret. ¶ P. Dato ꝙ nō fieret penetratio, adhuc nō q̄libet pars miſti eēt miſta, qm̄ non corpus qꝺ miſcet̃, erit miſtū. Scḋs ſylls ē, qm̄ autē nō eſt in minima diuidi, ſed oē corpus eſt diuiſibile in īfinitum, vt primū ꝓloquiū dicit, nec cōpoſitio eſt idē qꝺ miſtio, vt 2m ꝓloquiū dicit. Manifeſtum eſt ꝙ neqꝫ ſm parua ſaluata (vt dicit ꝑmus modus) opꝫ q̄ miſcent̃, dicere miſta eē, qm̄ (vt inquit) cōpoſitio atqꝫ iuſtapoſitio erit, ⁊ non craſis, nec miſtio. N

O ¶ Neqꝫ habebit eandē rōnē cū toto ps. Dicimus aūt ſiqdeꝫ opꝫ miſtum eſt aliqd miſtum homeomerū eſſe. ⁊ quemadmodū aq̄ pars aqua, ita ⁊ temperati. Tex.9 anti. com. 208.

¶ Neqꝫ pars ſm rōnē eādeꝫ ſe habebit toti. dicimus aūt, ſiqdem miſtionem oportet eē aliquid, miſcibile ſimilare eſſe, ⁊ veluti pars aque aqua eſt, ſic contemperari. Dilucida. te. c. eiuſdē.

¶ Scḋo arguit ad eandē ſuppōnē ſic. Si miſtio eſt compoſitio ſm minima ſaluata oīno, tūc totū ⁊ ps nō eſſent eiuſdē rōnis in miſtura. ꝓbat̃. qa minimū eſt corpus aliquātum, ⁊ tāgit ſuū cōpar nō per q̄libet ſui. igit̃ ſm ꝑtez, quare pars eius miſcibilis eſt, ⁊ nō totū. igit̃ ratione differūt pars ⁊ totū, ⁊ q̄ dicit, patet. ¶ Aduertendū ꝙ minimū nāle eſt qꝺdaꝫ totū quātitatiuū, cū ſit quantū, ⁊ per ꝯñs hꝫ ꝑtes, certū eſt ꝙ quādo cū alijs miſcet̃ minimis, nō tangit̃ ab illis ſm ſe, ⁊ q̄libet ſui, qa tunc eēt penetratio corpoꝝ, q̄re eius pars eſt miſcibilis, ⁊ totū nō. ⁊ ſic totū erit alteri⁹ rōnis a ꝑtib⁹. ¶ Aduerte 2° ꝙ ſi totū minimū ſit toti minimo miſcibile. adhuc totū eēt alterū a ꝑtib⁹. naꝫ totū qꝺ ſecabat̃ in minima erit alteri⁹ rōnis a minimis, cū minima ſint miſcibilia, ⁊ totū non. Com. 208. P

¶ Preterea argumētat̃ 3° ſyllo hypothetico (⁊ inqt) Si ſubaudi miſtio eſt minimoꝝ corpoꝝ, neqꝫ habebit eandeꝫ rōnē cū toto pars, hoc eſt ſeqtur ꝙ nō q̄libet ps miſti erit miſta. tūc deſtruit ꝯñs, ⁊ dicit. Dicimus autē ſiqdem opꝫ miſtū eſſe aliqd, miſtū homeomeruꝫ eē, hꝺ eſt, ꝙ quēadmodū pars aque eſt aqua, ita ps temperati ac miſti eſt tēperata ac miſta. Cōſequentiā autē ꝓbat Philoponus, quoniam minimum vnūquodqꝫ eſt miſti ps, ⁊ tamen non eſt miſtum. Recognes

¶ Si autem ſm parua cōpoſitio eēt miſtio, nihil ꝯtigeret hoꝝ, ſꝫ ſoluꝫ qdē miſta ad ſenſuꝫ. ⁊ idē huic qdē miſtuꝫ, ſi nō videt qs acute. Lynceo autez non miſtuꝫ videbitur. Tex. anti. com. 209. Q

¶ Si aūt ſm parua cōpoſitio eſt miſtura, nihil hoꝝ contingeret, ſed tm̄ ad ſenſum miſta eſſe, ⁊ idem. hinc quidem eſſe miſtuꝫ, ſi non acute videt. Lynci ṽo non miſtum. Dilucida. te. c. eiuſdē.

¶ Tertio arguit. ſi miſtura eſſet cōpoſitio minimoꝝ ſaluatoꝝ, tūc miſtura eēt ad ſenſum, ⁊ ſi ad ſenſuꝫ tūc ſimpliciter nihil eēt miſtū, at in reſpectu, vt reſpectu īfirme viſiōis miſtum, reſpectu lyncis nō miſtū. Ṽba patēt. Com. 209.

¶ In cōmentarijs hic ſignat̃ tertia rō ſiue quarta. verum ſm Philoponuꝫ, hic remouet̃ q̄ſi dubitatio, qm̄ poſſet dici, ꝙ miſtū non eſt homeomerū, ⁊ ſic nō opꝫ ꝙ q̄libet Recognes

pars

A pars miſti ſit miſta. Contra obijcit, quoniam ſi totū miſtum non eſt homeomerum, tunc miſtio eēt apparēs, et nō exñs, ⁊ ſic lynceo non erit miſtio.

Tex. anti. comē. 210. ¶ Neqꝫ diuiſiōe, vt quecunqꝫ ps ſecus quācūqꝫ ſit. impoſſibile enī, ita diuidi. Aut igit̄ non erit miſtio, aut dicēdum hoc, quomodo contingit fieri, rurſus.

Dilucida: te.c.eiuſdē. ¶ Neqꝫ diuiſiōe ſic vt q̄lꝫ ps quālꝫ iuxta ſit. nā eſt ipoſſe ſic diuidere. igit̄ aut nō ē miſtura, aut dōm rurſus q̄ūo ꝯtingat fieri illud.

Com. 210. ¶ Quarto arguit. nihil pōt diuidi ſic, vt qōlꝫ vnius ꝯtangat qōlꝫ alteri⁹. igit̄ miſtura nō eſt aggregatio minimorū ſaluatoꝝ. añs pꝫ. qa tūc eēt penetratio, ħ enī eſt penetratio qſi qōlibꝫ vni⁹ eſt iuxta qōlꝫ alteri⁹. ꝯñtia pꝫ. nam
B aliter miſtura eēt iuxtapoſitio, ⁊ nō pfecta vnio, ⁊ ſic pꝫ hęc ſuppō. vꝫ. ꝙ miſtura nō eſt vnio minimoꝝ ſaluatorū, ex hac ſuppōne ꝓcedit ad veraꝫ ſolutionē dubōnis, ⁊ pmo repetit vim dubōnis. d. Igit̄ aut non eſt miſtura, aut dicendum rurſus quo modo cōtingat fieri illud.

Recogñes ¶ Poſtq̄ꝫ probauit ꝙ miſtio non ſit appoſitione, nūc ꝓbat ꝙ nō ſit diuiſiōe (⁊ inqt) Neqꝫ miſtio fieri pōt diuiſiōe, ħ pacto. ſ. vt qōcūqꝫ miſtoꝝ ſit iuxta qōcūqꝫ, qꝛ ħ fieri nō pōt, niſi miſcibilia ſint diuiſa ad minima, mō hoc eſt impoſſibile corpora ita diuidi, cum ſint in infinitum diuiſibilia. Hęc Philoponus.

Tex. anti. com. 211. ¶ Sūt itaqꝫ (vt diximus) entiū hęc qdeꝫ factiua, hęc aūt ab his paſſiua. Hęc igit̄ cōuertunt̄, quoꝝ eadē mā eſt, ⁊ factiua adinuiceꝫ ⁊ paſſiua abinuicē. hęc aūt faciunt, ipaſſibilia exiſtētia, quoꝝ nō eſt eadē mā. Hoꝝ igit̄, nō
C eſt miſtio. Ideo neqꝫ medicinalis facit ſanitatē, neqꝫ ſanitas miſta corporibus.

Dilucida: te.c.eiuſdē. ¶ Sunt itaqꝫ (vt dixim⁹) entiū, hęc qdē actiua. illa vō ab his paſſiua. ꝯuertunt̄ qdē igit̄ ea, quoꝝcūqꝫ eadē eſt mā, ħ eſt actiua ſunt inuicē, ⁊ ab alijs paſſiua. agūt aūt impaſſibilia exiſtentia ea, quoꝝcūqꝫ materia non eſt eadem. horum quidem igitur non eſt miſtura, propter quod cum medicinalis ſanitateꝫ agat, ſanitas corporibus nō miſta eſt.

Cōm. 211. ¶ Cępit ſoluere ſm pōnē ꝓpriā, nūc exeqtur, ⁊ p̄ petit ꝙ miſtura nō ē coꝝ, q̄ nō reciproce agūt ⁊ patiunt̄. Ad hāc petitionē declādā ſumit ꝙ actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ q̄dā cōueniūt in mā, q̄dā differūt mā, tūc vult miſturaꝫ nō eſſe
D coꝝ, quę in mā non cōicant. ⁊ verba patent.

Recogñes ¶ Reprobatis modis falſis de ipſa miſtiōe, nunc tranſit ad ꝓpriū modū. ⁊ ex cōmētarijs, q̄ dicit. clara ſūt. Philopon⁹ tñ vult, vt Ari^{les} dicat qd ſit miſtio, ⁊ quoꝝ. vba tñ vltima obſcura ſunt (cū inqt) [Ideo neqꝫ medicialis facit ſanitatē, neqꝫ ſanitas miſta corporib⁹] itelligit Philopon⁹, ideo neqꝫ ars medica facit ſanitatē in corporibus ſubaudi miſcēdo ſe corporib⁹, qꝛ dato ꝙ faceret i corporib⁹ ſanitatē, nō pp ħ diceret̄ miſta corpib⁹, qꝛ nō cōtra patit̄ a corporib⁹, neqꝫ ſanitas ē miſta corpib⁹. ſ. ſi faceret in corpore ſanitatē, qꝛ nō cōtrapatit̄. Aut forte verba corrupte legunt̄ ⁊ debent ſic legi, neqꝫ medicinalis faciēs ſanitatē eſt miſta ſanitati in corpibus, qō mihi magis placet. Ex his vult hēre, ꝙ miſtio nō ē coꝝ q̄ inuicē nō faciūt ⁊ repatiūt̄, qō eſt p̄ ſuppō in cōmētarijs.

¶ Factiuoꝝ aūt ⁊ paſſiuoꝝ q̄cūqꝫ ſunt facile diuiſibilia, multa qdē paucis ⁊ magna ꝑuis cōpoſita nō faciūt miſtionē, ſꝫ augumentationem dominantis. tranſmutatur enīꝫ alteruꝫ, in dominans. Ideo gutta vini, decies mille amphoris aq̄ nō miſcetur. ſoluit̄ enim ſpēs, ⁊ tranſmutatur in omnem aquaꝫ. B Tex. anti. com. 212.

¶ Actiuoꝝ aūt ⁊ paſſiuoꝝ q̄cūqꝫ facile diuidunt̄, multa qdē paucis ⁊ magna ꝑuis cōpoſita, miſturā nō efficiūt, ſꝫ p̄dominātis incremētū, ꝯuertit̄ enī alteꝝ in p̄dominās vt vini ſtilla inumeris aq̄ amphoris nō miſcet̄. ſpecies enī euaneſcit, totūqꝫ in aquā ꝯuertit̄. Dilucida: te.c. eiuſdē.

¶ Scdo petit ꝙ nō miſcēt̄, q̄ diuo magnitudib⁹ ⁊ potentijs nō ſūt ꝓportiōata, dclat ꝑ ex^{m}, qa ſtilla vini non miſcet̄ in multa aq̄, ſed in illā ꝯuertit̄, qa ſua forma euaneſcit, ⁊ mā ꝯuertit̄ in ſubaꝫ aq̄ (inqt) Actiuoꝝ aūt ⁊ paſſiuoꝝ q̄cūqꝫ facile diuidunt̄. multa qdē paucis, hoc ē plura corporeitate paucis corporeitate, ⁊ magna vtute paruis virtute non miſcentur, cętera patent. F Com. 212.

¶ Scdꝫ Philoponū hucuſqꝫ Ari^{les}, dixit qd ſit miſtio, ⁊ quoꝝ, qꝛ coꝝ q̄ ſūt eiuſdē mãę. Sꝫ qꝛ nō oīa, q̄ ſunt eiuſdē mãę miſcēt̄, nō enī lapis, ⁊ lignū miſcibilia ſt, iō vult dclare, q̄ miſcibilia ſūt coꝝ. q̄ ſt eiuſdē mãę. Et exponit eē q̄ facile diuiſibilia ſūt, ħ ē, q̄ hñ termiabilia ſūt, hñ aūt termiabilia ſūt hūida. q̄ vult dclare, q̄ pacto humida ſint miſcibilia, ⁊ ħ ē expō Philoponi, vex in cōmētarijs ponit̄ optima expō, quā lege. At ſm Philoponū Ari^{les} vult humida eē miſcibilia, cum ſint ꝓportiōata, ita vt alterū in alterū facere poſſit, ⁊ ecōtrario ab illo pati, taliter, vt non conuertat̄ in dominans. Recogñes G

¶ Qñ aūt potentijs adęquant̄ aliqualr, tunc trāſmutat̄ vtrūqꝫ in dñans ex ſui ipſi⁹ nā. nō generat̄ aūt alterum, ſed medium cōmune. Tex. anti. comē. 213.

¶ Qñ aūt aliq̄ rōne coęquant̄, tūc trāſmutat̄ qdē vtrūqꝫ ex ſua nā in mediū ſm p̄dñiū alteri⁹ neqꝫ alteꝝ efficit̄, ſed mediū ⁊ cōe. Dilucida: te.c. eiuſdē.

¶ Petit 3° ꝙ miſcibilia ſint ſꝫ po^{as} ꝓportiōabilia, ħ eſt nec ęq potētia nec ſic ꝙ aliō ex toto p̄dñet̄, ſꝫ ꝓportione q̄dā coęq̄ta, ħ q̄ dicem⁹ illō vbū i me^{m} ſꝫ p̄dñiū alteri⁹, grece ē cra tonn, latine p̄dñans, ſꝫ ſic nō ſonat, ꝓpea illo mō trāſtuli. ¶ Ex his trib⁹ petitiōib⁹ pꝫ ſolō qōnis ānexe, vtrū. vꝫ. miſtura ſit vnio ad ſenſuꝫ. pꝫ ꝙ nō vnio q̄ntitatiua, ſed qualitatiua, ꝯſurgens. ſ. ex actione ⁊ reactiōe, ⁊ fractiōe miſcibiliū inuicē. Hęc de qōne annexa. Com. 213. H

¶ Cępit declare miſtionē eē hūidoꝝ. ⁊ dixit, eē hūidoꝝ nō quoꝝcūqꝫ, qꝛ nō coꝝ, quoꝝ alteꝝ penit⁹ alterum exupat, qꝛ ſic nō miſtio, ſꝫ auctio vl̄ corruptio eēt, nūc addit, ꝙ ſit coꝝ, quoꝝ alteꝝ ad alteꝝ ē exceſſiuū, ſꝫ ſi q̄ illō exupat, ſꝫ q̄ pñt ſil̄ ſtare i 3° medio ex vtriſqꝫ ꝯpo^{to}, ⁊ hęc eſt Philoponi expoſitio. ideo concludit ꝙ manifeſtum ſit, quęcunqꝫ facientium contrarietatem habēt, hęc. ſ. quę humida ſunt, ⁊ alterum exuperat alteruꝫ non omnino, ſed aliquo modo ſunt miſcibilia, quoniam hęc ſunt inuiceꝫ paſſiua. Quo vō ad verba attinet, dixit aliqualiter [quoniam oportet vt alterum exuperat alterū non omnino, ſed aliquo modo, vt dictum eſt. Ex hoc loco colligi videtur, ꝙ contraria non poſſunt eſſe ęqualia in miſto, ⁊ ſic nō datur ęquale ad pondus. Recogñes

¶ Manifeſtū eſt igitur ꝙ hęc miſcibilia ſūt, Tex. anti. com. 214.

I ꝗcunqȝ facictiū/contrarietatem habent.hec
enim ſunt abinuicem paſſiua.

Dilucida᷑ te.c.eiuſdē. ¶ Manifeſtum igit̄ eſt hec eſſe miſcibilia,ꝗ/
cūqȝ eorum que agunt contrarietatem hn̄t.
nam hec ſunt abinuicem paſſiua.

Cō.214. ¶ Soluit in gn̄ali ꝗ ſint miſcibilia,⁊ qōnē annexā.vȝ.an
miſtura ſit ad ſenſuȝ,nūc in ſpāli redit ad declarādūȝ ꝗ
ſint miſcibilia,⁊ vult miſcibilia eē,ꝗcūqȝ ſt ɔ̄ria,⁊ actiua
⁊ paſſiua.nā h̄ ſūt paſſiua abinuicē,⁊ p ɔ̄ñs miſcibilia.

Tex.anti. cōmē. 215. ¶ Et parua autem ſecus parua poſita,miſcē/
tur magis.facilius enim in ſeinuicem ⁊ citi⁹
tranſeunt.multum autē/⁊ a multo, tardius
hoc operatur.Ideo ⁊ bene determinabilia
diuiſibilium ⁊ paſſiuoruȝ,miſcibilia ſunt.di
K uiduntur enim in parua hec facilius.hoc.n.
erat bn̄ dterminabilis eē. Vbi grā.hūida, mi/
ſcibilia maxie corpoꝝ.bn̄ determinabile eni,
maxie hūidū diuiſibiliū/ſi n̄ viſcoſū ſit.Hec
eni ãpliorē vtiqȝ ⁊ maiorē tumorē faciūt.

Dilucida᷑ te.c.eiuſdē. ¶ Parua autē ⁊ paruis iuxtapoſita miſcē/
tur magis,facile enim ⁊ magis inuicem con
uertuntur.multum autem a multo tardius
agit illud.Ideo miſcibilia ea diuiſibilium ⁊
paſſiuoruȝ ſunt,que bene terminabilia ſunt,
quando quidem illa facilius in parua diui/
duntur.Nam hec eſt eius quod bene deter/
minabile eſt,ratio.veluti corporuȝ humida
maxime miſcibilia ſunt,quia humidum co/
ruȝ que diuiſibilia ſunt,maxime bene termi/
L nabile eſt,niſi viſcoſum ſit.facerent eni hec
maiorem iam ⁊ ampliorem tumorem.

Com.215. ¶ Que ſint bene ⁊ facile miſcibilia nūc declarat.d.Par/
ua autem ⁊ paruis iuxtapoſita, miſcentur magis. cuius
cauſam adijcit.Facile enim ⁊ magis inuicem conuertū/
tur.multum enim a multo tardius agit illud,hoc eſt tar/
dius conuertitur,nec obſtat ꝙ ſimilis eſt proportio to/
tius ad totum,⁊ partis ad partem.nam non ſunt cetera
paria,quando quidem pars melius parti applicatur,ꝗ̄
totum toti.¶ Ex hoc in ſpeciali declarat ꝙ humidū eſt
maxime miſcibile,niſi ſit vnctuoſum,ſiue viſcoſum, vt
nouus expoſitor declarat,⁊ recte.nam ſic non miſceret̄,
ſed ſupernataret maiorem faciens amplitudineȝ ⁊ hu⁹
ſyllogiſmus eſt.bene termiabilia facilius miſcibilia,hu/
M mida bene terminabilia,vt ſecūdo huius dicetur.igit̄ be
ne miſcibilia ſunt,accipit maioreȝ.d.Ideo miſcibilia ea
diuiſibilium ⁊ paſſiuorum ſunt,que bene terminabilia
ſunt,hec eſt maior,quaȝ probat.d.Quando quideȝ ea fa
cilius in parua diuiduntur.nam hec eſt eius quod bene
determinabile eſt ratio,ſiue eſſe ſiue definitio.bene eniȝ
terminabile ſecūdo huius deſcribitur ꝙ ſit facile diuiſi/
bile.hec eſt maior,⁊ eius declaratio.deinde ſumit mino/
rem ⁊ concluſionem.d.veluti corporum humida maxi/
me miſcibilia ſunt,hec eſt concluſio.deinde minorē ad/
dit.d.quia humidum eorum que diuiſibilia ſunt,maxie
bene terminabile eſt,cetera patent.⁊ ſic in generali quid
ſit facile miſcibile accipitur,⁊ in ſpeciali,ꝙ ſit humidū.
hec latius in 2° declarabuntur.

Recognītes ¶ Cum declarauit,ꝙ miſtio nec ſm̄ appoſitionē nec ſm̄

diuiſionē in parua ſit,nunc dicit ꝙ lȝ nec appoſitio,nec N
diuiſio ſit miſtio,tamen ad miſtionem conferunt,⁊ dic.
Et parua autem ſecus parua poſita,miſcētur magis,fa/
cilius enim in ſeinuiceȝ ⁊ citius tranſeunt,hoc eſt,faciūt
⁊ contra patiuntur.Multum autem ⁊ a multo tardius
hoc operatur.patet ergo ꝙ diuiſio in parua confert ad
miſtioneȝ.Ex hoc infert,ꝙ bene terminabilia de nume/
ro diuiſibilium ⁊ paſſiuorum bene ſupple,⁊ facilius mi
ſcibilia ſunt,quoniaȝ in parua facilius diuidant̄,⁊ ꝙ in
parua facilius diuidantur eo patet,quia hoc.ſ.facili⁹ in
parua diuidi erat bene terminabilis eſſe ⁊ ratio,vt pa/
tebit ſecūdo huius.Et ſic patet per genus,ꝙ bene miſci
bilia ſunt bene terminabilia,per ſpeciem ꝟo, ꝙ humi/
da ſint maxime de numero corporuȝ miſcibilia. cā aūt,
quoniam maxime humidū de numero diuiſibilium eſt
maxime ⁊ bene determinabile,modo nō ſit viſcoſum,
nam viſcoſa humida ampliorem ⁊ maiorem tumorē fa O
ciunt,non autem faciliȝ miſtionē.Viſcoſa intelligit glu
tinoſa,vt oleum,viſcum,picem liquidam/⁊ ꝗcunqȝ ta/
lia.Hec enim ꝓpter glutinoſitatem difficulter diuiſibi
lia ſunt,difficulterqȝ ſeperabilia,⁊ dilabuntur cuȝ ipſiſ,
que infunduntur,⁊ non in profunduȝ permeant,⁊ ob id
neqȝ miſcentur,quo ſit vt cū coeant,nullo pacto miſce/
antur,ſed ſolum molem amplioreȝ faciunt.¶ Dubitat Dubitatio Philoponi
autem hic Philoponus,quoniaȝ non videtur,ꝙ paruū
a paruo facilius patiatur,magnum ꝟo a magno tardi⁹,
quoniam particule ad particulam eadem proportio vi/
detur,totius ad totum,⁊ ſic diuiſio in parua nihil cōfer/
re videtur ad miſtionem.¶ R.Potentia vnita fortior
eſt ſeipſa diuiſa.ergo totum facilius in totum facit,⁊ ab
ipſo patitur,ꝗ̄ ſi vtrūqȝ eſſet diuiſum.Videmus eniȝ in
grauibus,cum diuiduntur,eorum grauitatem non ſen/ P
tiri proportionabiliter,vt in auro,quod ſi diuidatur in
folliculo vix particule grauitas ſentit̄.Philoponus ri/
det,⁊ ſi recte percepi,que ipſe dixit,velle videt̄,ꝙ ali/
quod totum in parua diuiſum cuȝ alio toto contrario ꝗ̄
in parua diuiſo facilius miſceantur.Ea ꝟo tota nō diui/
ſa facilius faciant ac repatiantur ad corruptionem,⁊ ſic
tota in parua diuiſa facilius faciant,⁊ repatiūtur factio/
ne ⁊ repaſſione facientibus ad miſtionem,in qua nō ꝗ̄/
ritur alterius corruptio.eadem ꝟo non diuiſa facili⁹ fa/
ciunt ⁊ patiuntur factione,⁊ repaſſione facientib⁹ ad cor/
ruptionem alterius.Huius rei experientia eſt,naȝ ignis
quo magis eſt vnitus calidior eſt,⁊ ideo magnum lignū
in magna fornace proiectum confeſtim accenditur,non
autem in minori flāma paruius lignum ſm̄ proportio/
nem,id pati poterit.ergo duo tota contraria in parua di
uiſa facilius faciunt,⁊ repatiuntur factione ⁊ repaſſione
facientibus ad miſtionem.Eadem ꝟo integra facilius
faciunt,⁊ patiuntur factione,⁊ paſſione faciētib⁹ ad cor/ Q
ruptionem.Hec ex Philopono.

¶ Quando autem alterum ſolum paſſiuum Tex.anti. cōmē.216.
erit,aut vehementer,hoc autem valde paruū,
aut nihil amplius erit miſtum ex ambobus/
aut parum.quod quidem cōtingit circa ſtā/
num ⁊ es.Quedam enim balbutiunt adin/
uicem ⁊ ancipitia ſunt.

¶ Quādo aūt alterū tm̄ ſit paſſiuuȝ,aut val/ Dilucida᷑ te.c.eiuſdē.
de,alterū aūt paruȝ valde,aut nihil ampli⁹
eſt miſtū ex ambob⁹,vel parū,qd̄ quidē con
tingit circa ſtānū ⁊ es.balbutiuntur eniȝ ꝗ/
dam entium inuicē ⁊ confunduntur.

¶ Que

A ℂ Quę male miſcibilia ſint, declarat ꝛ vult ꝙ quę male
Com.216. proportionabilia ſunt in paſſione, vt ꝙ vnum paſſiuum ſit omnino vel multũ, alterum vel nihil, vel parum, hec male miſcentur, veluti circa ſtãnũ, qđ eſt valde paſſiuũ, ꝛ ęs, qđ eſt parum paſſiuuȝ. hoc declarat p ſiſe in oɫone. nam oratio eſt miſtura literarũ, modo in tali miſture aliquę lrẽ prolatione excellũt alias, vt in balbutiẽte, ꝛ inde fit mala literarum miſtura ꝛ confuſio.

Recognes ℂ In cõmentarijs optime hi duo textus exponunẼ, verũ debes ſcire, ꝙ ſtãnũ male miſcetur ęri (vt Philoponus inquit) qm̃ ſtãnum eſt aereum, atqȝ plenum aere, ꝛ ideo ſtãnum eſt paratum in mutationem aeris, ppterea cuȝ caleſit ab igne euaporat, ꝛ aereſcit, ꝛ ſic nõ poteſt ęri miſceri, ꝛ ſolũmodo colorat ęs, quoniaȝ non per totã eius ſubſtantiam concedit, ſed ſuperficiẽ colorat, ꝛ ideo non miſcentur leue ſed imperfecte, quędam enim entium q̃ miſcentur, balbutiant adinuicem, ꝛ ancipicia ſunt, ħ eſt
B male miſta ſunt, modo quo ſyllabę in balbutientib⁹. videtur enim aliqualiter, ꝛ miſta remiſſe, veluti in balbutientibus ſyllabę ea quę imperfecte miſcentur, dico remiſſe, quoniam alterum ſe habet, vt ſubiectum ſuſceptibile, alterum vt ſpecies, ꝛ forma. Quod in his contingit ſcȝ ſtãno ꝛ ęre, nam ſtannum ſe habet vt paſſio ſine materia exiſtẽs, ęs ħo vt ſubiectum, quoniam euaneſcit ſtãnum, ꝛ aereſcit, ꝛ ideo ſolũ colorat ęs. Ex his vult habere balbe miſceri, quę ſic ſe habẽt, vnde (vt Philoponus inquit) ex his, quę verbis accidant, oſtendit idem rebus accidere.

Tex.anti. cõmẽ.217. ℂ Videntur eni aliqualr̃ ꝛ miſta remiſſe, ꝛ vt alterũ qdẽ ſuſceptibile, alterũ autẽ ſpẽs. quod in his contingit. Stãnuȝ eni vt paſſio aliqua exiſtens ſine materia/ ęris, pene eua-
C neſcit/ miſtum omne colorans ſolum. Ideȝ aũt hoc, contingit ꝛ in alijs.

Dilucida: te.c.eiuſdẽ. ℂ VidenẼ nãqȝ aliquãtulũ ꝛ debilr̃ miſta, ꝛ alterum quidem vt ſuſceptibile. alteruȝ autẽ vt ſpecies, quod quideȝ, ꝛ in his euenit. ſtãnum eniȝ vt paſſio quędam ęris, ſine mã fere euaneſcit, ꝛ miſtuȝ omnibus, tm̃ colorat, contingit ħo hoc idem ꝛ in ceteris.

Cõ.217. ℂ Crederet forſitan aliqs ꝙ ſtãnum ꝛ ęs, ꝛ ea quę ſic ſe habent, vt alterum ſumme paſſiuum ſit, alteruȝ ſumme impaſſiuum, nullatenus miſcerenẼ, ideo declarat ꝙ aliquantulum miſcentur, verum in miſtura ſtãni cum ęre alterum ſe habet vt forma, ſtãnum. vȝ. ęs autem vt materia ꝛ ſubiectum ppter qđ in eorum miſtura parũ ſtãni reſtat, imo ſolus color, ꝛ multum ęris. ꝛ vt dicit in his, in
D ceteris etiam idem ſpectari poteſt.

Tex⁹anti. cõmẽ.218. ℂ Manifeſtũ eſt igiẼ ex his quę dicta ſunt, ꝛ ꝙ eſt miſtio, ꝛ qd eſt, ꝛ quare eſt, ꝛ quę miſcibilia entium. quoniaȝ ſunt quędam talia, qualia ſunt abinuicẽ paſſibilia/ ꝛ bene determinabilia/ ꝛ bene diuiſibilia. Hęc eniȝ, neqȝ corrupta eẽ neceſſariũ eſt quãdo miſta/ neqȝ adhuc ſimplr̃ eadẽ eẽ quę prius, neqȝ cõpoſitionẽ eẽ miſtionem eorum/ neqȝ ad ſenſuȝ. Sed miſcibile quideȝ eſt, quando hñ determinabile exiſtẽs paſſiuũ fuerit ꝛ factiuuȝ/ ꝛ tali miſcibile. ad homonymum enim miſcibile. Miſtio autem eſt miſcibilium alteratorum vnio. E

ℂ Perſpicuũ igitur ex his q̃ dicta ſunt: ꝛ qd eſt miſtio, ꝛ ꝙ ſit, ꝛ pp quid eſt, ꝛ eorum q̃ ſunt, qualia miſcibilia ſint, quoniam ſunt res quales q̃dam eiuſmodi, quę inuicẽ aptę ſũt pati, beneqȝ determinabiles, facileqȝ diuiſibiles, quas neqȝ corrũpi eſt neceſſe dum miſcenẼ, neqȝ eaſdẽ ſimplr̃ adhuc eẽ, q̃ p̃erant. itẽqȝ nec miſturã eẽ cõpõnem earũ, neqȝ ad ſenſuȝ. erit itaqȝ miſcibile qdẽ duȝ hñ terminabile exiſtẽs, paſſiuũ fuerit ac actiuũ, ꝛ miſcibile tali. hoc eſt ad ſimilare miſcibile. miſtura ħo vnio eſt eoꝝ q̃ alterata ſunt. Dilucida: te.c.eiuſdẽ. F

ℂ Tria epilogat, p̃ᵐᵒ circa miſturã abſolute. d. Perſpicuũ igiẼ ex his q̃ dicta ſũt, ꝛ qd eſt miſtura, ꝛ ꝙ ſit miſtura, ꝛ pp qd ẽ miſtura, ħ quo ad miſturã in ſe. Epilogat 2ᵒ circa miſcibile. d. ꝛ pȝ ẽt ꝙ eoꝝ q̃ ſũt, q̃lia miſcibilia ſi, q̃m ſũt res q̃les q̃dã eiuſmodi, vt calidę frigidę, ꝛ id gen⁹, q̃ inuicẽ aptę ſũt pati, beneqȝ termiabiles, facileqȝ diuiſibiles, q̃s neqȝ corrũpi eſt neceſſe duȝ miſcenẼ, neqȝ ẽ neceſſe adhuc ſimplr̃ eẽ, q̃ p̃erãt. ħ q̃ ad miſta ipa. epilogat 3ᵒ q̃ ad miſturã in reᵒ. d. itẽqȝ nec ẽ neceſſe miſturã eẽ eaꝝ rerũ q̃liũ cõpõnẽ, neqȝ ẽ neceſſe miſceri ad ſenſuȝ. ħ q̃ ad miſturã in reſpectu. Tũc ꝯcludit ſinẽ libri. d. erit itaqȝ miſcibile qdẽ, dũ hñ termiabile exñs, paſſiuũ fuerit ac actiuũ, ꝛ miſcibile tali q̃le ipȝ eſt, ħ eſt miſcibile ad ſimilare, non ſimplr̃, ſȝ l gñe. miſtura ħo vnio eoꝝ q̃ alterata fuerunt. Com. 218. G

Hec eſt ſñia libri primi. ℂ Ex his pȝ ꝙ tm̃ elñta ſũt miſcibilia ſm oẽs ꝯditiões Ariſ. ꝛ ſi q̃ miſcibilia erũt, opȝ eẽ vl elñta, vel in ṽtute elñtoꝝ miſceri. ℂ Auer. narrat hic poſitionẽ Auic. quã ſectari vĩ, qa illã non refellit (ꝛ ingt) Et Auic. in ſmõe ſuo ſup capᵐ in ſmõe Ariſ. voluit dicẽ ꝙ modus Ariſ. eſt ꝙ miſcibilia ſũt in po⁹ in miſto, ꝛ illa eẽ in ſuis eẽntijs, q̃s hñt ſepata, ꝛ ſic voluit Auicẽ. ꝙ elñta remanẽt eẽntialr̃ in miſto ꝛ ſm formas ac eoꝝ eẽntias, q̃s. vȝ. hñt in pprijs ſphęris. Sȝ ꝯ. qa Ariſt. dixit, miſta eẽ in miſto in po⁹ ꝛ nõ in actu. Rñdet ꝛ dic̃ p̃. ꝙ eẽntia ẽ po⁹, qua elñtũ põt multa. Dic̃ 2ᵒ ꝙ ħ eẽntia q̃ eſt po⁹, ẽ cã in reb⁹ tã ſimplicib⁹ q̃ miſtis caliditatis ꝛ frigiditatis. q̃litates eni p̃ᶜ ſequunẼ formas, ſȝ q̃litatũ paſſiuarũ, vt ſiccitatis ꝛ hũiditatis cã eſt mã, qa a mã eſt pati, ſed de hoc alis. Sed ꝯ ħ adhuc obijcies, qa po⁹ dĩ de po⁹ paſſiua, ꝛ nõ de for⁹. Rñdet ꝛ alter⁹ modi, qa analogice dĩ po⁹, q̃ eſt p̃parãs ħ eſt paſſiua, qua aliqđ reddiẼ habile ad recipiẽdũ motũ, ꝛ trãſmutationẽ. hoc eſt po⁹ dĩ ęquoce de Digreſſio Auerrois

po⁹ paſſiua ꝛ de for⁹. ꝛ ſic nõ male eſſentia ꝛ forma elñti vocaẼ potentia. Adhuc contra, quia ſi elementa eſſent in miſto ſm eſſentias. igitur non differt eſſe elementi in miſto, ab eſſe eius in ſphęra propria. Reſpondet. ꝛ iſta eſſentia ſaluatur in miſtione ꝛ franguntur ſiue remittunẼ accidentia. ꝛ ſic differt elemẽtum in miſto, ꝛ a ſe in ſphęra, quoniã in ſphęra habet eſſe cõpletum ꝛ perfectuȝ ac intenſum in eſſentia ꝛ qualitatibus. at in miſto habet eẽ perfectum in eſſentia, non autem in qualitatibus. naȝ q̃litates eius in miſto remittuntur. Deinde declarat quid eſt eẽntia elemẽti, ꝛ vult ꝙ eſſentia elñti ſit forma ſubalis eius carens noie pprio, dicit. In aqua eni frigida nõ eſt eſſentia, hoc eſt ipſa aqua non eſt pura eſſentia, ſed eſt effectus eſſentię/ hoc eſt formę, vel frigiditatis, quę vulgo forma dicitur aquę. aqua enim non eſt eẽntia hoc H

I eſt forma pura, ſed effectus eſſentię, hoc eſt effect⁹ reſul/
tans ex cōpōne formę cū mā. eſt dico effectus eēntię, ꝗ
eſt pōderoſitatis, ⁊ etiā cętera accītia ſunt effectus eēn/
tię. aliter ⁊ aliter. accītia eni fluūt ab eſſentia. aq̄ ꝟo cō/
ponitur ex eſſentia, ⁊ ſic eēntia eſt forma aq̄. ℂ Sed di/
ces. oēs eſſentiā aq̄ vocant formā, ⁊ formā dicūt eē pon/
deroſitatē ſiue grauitatē, aliqñ̄do frigiditatē. igiẗ eſſen
tia erit accn̄s. Rńdet ꝙ hoīes nō hn̄tes nomē illi⁹ eſſen/
tię illā eēntiā vocāt noīe pōderoſitatis. vn̄. 4. cęli. graui/
tas diciẗ forma ſubſtātialis elemētoꝝ, ſumētes nomen
ab effectu, ⁊ ſilr aliqñ vocāt eſſentiā noīe frigiditatis, vt
Alexāder. tūc cōcludit ꝓpoſitū. d. Et illa eēntia (lꝫ frigi/
ditas remittatur) ſaluatẗ in aqua, ⁊ ita in miſtiōe. Ex his
ꝯcludit Auicēna ꝙ elnta ſunt actualr in miſto ſm̄ eſſen/
tias, ſed remiſſa ſm̄ qualitates, ⁊ ſic ſaluāẗ eēntię in mi/
ſtura, qbus elemēta ipſa poſſunt redire ad eoſdem effe/
K ctus. hoc eſt ad eſſe cōpletuꝫ in ꝓpria ſphęra. ⁊ hoc niſi
fuerit impediēs. vbi enī ſit impediēs, dato ꝙ miſtuꝫ re/
ſoluatur elnta nō redeūt. ꝓpter hęc verificat Auicenna
dcm̄ Ari^lis. ꝙ miſcibilia nō ſunt actu in miſto, qa qualita
tes ſunt remiſſę, ⁊ ſunt potētia, hoc eſt eēntia, q̄ eſt poten
tia. Hęc nūc Auer. tenet, ⁊ ꝗ notat Auer. has paraphra/
ſes in iuuētute feciſſe, nā 3° cęli. ꝯdicit huic poſitioni, vt
p^o qō de for dicemus poſtmodū. ℂ Circa hęc plures emergūt dubi
mis elntoꝝ tationes. Quarum prima eſt, vtrum formę elementarię
poſſint intendi ⁊ remitti. Et lꝫ de hac qōne, ⁊ alijs pluri/
ma dixeriꝫ in libello de miſtura facto ꝓ defenſiōe Auer/
rois, tamē bonuꝫ erit aliqua ſcribere, vt ſi aliqua, q̄ tunc
non dixerim, occurrant, adijciam. Et ſi qua minus caſti/
gata dixerim, etiam corrigam, ⁊ ſequar in hoc ordinē re
Pō Auer. centiorum. ℂ Circa hāc quęſtionē eſt poſitio Auerro. 3°
L cęli. cō. 67. vbi ſupponit nullā formā ſubalem perfectaꝫ
intendi vel remitti, ſunt autē formę ſubſtantiales pfectę
Prima rō. formę miſtorū. Et per hanc verificat dictū Ari^lis in pdi/
camentis, cū dicit ſubſtātiam non ſuſcipere magis ⁊ mi/
nus. Secūdo, ſupponit accidētia ſaltē q̄daꝫ intēdi ⁊ re/
mitti. hoc docet experientia. Ex his infert ꝙ elemētarię
formę ſunt quaſi medię inter ſubſtantias ⁊ accidētia. cū
accidentibus enim cōueniūt ꝙ ſuſcipiūt magis ac min⁹,
cum ſubſtantijs ꝟo, qa aptę ſunt conſtituere ſubiectum,
quod informant in ſpecie. tunc poſitio Auerro. eſt ꝙ for
2^a rō. mę elementarię intēdūtur ⁊ remittuntur. ℂ Mouetur
autem Auerroes ad hoc vnica ratione pro nūc, ⁊ arguit.
ſi qualitates elemētoꝝ intēdantur ⁊ remittant. igiẗ for/
mę. ꝯñtia declaratẗ. qa ſi forma ignis pōt remanere pfe/
cta ſua caliditate remiſſa in vno gradu, pariter pōt rema
nere remiſſa in duob⁹ ⁊ ſic in oībus. naꝫ oēs gradus ſunt
Dubōnes eiuſdē rōnis. ℂ Cōtra hāc poſitionē ſurgūt oēs. Et pri/
ꝯ Auer. mo. qa tunc in medio eſſent plures formę elementarię, ⁊
p^o ita in pluribus ſpēbus. nam q̄libet dat eſſe. ℂ Secūdo,
2° nihil eſt magis tale in noie elemētī. igiẗ elementū nō ſu/
3° ſcipit magis ⁊ minus. ℂ Tertio, nullū elementuꝫ poſſet
M alterari pura alteratione. non eniꝫ poſſet alterari niſi re/
4° miſſa qualitate, ⁊ per ꝯñs etiā remiſſa forma. ℂ Quar/
to, tūc vnū elntuꝫ non poſſet imediate fieri ex alio. nam
dū ex aqua fieret ignis, oporteret aquam remitti, ⁊ ſic cō
uenire ad mediuꝫ, ⁊ per ꝯñs non imediate, qa imediate
5° tale eſt eſſe abſq; medio. ℂ Quinto, tūc ex duob⁹ elntis
poſſet miſtū effici. nā cū ignis non poſſit aquā calefacere
niſi remittēdo formā aquę, ⁊ introducēdo formaꝫ ignis,
in medio calefactionis erit vnū miſtū ex duobus elntis.
6° ℂ Sexto, tūc in omni generatione miſtoꝝ eēt multitu/
do miſtoruꝫ media. nam ſemꝑ ex noua ꝓportiōe forma/
rum elemētorum eēt vnuꝫ nouū miſtū, ſed in quolibꝫ i/
ſtanti trāſmutationis eſt alia. igitur in quolibet eſſet alia

miſtio. cum igitur in tempore tranſmutationis ſint infini N
ta inſtātia. igiẗ miſta īfinita. ℂ Septimo, tūc aer in hye/ 7°
me eſſet plus aqua ꝙ̄ aer. nā in eo plures ſunt qualitates
aquę. ℂ Contra rationes Auerrois dubitatur. Et primo Dubōnes
contra primam. qa tunc inter contradictoria dareẗ me/ ꝯ rōnes.
dium. nam inter ſubſtantiam ⁊ accidens datur mediuꝫ, p^o
ſed ſubſtantia nō eſt in ſubiecto. accidēs ꝟo eſt in ſubie/
cto, ſed hęc ſunt contradictoria. ℂ Secūdo, mediuꝫ eſt 2°
eiuſdem generis cū extremis. 10. metaphyſicę. Sꝫ ſub/
ſtantia ⁊ accidens non poſſunt eſſe eiuſdem generis. igiẗ
inter ea non eſt mediū. ℂ Tertio, omnis differentia ſm̄ 3°
formam ſubſtantialeꝫ variat ſpeciem. 8. metaphyſi. igiẗ
ſi forma ignis reciperet magis ⁊ minus, tunc ignis differ
ret a ſemetipſo ſpecie. Sic igitur p̄ma ratio quę erat ele
menta remitti atqꝫ intendi, quia media, nulla eſt. ℂ Cō/ De^o ꝯ 2^m.
tra ſecūdam inſtant. Primo, qa ea data probaꝛ ꝫ formā p^o
miſti poſſe eſſe ſine tota diſpoſitione qualitatiua. nam ſi O
poteſt eſſe ſine parte. igitur ſine tota, ſic arguit Auerro.
ℂ Secūdo per idē mā poſſet eſſe ſine forma, quia ſine 2°
hac ⁊ ſine illa. igiẗ ſine forma. ℂ Tertio, per idē corpus 3°
eē poteſt ſine loco. ℂ Quarto, ſi for⁹ elemētaris remitte 4°
retur, vel ad remiſſionē alterius qualitatis vel amboruꝫ
nō vnius tm̄. nā dū gñatẗ ignis ex aqua remittuntur am/
bę, nec ambarū, vt in generatiōe aeris ex aq̄ua. ℂ Quin/ 5°
to, tunc generatio elementi eſſet alteratio, quia eſt remiſ/
ſio vel motus. quia ſucceſſiua. ℂ Pro reſpōſione eſt cō/
ſiderandū ꝙ impertinens eſt noſtro propoſito illud ꝓ/
blema. videlꝫ. vtrum elementū limitet ſibi vtraſq; qua/
litates in ſummo, vel alteram tm̄. Primo, qa Auerroes
varijs locis ſuſtinet vtraſq; poſitiones, vt 4° metheoro.
ꝙ non. ⁊ in ſecūdo huius ꝙ ſic. Secūdo, quia neutra ha/
rum eſt neceſſaria. Sed illud accipiendum eſt tanꝙ̄ ne/
ceſſarium alteram ſaltem qualitatem eſſe elementi pro/ P
prium accidens ⁊ eſſentiale, quod tribus coniecturis de/
claratur. Primo, quia antiqui ſemper elementū quodli/
bet definiunt per eiuſmodi qualitates, quod eē non pōt,
niſi quia qualitates illę ſunt differētię eſſentiales, vel ꝓ/
pria accidentia elementoꝝ. Secundo, omnis ſpecies dꝫ
habere aliquod accidens propriuꝫ, quo mediante exer/
ceat propriam operationē. modo videmus ignē exerce/
re operationē propriā mediante calore, ⁊ aquam medi/
ante frigore. igitur calor igni. frigus aquę, ꝓpriū accidēs
erit. Tertio, videmus vigente calore ignē multiplicari.
vigēte ꝟo frigore, multiplicari aquā. Ex his ſumit Auer
roes qualitates primas eē ꝓprias ⁊ eſſentiales paſſiōes
elementoꝝ. Tunc per hęc rō Auerrois efficax eſt. nam
ſi pōt forma elemēti perfecta eſſe abſq; parte accītis ꝓ/
prij ⁊ eſſentialis, pōt ⁊ abſq; toto. pars enim ⁊ totuꝫ ſunt Q
eiuſdē ratiōis ⁊ ęqualis eſſentialitatis reſpectu ſubiecti,
Cõm. 17. ℂ Reducit molle ⁊ duꝝ, ⁊ vt dcm̃ eſt ab interptatione nominũ (inqt) Adhuc aũt molle qdẽ humidi. Duꝝ ꝟo ſicci ſpẽs ſunt. Nã molle eſt id qđ valde cedit, ⁊ non reſiſtit, qđ qdeꝫ facit humidũ, hoc eſt qđ eſt humido accõmodatuꝫ. ℂ Aiaduerte ꝙ hypicon gręce latine ſonat ſubijciens, ſꝫ hic ſonat cedẽs. Itẽqꝫ antibiſtamenon gręce latine ſonat ſurgẽs, ꝯſonat tñ magis hic pro reſiſtere. Propterea īfert ꝙ ⁊ humidũ non ipſi⁹ mollis eſt ſpẽs. Sed magis eꝫ molle ad humidũ reducit. naꝫ molle pticipat humidi pprietate. ⁊ nõ eꝫ. Itẽqꝫ oẽ molle eſt humidũ, ⁊ nõ eꝫ. ℂ Aiaduerte ꝙ fecit Ari^{ſtoteles} hic dñiaꝫ hãc, ⁊ nõ in alijs. qa apđ quoſdã gręcos malacon ⁊ hygron ꝯfundebant ⁊ nõ differebãt. In cęteris nulla fuit dñia. nos autẽ latini ſępe molli p humido vtimur. cętera patẽt. ℂ Dubitares forte, qa ſiccũ vr potꝰ ſpẽs duri. nã oẽ ſiccuꝫ durũ, ⁊ nõ eꝫ. cũ cęlũ duꝝ ponat, ⁊ nõ ſiccũ. Itẽqꝫ cur ſubticuit aſpeꝝ ⁊ lene. ℂ Rñdẽt qdã ad pmũ ꝙ duꝝ cui⁹ coagulatio eſt a ſicco eſt ſiccũ. Duꝝ aũt cęleſte nõ ẽ ſiccuꝫ. nec duꝝ cui⁹ coagulatio eſt a frigido, aut ſicco ⁊ frigido ſit. nã metalla dura ſunt, ⁊ nõ ſicca. ℂ Ego aũt credo ꝙ cęlũ nõ ſit duꝝ. quãdo qdẽ duꝝ ab Ari^{ſtoteles} ponat q̃litas tactilis. niſi durities dicat ęquoce, ⁊ ſic ppoꝫ nõ dſtruit. Dicerẽ quoqꝫ oẽm duritiẽ effici ob defectũ humidi, ⁊ p ꝯñs a ſicco. defectũ dico actualẽ nõ potẽtialẽ, ⁊ ſic metalla erũt actu ſicca, pp actualẽ defectũ humoris. Vtꝝ ꝟo ſint potẽtialr humida, medicis omitto. ℂ Aiaduerte ꝙ gelidũ ⁊ coagulatũ hic non differũt. voco enĩ geliduꝫ oẽ priuatũ humore actuali. Et hoc alchimici coagulatuꝫ ſiue ꝯgelatũ vocant. Melius tñ diceretur conſtans, eſſet enim cõe pluribus, ſed noĩa grãmaticis omitto.

E

Nota

Dubitatio.

R° aliq̃rũ

R° ppa.

F

ℂ Quo qdẽ mõ lubricũ ad humidũ, ⁊ aridũ ad ſiccũ attineãt, ex hiſce ꝯſtat, quo ꝟo molle ad humidũ, ⁊ duꝝ ad ſiccũ attineãt, nũc exponit, ⁊ dicit. Ampli⁹ molle qdẽ humidi, hoc eſt ad humiduꝫ attinet, duꝝ ꝟo ſicci eſt, ⁊ ad ſiccũ attinet. Qz molle attineat ad humiduꝫ, pbat, quia molle eſt qđ cedit in ſeipꝫ, ⁊ nõ obſiſtit tãgẽtib⁹. Immo cũ cõprimit, ad ſe retrahit. Mõ hoc idẽ facit humidũ, ergo attinet ad humidum. Veruꝫ Ari^{ſtoteles} quaſi obiter, ex hac declaratiõe, colligit ꝙ in plus eſt humidũ q̃ molle, cũ oẽ molle ad humidũ attineat, nõ aũt omne humiduꝫ molle eſt. Aq̃ enĩ humida eſt, q̃ non eſt mollis, metalla quoqꝫ hũida ſũt, ⁊ nõ mollia (vt Philopon⁹ autumat) Qz aũt durum ad ſiccuꝫ attineat, pbat. qa durũ expiratione humidi ppꝛij eſt coagulatum, ⁊ ita ſiccuꝫ, ⁊ ſic patet quatenus hęc ad illa reducuntur. Recognes

G

ℂ Dicuntur autem ſiccum ⁊ humidũ, multifariam. opponitur enim ſicco, ⁊ humidum ⁊ vdum. ⁊ rurſus humido, ⁊ ſiccum ⁊ coagulatum. omnia autem hęc, ſunt ſicci ⁊ humidi primorum dictorum. Tex. anti. cõm. 18.

H

ℂ Dicunt aũt ſiccũ ⁊ humiduꝫ multifariaꝫ. nã ſicco ⁊ vduꝫ ⁊ humidum opponuntur. Atqꝫ ẽt humido ſiccũ ⁊ ꝯgelatũ. Sunt ꝟo hęc ſicci ⁊ humidi coꝝ quę prima dicta ſũt. Dilucida: te. c. eiuſdẽ.

ℂ Declarata reductiõe, remouet dubiũ. poſſꝫ .n. qs dicere vtꝝ humidũ ⁊ ſiccũ ſint vno tm̃ mõ dicta. ℂ Rñdet ꝙ humidũ multiplr dr. ⁊ ſiccũ ſilr. Vdũ enĩ ⁊ humiduꝫ ambo humida dicunt. qa ambo ſicco opponunt. ſiccuꝫ ⁊ cõgelatum ambo ſicca, qa humido opponuntur. Propterea concludit ꝙ vdũ ⁊ ꝯgelatum, quę ſunt humidi ⁊ ſicci, etiã ſunt enumerãdę inter primas tactiliũ dñias. Cõmẽ. 18.

ℂ His reductis, nũc ſubdiuidit ſiccũ ⁊ humidũ. Vbi debes ſcire, ꝙ ſiccũ eſt triplex, aliđ qđ in ſupficie eſt ſiccũ, vt aſſatũ, ⁊ lapis ſupfuſa aq̃. Aliud qđ in pfundo eſt ſiccũ, vt valde eliſſatũ, ⁊ coagulatuꝫ. Aliđ qđ in vtroqꝫ eſt ſiccum, vt lapis abſolute. Ariſtoteles primo probat ꝙ ſiccum ſit multiplex, argumento (vt inqt Philoponus) a contrario, quia habet duplex ⁊ fortaſſe triplex oppoſitum, ergo ipſum eſt multiplex. vnde dicit. Dicuntur Recognes

I ſautē ſiccū, ⁊ humidū multifariā nō equiuoce (vt Phi-
loponus inuit) ſed multiplicitate ſpērū, ꝓbat. ⁊ pmo ꝙ
ſiccū ſit multiplex loco ab oppoſito (⁊ ingt) Opponit
eni ipſi ſicco, ⁊ humidū, ⁊ vdū, ſupple in, ⁊ ꝑfuſū. Intel
ligit eni (vt arbitror) ꝑ humidū, qđ in vtroq; eſt humi-
dū. ſ. ⁊ in ſupſicie, ⁊ in ꝓfundo, ⁊ ideo ꝑ excellētiā, qđ in
vtroq; eſt tale, erit dicendum ſimpliciter humidū. ergo
ſiccum eſt multiplex. Qz autem humidū multiplex ſit,
probat eodē loco a contrarijs, ⁊ dicit. Et rurſus humido
opponit ſiccū ſimpliciter, quod eſt ſiccū in ſuperficie ⁊
K in ꝓfundo, ⁊ eidem opponit coagulatum, qđ eſt ſiccum
in profundo, ⁊ ſupple ēt eidē opponit ſiccum in ſuper-
ficie, qđ de licentia dicatur exiccatū. ğ humidum multi-
plex eſt, ⁊ addit. ꝙ omnia hęc ſunt ſicci ⁊ humidi, quę
prima genera dicuntur. Nam humidū in vtroq; ⁊ vdū,
quod eſt humidum in ſuperficie ⁊ perfuſū, quod eſt hu-
midum in profundo, ſunt ſub ipſo humido tanq̄ ſub ge-
nere. Simili ratione ſiccum in vtroq;, ⁊ exiccatū quod
in ſuperficie ſiccum eſt, ⁊ coagulatum, quod in ꝓfundo
ſiccū eſt, ſub ipſo ſicco ſunt, tanq̄ ſub genere, ergo ſiccū
⁊ humidum de multis ſpeciebus dicunt.

Text. anti. cōmē. 19. Qm̄ enim vdo opponitur ſiccum ⁊ vdū quidem eſt qđ habet alienigenā humiditatem ſuperficietenus, perfuſum autē qđ in ꝓfundo, ſiccū aūt priuatur hac, palā eſt ꝙ vdū


L quidem erit humidi, oppoſitū autem ſiccū primi ſicci. Rurſus autē humidū ⁊ coagulatū ſimilr. humidū eni eſt, qđ habet ꝓpriam humiditatem in profundo. coagulatum aūt priuatur hac. Quapropter ⁊ horū erit hoc quidem ſicci, hoc autem humidi.

Dilucida: te. c. eiuſdē. Et qm̄ vdo opponit ſiccum, ⁊ vdum quidem eſt qđ exterā ſuperficietenus humiditatem habet, infuſū autē in ꝓfundo. Siccū autē qđ hac ipſa priuat, manifeſtū ꝙ vdū erit humidi. Huic autē contrariū ſiccū erit primi ſicci. Adhuc autē humectū ⁊ congelatum ſimilr. Humectū qdem eni eſt qđ hꝫ proprias humiditatē in ꝓfundo. ꝯgelatū illud eſt quod hac ipſa priuatur. Quare ⁊ horū erūt, hoc qdē humidi. Illud ꝟo ſicci.

Com. 19.
M Humidi duę ſunt ſpēs primę. vdū. vz. quod dieron di
cit. Et infuſū qđ ⁊ veuregmenon. dieron illud di. qđ in
ſuperficie humorē hꝫ. Et hoc duplr vel a nā tale eſt. ⁊ hoc
per licentiā madidū appello. vel ab alio. ⁊ hoc voco ma
defactū. veuregmenon eſt, qđ in profundo humorē hꝫ. ⁊
hoc duplr, vel per nām ⁊ dicatur humectū. vel ab alio, ⁊
dicat humefactū. Sic ipſius ſicci duę ſunt ſpecies, q̄ ge-
minatę erunt q̄tuor. nā quot modis dicit vnū oppoſito-
rū, tot ⁊ alterū dici neceſſe eſt. Uerū hęc noīe carent. hanc
multiplicitatē oſtendit. o. Et qm̄ vdo opponit ſiccum, ⁊
vdū quidē eſt, qđ exterā ſuperficietenus humiditatē hꝫ.
Infuſum qđ hꝫ in ꝓfundo. Siccū quod hac ipſa vtraq;
priuat, manifeſtū ꝙ vdū erit ſpēs humidi. huic autē ꝯ-
riam ſiccū, q̄ nomen nō hꝫ, erit ſpecies pmi / hoc eſt ge-
nerici ſicci. ad vdū igit opponit quoddam ſiccū nomē
non hñs. Adhuc aūt humectū, qđ gręce per carētias no-
minū hygron dicit, ⁊ eſt ſpecies infuſi, ⁊ cōgelatū ſimilr
opponuntur. humectum quidē eni eſt quod habet ꝓpriā
⁊ naturalem humiditatem in profundo, cōgelatū huic

oppoſitū eſt illud, qđ hac ipſa priuatur. In cęteris omi- N
ſit explicare oppoſitiones, qa patēt. Et concludit, quare
⁊ horū erūt hoc quidem ſpecies humidi, vt vdum ⁊ infu
ſum illud ꝟo ſicci, qđ nomen non habet. Hęc de multi-
plicitate humidi ⁊ ſicci, ⁊ oppōne hacuſbus dixit.

Accepit ꝙ ſiccum ⁊ vdum opponantur, ⁊ ꝙ coagula- Recognes
tum ⁊ humidum ſimiliter, nunc hęc probat, ⁊ primo ꝓ-
bat primum, deinde ſecūdum, ⁊ in probando primum,
primo illud proponit, ⁊ dicit. Quoniam enim vdo oppo
nitur, ſiccum. ſ. quod in vtroq; eſt ſiccum, eſt ergo ꝯclu-
ſio vdum ⁊ ſiccum in vtroq; opponuntur, probat, ⁊ ſu-
mit tres ſuppoſitiones, prima eſt, ꝙ humidum ſimpli-
citer, quod in vtroq; eſt humidum, habeat ſuperficiete-
nus alienigenam humiditatem, patet, quia cum eam ha
beat in vtroq;, etiam in ſupſicie habeat, neceſſe eſt. Se-
cunda eſt, quod perfuſum eſt illud, quod habꝫ humidi-
tatem in profundo, patet ex quid nominis eius. Tertia O
eſt, ꝙ ſiccum ſimpliciter in vtroq; eſt. quod priuatur,
hac. ſcilicꝫ vtraq; humiditate, cum ſit ſiccum ſimplici-
ter in vtroq;. Ex his infert duo, ⁊ ꝙ vdum ſit humidi,
hoc eſt attineat ad humidum tanq̄ illius pars, ⁊ quod
ipſi vdo, oppoſitū ſit ſiccū ſimplr in vtroq;, quod eſt
ſpecies primi ⁊ cōmuniſſimi ſicci, quod eſt ꝯcluſio pro-
poſita. Deinde probat ſecundam, ⁊ primo proponit il-
lam. ⁊ dicit. Rurſus autem humidum. ſcilꝫ ſimpliciter
quod eſt in vtroq;, ⁊ coagulatum quod eſt ſiccum in ꝓ-
fundo. Similiter opponūtur, vt ſiccū in vtroq;, ⁊ vdū,
quod probat per duas ſuppoſitiones. Quarū pma eſt, P
ꝙ ſimpliciter humidum quod in vtroq; eſt humidum,
eſt etiam quod habet propriam humiditatē in profun-
do, patet. quia ſi habet in vtroq;, etiam in profundo ha-
bet. Secunda eſt / ꝙ coagulatum eſt, quod priuatur in-
tima humiditate. ergo opponuntur, ſicut ⁊ definitiones
ipſę opponi videntur, hinc concludit, ꝙ coagulatū erit
ſicci, humidum in vtroq; ꝟo erit ſicci, ⁊ ſic opponi vi-
dentur. Quo ꝟo ad verba attinet, debes ſcire ꝙ humi-
dum in profundo ⁊ humidum in ſuperficie differūt du-
pliciter. primo, quia quod eſt humidū in profundo, nō
eſt humidū niſi propria ⁊ naturali humiditate, vt me-
talla. Humidum ꝟo in ſuperficię humidum eſt extera
⁊ alienigena humiditate. Secūdo differunt penes locū
humiditatum, quia alterum in ſuperficie, alterum in ꝓ-
fundo humiditatem habeant. At humidum ſimpliciter
in vtroq;, partim natura, partim alienigene humorē ha
bet. Simili ratione ⁊ de ſiccis differētię ſunt. Quę ꝟo in
cōmentarijs o diximus, pulchre dicta ſunt, ſꝫ hęc ex Phi
lopono collegimus. Q



Text. anti. com. 20. Manifeſtū eſt igit ꝙ ⁊ oēs alię differētię, reducunt ad primas q̄tuor. hę aūt nō amplius in minores. neq; eni calidū eſt, qđ ſiccū, vel qđ humidū. neq; humidū, qđ calidum, aut qđ frigidū. nec frigidū ⁊ ſiccū ſub inuicē, nec ſub calido ⁊ humido ſunt. Quapropter neceſſe eſt, quatuor eſſe has.

Manifeſtū

A Dilucida: tex. cius idē. ¶ Manifeſtū igiť ꝙ ceterę oēs differētię in has primas quatuor reducunť. Hac vero nō amplius in pauciores. Nō eni calidū eſt qđ humidū. vel qđ ſiccū. neq; humidū qđ calidū. vel qđ frigidū. neq; frigidū ⁊ qđ ſiccū, neq; ſub inuicem, neq; ſub calido ⁊ humido ſunt, q̄re neceſſe eſt has eſſe quatuor.

Cōmē. 20. ¶ Cōcludit nūc q̄tuor eē primas q̄litates. ⁊ itēdit ſic arguere. non pñt eē plures q̄ q̄tuor, nec pauciores q̄ quatuor. igiť tm̄ q̄tuor ſunt. ꝙ nō plures, declarū eſt, q2 cetere alię reducunť ad humidū, ⁊ ad ſiccū. graue vero ⁊ leue actiuę q̄litates nō ſunt. ꝙ non pauciores. pbať. quia nec actiuę ad paſſiuas, nec paſſiuę ad actiuas. nec actiua ⁊ paſſiua ad actiuā. nec paſſiua ⁊ actiua ad paſſiuā reduci B pñt. ⁊ ſic ſunt q̄tuor p̄ᵉ qualitates tm̄. Et q̄ dicit. patent. ¶ Dubitares forte cur Ariˢ pretermiſit rarum ⁊ dēſuz. ¶ Rñdet Alex. h feciſſe. q2 rarū ⁊ denſuz reducunť ad graue ⁊ leue. aut ad durū ⁊ molle. ¶ Sz ȝ obijcit Auerroes, rarū nō pōt reduci ad molle. q2 vitrū eſt rarū ⁊ durū, neq; dēſuz ad graue. q2 nubes dēſę ſunt, leues ⁊ molles. meli⁹ igiť dōm ꝙ tacuit has, q2 nō ſūt actiuę nec paſQōnes ſiuę. ſed ȝñtes has. ¶ Solēt q̄ri duę q̄ōnes. p̄ᵃ vtrū tm̄ q̄tuor ſint p̄ᵉ q̄litates. ¶ Scđo, vtrūz harum duę actiuę p̄ᵃ qđ ſint calidū ⁊ frigidū. duę paſſiuę hūidū ⁊ ſiccū. ¶ Quātuz ad primuz vr ꝙ pauciores ſint, imo vna, q2 qđ p ſuperabundātiā dr̄ vni ſoli cōpetit. Videť ēt ꝙ plures, q2 Ordo q̄ōis lux ⁊ mot⁹, raritas dēſitas, figura ⁊ ceterę id gen⁹. ¶ In iſto q̄ſito p̄ diſputabiť de q̄litatib⁹ celeſtibus. ¶ Scđo, de q̄litatib⁹ elmtoꝝ, q̄. vz. cōpetāt elmtis. ¶ Tertio, q̄litates q̄ dicanť actiuę, ⁊ quę non. ¶ Quarto, de ꝓpoſito.

Pō recētiorū d̄ q̄litatib⁹ celi. ¶ Quātū ad p̄mū tenēt recētiores celo ⁊ ſtellis tres cōpetere q̄litates: motū, lucē, ⁊ iſluētiā. ꝙ gdē eis iſint mo C tus, ⁊ lux oēs ȝueniunt, vt Ariˢ 2ᵒ celi, ⁊ Auer. cō. 42. ⁊ De celo iſit in libro metheo. Ꝺ aūt iſluētia ⁊ alia ab illis. declarāt. p̄ influentia. q2 celū nō eēt cā oium q̄litatū. nā p motū ⁊ lumē ſolum cauſat calorē. ⁊ ſic cęterę q̄litates nō cēnt a celo. ¶ Secūdo, celū ȝſeruat terrā in loco ſibi nāli, ⁊ nō niſi p iſluentiā. ¶ Tertio, terra melius afficiť terra de nocte q̄ de die, vbi minus illuminať. igiť ab iſluētia meli⁹ afficitur. ¶ Quarto, celū mouet ignē, ⁊ nō p h ꝙ celū teret ignez, nec p h ꝙ ſit illi ȝtinuū. nec p lumē, q2 nō eſt aptuz mouere. igiť p iſluētiā, q̄ eſt q̄litas intētionalis alia a motu, ⁊ lumine. ¶ Quito, in viſcerib⁹ terrę ȝcreanť q̄dā ⁊ nō a calore multiplicato i aere ⁊ aq̄. igiť ab iſluētia. ¶ Sexto, multę res nāles a ſpē ꝓpria ſortitę ſunt idiotropias ac virtutes inſenſibiles. igiť a maiori celū. ¶ Septimo, D Ptolomeus p̄ apotelesmatū ponit Saturnū frigidum, Martē ſiccū, ⁊ ceteros ceteris modis affectos, ⁊ nō per Pō nis vis de iſluētia. q̄litates ſenſiles. igiť p influētiā. ¶ Tenēt igiť ꝙ in celo ſunt duę q̄litates q̄ nobis igenerāt calorē. lumē ſiue lux ⁊ mot⁹, ⁊ ambę ſūt ſenſiles. ꝙ eni ſol luceat, ceteręq; ſtellę, p3 ꝙ vero moueanť varijs motib⁹. iſtis ſenſilib⁹ etiaz dep̄hēſuz eſt. Vltra has adhuc ponūt aliā inſenſilē ſiue intētionalē, quā iſluētiā vocitāt. Eſt aūt hęc non vni⁹ generis, ſz ⁊ frigefactiua q̄nq;, iterdū calefactiua, iterdum humefactiua, ⁊ q̄nq; exiccatiua, ac ceteris modis actiua.

Signum efficax. ¶ Aſtipulanť huic aſtrologi q̄dā, q2 in eſtatis cōſiſtētia ſępe ſpectatū eſt magnū frigus, qđ eē nō pōt, niſi a conſtellatiōe, q̄ nobis mittit itētionalez affectionē, q̄ in aere apto infrigidari frigiditatē efficit. Siłi rōne ⁊ in hyeme viſus eſt q̄nq; calor. vt hyeme p̄xima. 1505. vbi frigus nō ꝑcepimus, qđ eē potuit a ȝuentu triū planetarū Saturni, Iouis, ⁊ Martis in cancro, q̄ affectionē illā effecit

vocaluit. ¶ Sz obijcies p̄. q2 ſi celū p iſluētiā terrā ȝſeruaret B ſic multiplicatā in ſphęra terrę, tūc terra nālr aſcēDubōnes ȝ ſe. deret, q2 agēs nāle corporeū fortius agit in ꝓpinquū q̄ in remotū. igiť iſluētia cōſeruatiua terrę fortior erit ꝓpe celū, q̄ in ſphęra terrę. igiť locus iuxta ignē ⁊ celū aptus eſt terrā magis ȝſeruare. igiť terra deberet aſcēdē iuxta celū. Scđo, tūc ignis nō ȝſeruareť in loco nāli, q2 ibi iſluētia terrę ȝſeruatiua viget. ¶ Rñdēt ⁊ tenēt ꝙ elmta Rñſiones eorum. locanť p eiuſmodi iſluētiā a celo ad cētrū terrę difformiter multiplicatā. ¶ Vbi aia duertēdū qđ iſluētia calefactiua multiplicať vſq; in ſphęrā aq̄ excluſiue. Naz vt caliditas realis eſt maxīe actiua ⁊ parū reſiſtiua, ſic ad minimā diſtātiā illa calefactiua iſluētia multiplicať. ideo nō niſi ad ſphęrā aq̄, ⁊ q2 frigiditas magis reſiſtit, ⁊ minus agit, ſic multiplicať ei⁹ iſluētia vſq; in cētrū. Itēq; ſicut hūiditas fortius agit q̄ ſiccitas. ſic iſluētia illius ad minus multiplicať vt vſq; ad ſphęrā terrę excluſiue. et F q2 ſiccitas maxīe reſiſtit. ideo illi⁹ iſluētia maxīe multiplicať vſq; in cētrū. ¶ Tūc p hāc fictionē ſaluāt elmtorū ſitū. q2 eni calefactiuę iſluētię maxīe vigēt in ſphęra ignis. pp qđ iſluētia frigefactiua ibi impediť ab effectu, quē nata eſt ȝſeruare, ideo ibi ignis ſit⁹ eſt. Deide aer. q2 adhuc iſluētia viget calefactiua, ⁊ viget valde humefactiua. deide aq̄. deide terra p ſiłes rōnes. ¶ Tūc p3 ad dubitatiōes. Ad p̄mā dico ꝙ lz ſit iſluētia terrę ſic ꝓpe celū, tm̄ ibi terra gñari nō pōt. q2 eſt ipediēs. vt iſluētia ignis. ¶ Ad 2ᵐ dōm, ꝙ iſluentia calefactiua ibi fortior eſt, ideo ibi ignis collocať. ¶ Ampli⁹ p̄ncipalr 2ᵒ tenent ꝙ lux celeſtis, ⁊ lux elmtaria differūt ſpē, q2 illa eſt p̄ᵃ q̄litas, elmtaria vero 2ᵃ. ¶ Tertio tenēt ꝙ lz lux, ⁊ mot⁹ p ſe iſint celo, mot⁹ eſt prior luce, ⁊ celo p̄us ihęrens. Tuz q2 mot⁹ circularis eſt p̄mus motuū. 8. phyſi. Tum q2 p motū imediati⁹ agit, q̄ p lucē. Tum ēt q2 mot⁹ eſt iſtrm p qđ p̄ᵃ cā p prius agit. ¶ Quarto, tenēt ꝙ lux eſt p̄or iſluētia. Tuz p̄, q2 iſluētia eſt fortior cū lumine q̄ ſine lumine. Tuz ēt, q2 actio lucis eſt manifeſtior. h dicūt recētiores in p̄ᵃ pte q̄ſiti. ¶ Hęc ⁊ ſi colorate dicta ſint, mihi tm̄ ꝓbabiľ ⁊ veri⁹ oiuz iſtoꝝ vr̄ oppoᵐ. Et p̄ ꝓbo ꝙ vltra calorē a luce ⁊ motu cauſatum nō eſt alia iſluētia. ¶ Pmo, q2 mot⁹ celi eſt oib⁹ vita q̄ p nām ſubſiſtūt. 8. phyſico. ſz mot⁹ nō cauſat niſi calorē. igiť nulla eſt iſluētia ꝑter calorē. ¶ Scđo, Ariˢ in 2ᵒ celi tractās celi oia accñtia, iſluētię nihil meminit. igiť ibi erit diminut⁹. q2 ꝑtermiſit vnū accñtiū eēntialiū. ¶ Tertio, Ariˢ in lib. metheo. aſſignās cauſas oiuz impſſionū ex calore ſolum aſſignat ex pte celi, ⁊ ex vapore ex pte terrę. Nō valde facile ſibi fuiſſet aſſignare cauſas ex iſluētia. Et ſic d̄ mēte Ariˢ nō eſt dubitādū circa h, q2 nuſqᵐ dixit ⁊ ꝑtermiſiſſet, vbi ſibi fuiſſet neceſſuz dicere. ¶ De locatiōe vero elmtoꝝ, vt mihi vr̄, valde errant. Ariˢ eni in 4ᵒ celi ⁊ 3ᵒ phyſico. de loco elmtoꝝ loquēs, nū q̄ aliō vult niſi elmtū ȝtētū locari p ſupficiē elmti ȝtinētis, cui⁹ cām ſubſcribit Auer. 4ᵒ phyſi. cō. 42. q2 elmtū ȝtētū q̄ſcit in elmto ȝtinēte, ⁊ moueť ad illō vt in finē, ⁊ formā. veluti ferrū ad magnetē, ⁊ nū q̄ iſluētię meminit. ¶ Sz arguiť per rōnē. p̄, iſluētia frigefactiua eſt poliētior in ſphęra ignis q̄ in ſphęra terrę p eos. igiť ſemp in ſphęra ignis erit violētia. vel ſaltē ignis violēter aliquātēn⁹ ibi collocaretur. ¶ Scđo, vel illa iſluētia recipiť in pleno vel in vacuo. nō in vacuo, q2 nō dať. Si in pleno tūc in aere, ⁊ igne, ⁊ aq̄ recipeť. ⁊ ſic violētū eēt ꝑpetuū. vel iſluētia violēter eſſet in illis ꝑpetuo. ¶ Tertio, non pōt realis frigiditas terrę ſtare in eodē ſubto cū caliditate ignis. nec illius ſiccitas cū hūiditate aeris vel aq̄. igiť iſluētia frigefactiua nō pōt ſtare cū reali caliditate ignis in eodem ſubto.

Quid ꝺ luce dicāt. De ordine eoꝝ q̄ celo iſunt. G

Impugnatio

De iſluētia

H

De locatione elmtoꝝ.

I nec iſluētia exiccatiua cū reali būiditate aeris.tenet cōſe
quētia.ga iſluētia illa eſt fortior ꝙ eiuſdez realis ꝗlitas,
ga eſt a cā pollētiori, vt a cęlo. ¶ Quarto,iſluētia caleſa
ctiua multiplicaſ vſqȝ in cētrū.vt pȝ pp illa ꝗ ibi gñan
tur,ꝗ nō gñarenſ niſi ad illa pueniret calor cęleſtis ꝗ eſt
cūctis vita.12.metaph.cō.18.igiſ nō tm̄ vſqȝ in ſphęrā
aꝗ excluſiue,imo vſqȝ in fundū aꝗ.pp piſces ibidē geni
tos. ¶ Quinto,frigiditas cauſaſ p puationē cauſaꝝ cale
facientiū.ſȝ ꝓpe cęlū adſunt oēs cauſę calefactiuę vt mo
De luce ꝓpria pō. tus ⁊ lumē.igiſ nullo mō ibi pōt frigiditas cāri. ¶ Ul
terius nō vi vez ꝙ lux cęleſtis, ⁊ lux elntaria differant
Confutatio de luce. ſpecie.ꝓ,ga ꝗcūqȝ ꝯueniūt in aliquo accūte eēntiali ſpe
cifico nō differūt ſpē eēntialr.ſed lux cęleſtis,⁊ lux eln
taria ꝯueniūt in illo eēntiali accūte, vt in actuare diapha
K nū.igiſ nō differūt ſpē.Scđo vtrꝗqȝ gñant calorē eſſen
tialr.Tertio,vtrꝗqȝ ſunt obiectū viſus eēntialr.igiſ non
De ordine eoꝝ ꝗ cęlo inſunt. differūt ſpecie. ¶ Uꝛ ēt eē ꝓbabilr dicendū ꝙ lux cęlo
prius iſit ꝙ motus,ga pōt itelligi in eē illi motū non in
exiſtēte, vt qñ cęlum geſcit.adhuc lucere itelligi poteſt.
decla° pōis ꝗ̄m ad oia. ¶ Propter hęc ꝓ declamus oppoſita hoꝝ.Scđo ad ra
tiōes videbimus in ꝯriū.De ꝓ vi ſm Ariſtm̄ eē dōm cę
lū agere in nos lumine ⁊ motu.Js nāqȝ calorē efficit in
ſphęra hac elntaria,quo cūcta ſūt ⁊ agūt.Uez iſte calor
nō eſt ſemꝑ idē ⁊ ęꝗlis.Eſt enim nūc intēſus,nūc remiſ
ſus,nūc gñatiuus,nūc iterēptiuus, ⁊ varius ac vari⁹ put
ſtellę varijs rōnib⁹ configuranſ ⁊ ad luminaria ⁊ iter ſe
vna,cū multiplex ſit cęleſtis miſtura, ⁊ calor iſte lumine
⁊ motu cauſatus vari⁹ exiſtit.Ex ħ ſeqtur ꝙ iſluētia ⁊ ca
lor,nō differūt niſi rōne.vt eni ꝓductiuus caloris i ſubie
cto apto caleſieri calor eſt, vt ꝟo aptus efficere oia, quę
virtute cęli ſiūt,iſluxus ſiue iſluentia dici pōt. ¶ Scđo
ſequiſ ꝙ oēs ſtellę apō Ariſtm̄ iſluūt calorē, vt Auer.de
clarat.2.cęli.cō.42.vez aliꝗ dicunſ iſluere frigiditatez,
L aliꝗ ſiccitatē,aliꝗ humiditatē,nō gdē ſimplr,ſȝ in reſpe
ctu,vt dicit.Et ſic put cū luminarib⁹ varijs ꝯſigurationi
bus ꝯſtituunſ,ſic variāt calorē,cū nūc frigidiorē facien
tes in reſpectu,nūc humectiorē,nūc ſicciorē,ac varijs ra
tionib⁹ variū.De ħ in libro cęli ⁊ in libro de ſubā orbis
ſatis. ¶ Tūc ad rōnes ꝯ hoc.Ad ꝓm̄ dico ꝙ cęterę ꝗlita
tes nō ſiūt imediate a cęlo,niſi in reſpectu.ſȝ bñ media
te.Calor eni cęleſtis eleuans vapores ab aꝗ in media re
giōe gñat gelicidia,ad ꝗ frigiditas ſequiſ maxia,ſilr ele
uās exhalatiōes in ſeptētrione gñat vētū ſeptētrionalez
ad quē ſequiſ frigus.Et ſic calor ille imediate frigiditatē
nō gñat.ſȝ bñ mediate.Et ſi imediate fiūt illę a cęlo,non
ſiūt niſi in reſpectu.Silr de cęteris dicaſ. ¶ Ad 2m̄ ⁊ ad
3m̄ patebit rñſio ꝑ ea ꝗ dicā de locis elntoꝝ. ¶ Ad 4m̄ ꝯ
cēdū ꝙ mouet ignē ꝑ influētiā nō diſtictaz a calore cęle
ſti. ¶ Ad 5m̄ dōm ꝙ penetrat illuc calor cęleſtis cāus ꝑ
lumē,qō calefacit terrā ꝑ ptē poſt ptē. ⁊ ꝑ motū varijs ſi
guris lumē illō variādo. ¶ Ad 6m̄ negaſ ſilſtudo,ga in
illis nō ſufficit ꝗlitas ſenſibilis ꝓ ſpecie illaꝝ ꝯſeruāda,
M ſed cęlo ſatis ſunt lumē ⁊ mot⁹. ¶ Ad 7m̄ Ptolemęus lo
quiſ de ſtllis in reſpectu.Ex his ſeqſ ꝙ nulla ꝗlitas ꝑ ſe,
⁊ imediate ſm eē ſimplr efficiſ a cęlo pter calorē.Cęte
rę vel ſiūt in reſpectu, vt in hyeme frigus,i verē humor,
in ęſtate calor,in autūno ſiccū.vel ſiūt ſimplr ⁊ hoc me
diate, vt qñ ꝑ calorē cęlū ꝓducit ea ad ꝗ cęterę ſequūtur
De locis elntoꝝ. ꝗlitates. ¶ De his aliꝗ tetigi in libro nr̄aꝝ calamitatū.
De locis elntoꝝ ꝟo Auer.4° cęli.cō.22.in fine apte loq
tur.Uult eni ꝗ elntū ꝯtinēs ſit for⁹ ⁊ finis elnti ꝯtenti.⁊
hoc pp ꝗlitatē ſymbolā. vt ignis ꝯtinet aerē pp calorem
ſymbolū,aer aquā,aꝗ terrā pp idē.Et ppea nō opȝ po
nere aliud pter ſymbolas, ⁊ cōes qualitates ꝓ locatione
elntoꝝ.nec opȝ locū eē omnino in omnib⁹ ſimilē locato,

N ſed ſatis eſt. vt ſit illius conſeruatiuus per aliquid eius.
¶ Tūc ad rōnes.Ad ꝓmā ꝗ erat 2ª, dico ꝙ terra ꝯſerua
tur in loco nāli ꝑ ſymbolū,nō ꝑ aliō. ¶ Ad 2m̄ dōm ꝙ
nec meli⁹ nec peius terra afficiſ ſm nām terrę,ga ſemꝑ
ꝯtineſ ab aꝗ,ſȝ bñ ꝑ accñs.Et ꝑ hoc ſoluiſ ꝓblema.vȝ.
quare in eſtate ſit frigiditas.Rñdeſ ꝙ illud eſt ga calor
euariat⁹ pp motū ꝯfigurationū ſtellaꝝ igenerat grandi
nes vel vētū ſeptētrionalē ad ꝗ ſequiſ frigus. ⁊ ſic illō ſit
mediate.ħ de locatiōe elntoꝝ. ¶ Ulteri⁹ dico ꝙ quali
tas ꝓ° ⁊ 2ª nō differunt ſpecie,niſi accñtali, vt calor cęle
ſtis ⁊ elntaris.nō aūt eſſentialr.Propterea lux cęli, ⁊ lux
elntaria accñtalr differūt ſpē.nō aūt eēntialr.Ulteri⁹ ēt
dico ꝙ lux eſt ꝓor motu, ⁊ eſt poſterior.ſm ſubtū gdem
mot⁹ ꝓor eſt,ga iſequiſ quātitatē ſeu corp⁹ in eo ꝙ quā
O tū.lux iſequiſ cęlū in eo ꝙ ꝗle,mō quātū eſt ꝓus quali.
Sȝ ſm prioritatē ꝯſtię lux prius cęlo ineſt,ga pōt ei in
eſſe moto, ⁊ nō moto. ¶ Et ꝑ hoc pȝ ad rōnes.ħ de ꝓ° ꝑ
te ꝗſiti. ¶ Quātū ad 2m̄ tenēt gdam ꝙ tactiles ꝗlitates 2ª ps ꝗ ꝗlitates ſint elntoꝝ.
tm̄ elntis cōpetūt.ga tactiles competūt, ⁊ nullę nō tacti
les. vt Ariſtꝰ enūerauit in lr̄a.Alij ꝟo tenent ꝙ cōpetant
eis tactiles, ⁊ viſiles.Et gdē eis competāt tactiles,ex te
xtu pȝ.ꝙ ꝟo viſiles declarāt, ⁊ ſupponūt colorē nō eſſe
aliō ꝙ luminis reflexionē,ſiue lumē opacū,ſȝ lumē pōt
reflecti a terra, ⁊ effici opacū ab illa.igiſ terra pōt eē co
lorata. ¶ Scđo cuicūqȝ cōpetit poſterius eidez cōpetit
prius.ſȝ elntis cōpetit tactile,qō eſt poſterius.igiſ viſile
qō eſt ꝓus.Eis tñ neqȝ ſapor,neqȝ odor,neqȝ ſonus com
petere pōt.Sapor gdē ⁊ odor nō cōpetūt,ga hęc ſequū
tur miſturā primaꝝ qualitatū.De ſono eſt dubiū.ga ſo
P nus eſt ſubiectiue in aere,ga fractio eſt in fracto, ⁊ motus in
mobili.Mō ſonus vel eſt fractio ⁊ mot⁹ aeris, vel nō ſi
ne motu ⁊ fractione.igiſ eſt in aere.Forte ꝙ ſonus ſubie
ue eſt in aere,denoiatiue in corpꝛe duro.Et tunc iuxta hęc
opȝ dicere elntis cōpetere ꝗlitates ſenſiles tactu,viſu,et
auditu.nō tñ oēs oib⁹.Uez tenēdo ꝙ color cauſetur ex
miſtura ꝗlitatū ꝓmaꝝ.dici pōt ꝙ elntis ſubiectiue compe
tūt tactiles ⁊ auditiles ꝗlitates.viſiles ꝟo nō.ſȝ ꝟo ꝗre
in 2° de aia.ħ de 2ª pte. ¶ De 3° tenēt oēs ꝙ actiōe rea 3ª ps eſt, ꝗ ſint actiuę.
li ⁊ alteratiua ſiue corruptiua ſolę ꝗtuor tactiles ſūt acti
uę ⁊ paſſiuę, vt calidū frigidū,humidū ſiccū.Declaſ.ga
viſiles nō ſūt iuicē actiuę ac paſſiuę,niſi itētionalr in vi
ſuz,audiriles,guſtatiles,odores ēt in proprios ſenſus.De
tactilib⁹ ſolę illę ſūt actiuę ⁊ paſſiuę,ga ſolę illę agunt ⁊
patiunſ iuicē.cęterę cū ſil ſtare poſſint,primę,nō dicun
tur actiuę ⁊ paſſiuę.Ex his pȝ ꝓ ꝙ graue ⁊ leue nō dicūſ
actiuę ⁊ paſſiuę ad ſenſuz datū.ga ſolū motū efficiūt,lu
cem tñ approximatę nō agūt ⁊ patiunſ.Jtē ēt vel lumē
⁊ mot⁹, ⁊ ſi ꝓducāt calorē.ga nō agūt cū ꝯrietate, ga pñt
ſtare cū frigiditate. ¶ Sȝ ambigūt ꝗ ſit cā remiſſiōis ⁊
Q intēſiōis cęteraꝝ ꝗlitatū ſi non ſunt actiuę neqȝ paſſiuę,
vt vñ albedo itēdiſ ⁊ remittiſ.Rñdent eiuſmodi ꝗlita
tes itēdi ⁊ remitti ꝑ itēſionē ⁊ remiſſionē ſuaꝝ cauſaruȝ
hoc eſt ꝓportionū ꝓmaꝝ ꝗlitatū ad ꝗs ſequunſ.ħ de 3°.
¶ De 4° Ariſtꝰ in lr̄a vult ꝗtuor eē ꝓmas ꝗlitates acti 4ª ps quot ſint.
uas nō iuicē reducibiles,nec coincidētes.eaꝝ dico ꝗ ge
nerat is ⁊ corruptibilib⁹ cōpetūt, vt calidū frigidū,humi
dū ⁊ ſiccū.Jſtę dicunſ ꝓe,nō gdē ſimplr,ſȝ reſpectu gña
biliū,ga lux eſt ꝓor reſpectu cęli.actiuę pp graue ⁊ leue,
⁊ cęteras id gen⁹,ꝗ nō dicunſ actiuę niſi ęquoce.nō coin
cidētes,ga ſpē eſſentialr differunt,nec in alias reducibi
les,ga cęterę reducunſ in has ꝗtuor, ⁊ ipſe in nullas nec
inuicem, vt in textu deductū fuit.Dicunſ etiam priores
alijs ⁊ tpe ⁊ cā.Tpe gdē,ga pñt alicui ineſſe ſine alijs, ⁊
alię nō ſine ipſis.Cā ꝟo nō gdē ꝓncipali ſȝ diſpoſitiua,
ga redactę ad certā ꝓportionē ſunt inſtrm̄ quo for⁹ mi
ſti, vel

A Dubitatio.

ſti, vel generis formã gſiat ꝯſitis, ⁊ cetera zᵒ accidentia. ℂ Dubitãt quo mõ calidũ eſt effect⁹ ꝑmi calidi. cũ calidũ ſit effect⁹ ſolis, q̃ nõ eſt calidus. ſilr ⁊ in ceteris dicaẽ. ℂ Rñdet expoſitor Ariſ^tis log de qualitatib⁹ actiuis ⁊ paſſiuis inicẽ, mõ lʒ lux ſtellaꝝ cauſet caloꝛẽ, nõ tñ agit ⁊ patiẽ, q̃ nõ cõicat in mã. ℂ Meli⁹ dici põt ꝙ calidũ eſt effect⁹ ꝑmi calidi a quo cauſaẽ inquãtũ tale, modo a ſtellis calidũ nõ ꝑficiſcẽ, iquãtũ ſtellę ſũt, ſʒ vt lucidę vl motę. ℂ Per hęc ad argumẽta patet ſolutio. ℂ Ad primum enĩʒ patet. q̃ dicũtur primę per negationeʒ prioris, ⁊ non poſitiuę. ℂ Ad ſecũdũʒ patet ſolutio. Hęc de q̃ſtione prima. ℂ De ſecũda q̃ſtione arguitur ꝙ omnes quatuoꝛ ſunt actiuę, quia omnes ſunt contrarię. Secundo omnes ſunt formę. igitur omnes agunt. In contrariũ eſt Ariſtoteles, qui harum quatuoꝛ duas eſſe actiuas, duas paſſiuas aſſerit. ℂ In iſto quęſito reſpondent q̃dam ꝙ hę quatuoꝛ qualitates poſſunt tribus modis comparari. Uno modo calidum ⁊ frigidum inuiceʒ comparando. Secũdo humidum ⁊ ſiccum. Tertio illa ad hęc vt calidum frigidum ad humidum ſiccum. ℂ Tunc tenẽt omnes eſſe actiuas ⁊ paſſiuas comparando quãlibʒ ad ſuum contrarium, vt humidum ad ſiccum vel econtra. Et calidum ad frigidũʒ vel econtra. ℂ Dicunt ſecundo ꝙ neutra eſt actiua vel paſſiua comparando ad ſuã cõpoſſibilem niſi per accidens, vt comparando calidũ ad humidum vel ſiccum, ⁊ frigidum ſimiliter ad illa. quia poſſunt ſtare cum illis. Dixi niſi per accidens, quia calidum agit in humidum per accidens, quando corrumpit aquam. vʒ. corrumpendo frigiditateʒ eius. ad cuius corruptionem ſequitur remiſſio ipſius humiditatis. ℂ Dicunt tertio ꝙ quo ad actiuitatem duę ſunt actiuę, calidũ videlʒ ⁊ frigidum, quia foꝛtius agunt. Quo ꝟo ad reſiſtentiam duę paſſiuę ſunt. vʒ. humidum ⁊ ſiccum. Illę enim ſunt parum reſiſtentes, ⁊ multum agentes. hę contra multũ reſiſtentes, ⁊ remiſſe agentes. ℂ Sed hęc poſitio eſt contra Ariſtotelem in litera. non enĩʒ vocat illas actiuas, quia plus agũt, neqʒ illas paſſiuas, quia plus reſiſtunt. Sed quia illę quidem congregant. Iſtę (vt ita dicam) congregantur, quia terminantur ab alio quodam. Itemqʒ etiam probatum eſt ꝙ per quãtum qualitas eſt actiua per tantũ reſiſtit. ℂ Propterea animaduertẽdũ eſt ꝙ hę quatuoꝛ qualitates poſſunt comparari vel quęlibet ad ſuum contrarium, vel geminatim inter ſe, vt calidum frigidum ad humidum ſiccũ, vel omnes ad operationes, quę ab his proficiſcuntur, vel ad tactuʒ, cuius ſunt ſubiectum ſiue obiectum. Siquidem comparẽtur ad ſua contraria. omnes ſunt actiuę ⁊ paſſiuę, vt bene dixerunt, quia omnes poſſunt contraria corrumpere, ⁊ ab eis corrumpi. Si geminatim inter ſe, nec dici debẽt per ſe actiuę, nec per ſe paſſiuę. quia omnes compoſſibiles, niſi tñ per accidens. ac per viam ſequelę. Si ad tactum ſic omnes ſunt actiuę, ⁊ omnesqʒ per ſe. Lʒ calidum et frigidum magis, q̃ humidum ⁊ ſiccum, quia illę foꝛtius immutant. hę remiſſius. Si ꝟo ad opera, ſic duę ſoꝛtitę ſunt nomen paſſiui, vtpote humidum ⁊ ſiccum, quia hę potius congregantur q̃ congregent. duę nomen actiui, vt calidum ⁊ frigidum, quia ambę congregant. Hęc in expoſitione literę dicta ſunt. ℂ Sed ambiges. quia agere ⁊ pati ſunt cum alteratione corruptiua, modo congregare, ⁊ congregari non ſunt cum alteratione corruptiua. Poteſt enim agens congregare nihil corruptiue alterãdo. ſimiliter ⁊ congregari etiam non corruptiue patiendo. ℂ Reſpondetur ꝙ a rõne generis omnes ſunt actiuę, ⁊ omnes ſunt paſſiuę, actiuę quideʒ, quia omnes ſuorum contrariorum ſunt corruptiuę, paſſiuę ꝟo, q̃ oẽs a ſuis contrarijs aptę corrumpi. a ratione ſpeciei, ⁊ comparando vnum par ad alterum par, vt calidum ⁊ frigidum ad humidum ⁊ ſiccum, ſic duę ſoꝛtitę ſunt nomen paſſiui, vt humidum ⁊ ſiccuʒ, quia aptę terminari, ac cõgregari, duę actiui, quia aptę congregare. ℂ Tũc ad foꝛmaʒ dico ꝙ duę ſunt actiuę ⁊ duę paſſiuę a nomine ſpeciei. Nec opoꝛtet vt operatio ſit corruptiua, vt habẽt nomen a ſpecie, ſed vt habẽnt nomen a genere. ℂ Secundo dubitant, vtrum miſtum diſſimilare quod etherogeneum dicitur, vt animal vel lapis exiſtens in ſua naturali diſpoſitione. ac temperata complexiõe ſibi ſm ſpeciem poſſibili ſit aptum corrumpi ab intrinſeco remoto omne agente extrinſeco. ℂ Reſpondent quidam ⁊ ſapientes, ꝙ ſiquis eſſet temperatus ſimpliciter complexione ſm ſpeciem, ⁊ in aere temperato, ⁊ in cibis ⁊ potu temperatis, ab intrinſeco nunq̃ corrumperetur. Probãt quia omnis diſtemperantia prouenit ab aliqua ſex rerum non naturalium. ſed tale temperatuʒ omnesqʒ res naturales temperate perficeret, doꝛmiret naturaliter quãtum ſibi competit, tantũ ederet quantum vrgeret neceſſitas. ⁊ in ceteris ſimiliter. igitur reſtauraret tale quale, ⁊ tantum quantum. hęc res pertractatur a medicis. Mihi autem videtur ꝙ corrumperetur ab intrinſeco ſalteʒ per accidens, quia cum partes ſint diſſimilares erunt inuicem actiuę ⁊ paſſiuę. ⁊ ſic aptę diſponi ad corruptioneʒ, quare continuo erit aliud atqʒ aliud, ⁊ per cõſequẽs non reſtaurabit tale quale vel tantum quantũ. ℂ P. Calidum ageret in humiduʒ radicale illud exiccando. ergo nunq̃ poſſet reſtaurari quale prius, vel quantum prius. Unum tamen dubium eſt grande, quia ex cibo ⁊ potu ⁊ alijs temperatis fieri poteſt ſperma temperatuʒ, ex quo fieri poteſt puer temperatiſſimus, ⁊ talis ⁊ tanti humidi, qualis ⁊ quanti fuit pater in pueritia, quare cum ſperma ſit ſuperfluum nutrimenti. Videẽ ex nutrimento fieri poſſe humidum tale ⁊ tãtũ, quale ⁊ quantum fuit illud puerile, ⁊ ſic poteſt reſtaurari tale quale, ⁊ tantum quantuʒ, hoc eſt difficile, medicis relinquo. eſſet tamen lõgeuuʒ ⁊ corruptibile corruptione nãli. Et ſic patet ad dubiuʒ. Et conſequenter ad argumenta in principio facta.

ℂ Duę (vt dictũ eſt a Philopono) ꝯditiones ſunt, vt q̃litates dicanẽ ꝑmę, ⁊ oẽs alię ꝯtineanẽ ſub ipſis, ⁊ ipſę ſub nullis. Hinc Ariſ^tis ꝯcludit, ꝙ q̃tuoꝛ tñ ſunt ꝑ^e q̃litates, calidũ / frigidũ, ⁊ humidũ ⁊ ſiccũ, ⁊ hoc ꝓponit, ⁊ ꝓbat (⁊ inq̃t) Manifeſtũ eſt igiẽ, ꝙ ⁊ oẽs alię diffę, reducanẽ ad primas q̃tuoꝛ, tãq̃ ſub eis cõtẽta, ⁊ hęc eſt altera conditio. Hę aũt nõ amplius in minores, tãq̃ in ſub illis ꝯtentę, ꝑma ꝯnis pʒ ex dictis pʒ, zᵉᵃ ꝟo ꝓbat, ⁊ dicit. Neqʒ enĩ calidũ eſt qđ ſiccũ, ⁊ ſic calidũ non ꝯtineẽ ſub ſicco. vel qđ humidũ, ⁊ ſic nõ ꝯtineẽ ſub humido, neqʒ humidũ eſt calidũ / hoc eſt tãq̃ ſub eo ꝯtentũ, aut qđ frigiduʒ tãq̃ ſub eo ꝯtentũ. Probat hęc Philoponus, calidũ. n. nõ eſt ſub ſicco (vt inq̃t) q̃ nõ oẽ calidum eſt ſiccũ, aer enĩ calidus eſt, qui nõ eſt ſiccus, eadẽ rõne humidũ nõ eſt, cũ ſub illo ipm calidũ nõ ꝯtineaẽ, aliqđ enĩ calidum eſt, ⁊ nõ humidũ, vt ignis. Sĩli rõne, nec humidũ eſt ſb calido, q̃ aq̃ eſt humida, q̃ non eſt calida, nec ſub frigido, q̃ aer humidus eſt q̃ nõ eſt frigidus. Inſup (vt Ariſtoteles inq̃t) nec frigidũ ⁊ ſiccũ ſunt ſubinuicẽ, cũ nõ oẽ frigidũ ſit ſiccũ, vt aq̃, nec oẽ ſiccuʒ frigidũ vt ignis, nec frigidũ ⁊ ſiccũ ſub calido ⁊ humido ſunt. Frigidũ enim ſub calido nõ eſt, q̃ nullũ ꝯtrũ ſub altero eſt, nec ſb humido, q̃ ignis nõ eſt humidus. Sĩli rõne ſiccum nõ eſt ſub humido, q̃ ſuũ ꝯtrũʒ eſt, nec ſub calido, q̃ terra ſicca eſt, q̃ ſub calido nõ eſt. Ergo iſtę q̃tuoꝛ ſibiinuicẽ ſuppoſitę nõ ſunt. Sʒ penitus abiũctę, atqʒ auerſę, ⁊ ſic paſſuẽ, de gñia, ⁊ contra.

Margin notes (left): R. expo^ris — R^a ꝑꝑa — zᵒ qđ q̃ ẽ ő actiuis ⁊ paſſiuis. — ꝑ^a poſitio. — B — C Confutatio — Proꝑa põ. — D

Margin notes (right): E — Secũdũ dubiũ an miſtũ diſſilaẽ poſſit eẽ ꝑpetuum. — F — G — Recognes — H

I Caliditas Abiūctę Frigiditas

Abiunctę Abiunctę

Humiditas Abiunctę Siccitas

ter ſecūda cōditio. Quęrit Alexāder cur Ari^(les) ꝑtermi-
ſit aſperū ⁊ leue. Rñdet ꝑmo, q2 aſperū reducit ad ſic-
cum, ac coagulatū, leue autē ad humidū, nā humidū eſt
quid ęqle, At leue ſaltem in eius ſupficie ęqle eſt. Me-
lius (vt inquit Philoponus) dicit Alexander, ꝙ hę ꝯrie
tates neqȝ actiuę ſunt, neqȝ paſſiuę, cum non ſint q̄lita-
tes. Sunt eni potius in ꝑdicamēto pōnis. Ergo ſi non ſunt
q̄litates, nec actiuę nec paſſiuę eſſe poſſunt. ¶ In com-
K mentarijs diſputatio magna fit de q̄litatib⁹ cęleſtibus,
vbi lȝ ea, q̄ diximus, pulchre dicta ſint, tñ determinatio
q̄ſtiōis eſt aliquo pacto obſcura, p dilucidatiōe igit̄ ſume
mus ꝑmo ꝙ cęluȝ, ſiue cęleſtes ſtellę nihil agant in his
inferiorib⁹, niſi calorē imediate. ꝓbatur, q2 cęlū eſt cun
ctis vita. Uita autē nō niſi calore cōſiſtit, ergo imediate
agit calorē. Ex hoc ſequitur cęteras ſtellas, quas mathe-
matici frigidas, vel humidas, vel ſiccas appellant, ēt ca
lorē cauſare, ve℞ cęteras qualitates efficere dicunt̄ in
reſpectu, q̄ calor aliqñ vnius vi frigiditas reſpectu calo
ris alterius, vel ſiccitas, vel humiditas, vt calor martis
reſpectu caloris Ueneris videtur ſiccitas, calor Uene-
ris videtur ⁊ Lunę reſpectu caloris Solis ⁊ Martis
humiditas, oēs tñ ſunt calores, nec tibi hoc videat̄ im-
portunū, cū ante Hippocratē in elñtis nulla alia q̄litas
fuit cognita niſi caliditas, quā varijs reſpectib⁹ dixerūt
L eſſe oēm qualitatē. Secūdo ſumamus calorē iſtū cau-
ſari mediāte motu ⁊ lumine, nō eodē mō. Mediāte eni
lumine p totū, etiā vſqȝ ad viſcera terrę, ad q̄ lȝ non ꝑ-
ueniat lumen, q2 tñ lumen calefacit terrā, caliditas illa
per ꝑtē terrę poſt ꝑtē ducit̄ vſqȝ ad viſcera. p motum
ꝟo, q2 mouēdo ignē ⁊ ſupmā aeris ꝑtē attritiōe cale-
facit, hęc aūt q̄ ſunt īfra aeris ſupmam ꝑtē, ⁊ īfra ignē,
cū nō moueant̄ a cęlo, nō calefiūt attritione. Ue℞ quia
varijs motib⁹, ſtellę varijs modis figurant̄, inde varię
fiūt miſturę luminū, ⁊ ſic calor hic nō eſt ſemꝑ ęqualis.
Mediāte ergo motu calefacit cęlū dupl'r, aut mediāte
motu imediate aliqua mouēdo, ac triturātiōe mediāte,
calefaciendo, aut varijs figuris ſtellas afficiendo, vt lu-
mē miſtū varieť. q̄ ſtellę mediāte motu agūt calorē q̄-
tenus mediāte motu aliq̄ mouent. illa calefaciendo, vel
quatenus mediāte motu lumē ab illis emiſſuȝ nō ęq̄li-
M ter ad hęc venit. Mediāte ꝟo lumine, quo illuminādo
imediate vel mediate calefacit hęc. Ex quo ſeq̄tur ꝙ ca
lor īfra ſupmā aeris ⁊ īfra ignē nō fit hic niſi a ſolo lu-
mine, lȝ nō ſine motu illud variante. Tertio ſumo ꝙ lȝ
ſtellę imediate nō agāt, niſi calorē, tñ mediantib⁹ cauſis
ſecūdis agunt oēs qualitates. Calor eni cęleſtis diffuſus
in his inferiorib⁹ oīa agit, aqua eni agente in terrā, cum
vā ex terra facit aquā ⁊ ſic facit frigiditatē, ⁊ humidita-
tē mediāte forma aquę, cū aere agēte in aquam facit ae-
reas qualitates, imo cū hoīe facit hoīem, ⁊ oīa hoīs acci
dentia, hęc eſt opīo Ari^(lis). Ex quib⁹ pȝ dilucidatio ꝙ ni-
hil eſt in ſtellis ꝑter lumē ⁊ motū, ⁊ nihil a ſtellis multi-
plicat̄ ꝑter calorē, qui eſt immediate caloris tñ effe-
ctiuus, mediante ꝟo eſt oīum co℞ productiuus, quę hic
fiūt. ¶ Uerū in hac dilucidatiōe occurrit q̄ſtio, pp̄ qd
De virtuti- b⁹ occultis in rebus generabilibus ꝑter formas, ⁊ qualitates elñta-
rias dant̄ virtutes occultę, vt magneti trahere ferrum.

Reubarbero educere cholerā, ſtellis aūt nullā virtutē N
ꝑter lucem, vno mō dici pōt, q2 virtus ſtellę cuiuſqȝ for-
ma eſt ꝑſtantior forma miſti, ideo plura pōt agere vno
inſtrumēto, ⁊ ſic poſſunt medici defendi. Alio mō dice-
re poſſumus peripateticos in miſtis nullā poſuiſſe vir-
tutem nec occultā, nec manifeſtā ꝑter formas ſubſtan-
tiales co℞, ⁊ ꝑter qualitates elemētarias. Tunc dōm, ꝙ
reubarbarū educit cholerā ſua caliditate, nō qua calidi-
tas eſt, ſed qua eſt inſtrm̄ eius ſubālis formę. Simi ratio-
ne magnes trahit ferrū qualitate manifeſta, q̄ in ei⁹ cō-
plexione ꝑdominat̄, vt q2 calidus, nō ſimpl'r, ſed q̄ eius
caliditas eſt inſtrm̄ eius formę, ⁊ ſic argumentū ſuppo-
nit falſuȝ. ¶ De locatione ꝟo elemento℞, aiaduerte ꝙ De locatione elñto℞.
elemētū ſupius eſt corpus locās elñtuȝ in ipſo ꝯtentum
rōne ſuę ſupficiei, ⁊ rōne ſuę qualitatis ſymbolę, ⁊ rōne
ſitus, quē hȝ in vniuerſo. Supficies qdē corporis conti
O nētis, locus eſt corporis ꝯtenti, quo corpus ꝯtinēs locat
ꝯtentū quantitatiue. q̄litas ſymbola, qua locat illud q̄li-
tatiue, ac ſymbolice. diſtātia ꝟo ad cęlū, qua locat illud
formal'r, ac cōpletiue. Nō eni corpus per ſolas ſui ſupfi
ciem poſſet locare nāle corpus, q2 ſic indifferēter poſſȝ
locare oē nāle corpus, qd̄ eſt cōtra experiētiā, q2 ignis
per ſui ꝯcauā ſupficiem nō pōt locare nāliter aquā vel
terrā. nec per ſui qualitatē ſymbolā ſolā, q2 tunc aer ad
ignis ꝯcauū moueret̄, vbicūqȝ poneret̄, qd̄ nō credere.
¶ P. Sicut per ſymbolā locaret, ita per diſſymbolam
cōtrariaret̄. q̄ niſi diſſymbola regularet̄ ex cęli diſtan-
tia, per ſymbolā ſolā nunq̄ corpus ꝯtentū nāliter loca-
ri poſſet in ꝯtinente. Qua rōne fit, ꝙ ꝯtinēs corpus con-
tentum locet, oībus illis, ſed ꝑncipal'r, ac cōpletiue non,
niſi per diſtātiam circūſtantionatā ad cęlum. Ex his ſe-
P quit̄. nō eſt neceſſariū ob locationē elemento℞ ponere
influentiā ꝑter lumen, ⁊ motū, cū ad illā ſufficiat diſtā-
tia, quę nō eſt forte niſi qualitas ſymbola ad cęlū ſic di-
ſtans. Hęc eſt opīo Auerrois, ⁊ Auicēnę, ⁊ alio℞ pho℞.
¶ Ulterius q̄ritur in cōmētarijs, vtrū alię q̄litates ꝑ- An alię q̄litates poſſint ineſſe elñtis.
ter tangibiles poſſint ineē elemētis. Aiaduerte, ꝙ intē-
tionaliter oēs q̄litates poſſunt cōpetere elñtis, vt ſubiē-
ctis, q2 tñ poſſunt eē ſubiecta oīum intētionū qualitatum
alia℞ ſenſuū, vt pȝ diſcurrēti. Realiter ꝟo nō, niſi ſon⁹
in aere, ⁊ lumen reflexū in terra, qd̄ non eſt color. Cū ēt
quęritur, quę actiuę, ⁊ quę paſſiuę, ⁊ cur quatuor, ſępi⁹
in recognitionibus hiſce patuit.

¶ Quoniā aūt quatuor elñta ſunt, co℞ autē qua- Tex. cōmē. 21.
tuor ſex ꝯiugationes ſunt, ꝯtria aūt non nata
ſunt ꝯiūgi (calidū eni ⁊ frigidū eē idē, ⁊ rur- Q
ſus humidū ⁊ ſiccū, ipoſſi'e eſt) manifeſtū eſt
ꝙ quatuor erūt elñto℞ ꝯiugatiōes, calidū ⁊ alia: calidi ⁊ ſicci ⁊ calidi ⁊ humidi. ⁊ rurſus frigidi ⁊ humidi. et frigidi ⁊ ſicci.
ſiccū, calidū ⁊ humidū, ⁊ rurſus frigiduȝ ⁊
hūidū, ⁊ frigidū ⁊ ſiccū. Et ſequunt̄ ſm rō-
nem ſimplicia apparētia corpora, ignē ⁊ ae-
reȝ, ⁊ aquā, ⁊ terrā (ignis eni calidus ⁊ ſicc⁹
eſt. aer aūt, calidus ⁊ humidus. velut. vapor
enim aer. aqua autem frigida eſt ⁊ humida,
terra autē frigida ⁊ ſicca) vt rōnabil'r diſtri-
buant̄ differentię primis corporibus, ⁊ mul
titudo eorum ſit ſm rationem.

¶ Quod ꝟo q̄tuor ſint elñta, eſt q2 ho℞ q̄tuor Dilucidatio tex. c. eiuſdē.
ſex ſunt ꝯiugationes. Cōtraria autem ꝯſtare
nō poſſunt (calidū eni ⁊ frigidum cōſtare, ⁊
rurſus

A rurſus ſiccuʒ ⁊ humidū, ipoſe eſt) Manifeſtuʒ ēt ꝙ q̄tuor erunt ipſoꝝ elntoꝝ ꝯſtantię. vtpote calidi ⁊ ſicci. ⁊ calidi ⁊ hūidi. Itēqȝ frigidi ⁊ ſicci. ⁊ frigidi ⁊ humidi. Et hec rō cōſentanea eſt his ſimplicib⁹ corporib⁹ q̄ vident̄. vʒ. igni ⁊ aeri. ⁊ aq̄ ⁊ terrę. Ignis q̄dē eni calidus ⁊ ſiccus eſt. Aer ṽo calidus ⁊ humidus, naʒ aer eſt veluti euaporatio. Aq̄ aūt frigida, ⁊ hūida. Terra ṽo frigida ⁊ ſicca. vt igit̄ rōnabile eſt d̄rias primis corporibus diſtribuē, ita mltitudo coꝝ erit ꝭʒ rōnē.

Cōmē. 21. ¶ Uenatus eſt numeꝝ qualitatū, nūc venat̄ ex illis nūerū elntoꝝ. Et ponit hāc ꝯnē. q̄tuor ſūt elnta. ⁊ ſyllogiʒat

B ſic. ꝯſtātię qualitatū ſunt quattuor tm̄. elnta ſunt cōſtātię qualitatū. Igit̄ elemēta ſunt quattuor tm̄. Maior declarat̄. q̄a omnes quattuor termini oppoſiti ſex modis cōiugant̄, ſed quattuor tm̄ cōſtant, vt in exēplo.

¶ Hec regula declarata ē 2° topicoꝝ. nunc aūt ſupponatur. Scđo idē ꝓbat a ſigno, quia ſenſu tm̄ quattuor apparēt. igit̄ tm̄ q̄tuor ſūt elnta.

Dubitatio. ¶ Sʒ dubitabis, q̄a hec rō non ꝓbat niſi

C quattuor poſſe eſſe, q̄a ait ſex eē ꝯiugatiōes, ⁊ q̄tuor cōſtārias. B eſt ⁊ de ſex q̄tuor poſſūt ꝯſta

Solutio. re. ¶ Dicēdū ꝙ in ſpē q̄cq̄d eſt poſe reperit̄ i aliquo in diuiduo. Si igit̄ pōt eē cōſtāria calidi ⁊ ſicci, in aliquo

D idiuiduo erit, ⁊ ſic hr̄ ignis. Et de ceteris eodē modo. verba patent.

Recogn̄es ¶ In cōmētarꝗs ponit̄ ꝯclo, ⁊ ſyllo, qui illaʒ ꝓbat, ⁊ oīa ſunt bene dicta, ꝯtinuet̄ ḡ textus, ꝙ cū Ari^{les} determinauit ꝯrietates ſiue qualitates ꝯrias, q̄b⁹ elnta ꝯſtāt, nunc ex cōbinatione illaꝝ ꝯcludit numerū elntoꝝ. Ad cuius deductionē ſumit tria, p̄o toto añcedēte, ex q̄b⁹ concludit q̄tuor eſſe illaꝝ ꝯiugationes, quas poſtea adaptat q̄tuor elntis. Et (vt Philoponus ingt) per elnta intelligit hic q̄tuor ꝯrietates elntarias. ſ. calidū, frigidū, ſiccum, ⁊ humidū. vn̄ dicit. Qm̄ autē q̄tuor elnta ſunt, ideſt quatuor elntarię qualitates, quę vt Philoponus ingt. ideo elnta dicta ſunt, q̄a imediate poſt mām ſunt principia ⁊ elnta. Hec eſt p̄ª ſuppō. Deide ponit 2^{am} (⁊ ingt) Coniu


E gationes ſunt. Hec eſt 2ª ſuppō. Deide ponit 3^{am}. ⁊ dicit. aūt quattuor elntoꝝ ſiue elemētariarū q̄litatū ſex cōiucōtraria aūt nō nata ſunt coiungi, qđ ꝓbat. ⁊ dicit. Calidū eni ⁊ frigidū eſſe idē ſiue ꝯiugata, ⁊ rurſus humiduʒ ⁊ ſiccū eē ꝯiugata ipoſſibile eſt. Ex his trib⁹ ꝯcludit numerū poſſibiliū ꝯiugationuʒ (⁊ ingt) Manifeſtū eſt, ꝙ q̄tuor erunt elntoꝝ. ideſt qualitatū elntariarū ꝯiugationes, Quarū p̄ma erit calidi ⁊ ſicci. 2ª erit ⁊ calidi ⁊ humidi. 3ª erit ⁊ rurſus frigidi ⁊ humidi. 4ª ṽo erit ⁊ frigidi ⁊ ſicci. pʒ ergo ꝙ q̄tuor ſunt ꝯiugationes. Deide ꝑ ſenſum accōmodat has q̄tuor ſenſibilib⁹ corporib⁹. ⁊ dicit, ⁊ hę ſcʒ q̄tuor ꝯiugationes ſm̄ rationem ad ſimplicia corpora ſequunt̄. ſ. ad ignē, ⁊ aerē, ⁊ aquā, ⁊ terrā. exponit q̄uo ſm̄ rōnem ſequant̄ ad illa q̄tuor ſenſibilia corpora. ⁊ di

F cit. Ignis. n. calidus ⁊ ſiccus eſt, ⁊ ſic p̄ª ꝯiugatio accommodatur igni. Aer aūt calidus ⁊ humidus, ⁊ ſic 2ª ꝯiugatio accōmodat̄ aeri. Probat autē ꝙ aer ſit calidus, ⁊ de alijs nihil ꝓbat, q̄a (vt Philoponus ingt) fuerūt aliqui qui opinati ſunt aerē eē frigidū, ⁊ humidum, ideo ꝓbat aerē eſſe calidū, q̄a eſt veluti vapor, cōſtat autē vaporeʒ eſſe calidum, cū a caliditate gn̄et̄ celeſti. deide accōmodat alias alijs. ⁊ dicit. Aq̄ autem frigida ⁊ humida, deniqȝ terra ē frigida, ⁊ ſicca, ⁊ ſic rōnabiliter numerus ꝯiugationū eſt ꝑ nūero ele

G mentoꝝ, vt primę d̄rię elementarię rōnabilr̄ p̄mis corporib⁹ diſtribuunt̄, ⁊ multitudo eorum. ſcilʒ elemētoꝝ ſit ꝭʒ rōnē ſicut ē ſm̄ ſenſū. Ex his pʒ ꝙ Ari^{les} non ꝓbauit nūeꝝ elntoꝝ ꝑ numeruʒ cōbinationū ꝭʒ expōnē Philoponi, ſʒ ꝓbauit

H ſolū ꝙ quattuor ſint cōbinationes poſſes, deínde ꝑ ſenſuʒ accōmodauit illas q̄tuor corporib⁹ apparētibus nobis. ⁊ oſtēdit, ꝙ ille numerus corpoꝝ eſt rōnabilis, q̄a ꝯuenit illis q̄tuor ꝯiugationib⁹, ergo ſoluʒ ꝓbauit, ꝙ ea, q̄ apperent ſenſib⁹. ſ. q̄tuor corpora, quoꝝ qđlibet eſt cū duplici q̄litate, cōuenit rōni. ¶ Unde Ari^{les} ſupponit ad ſenſuʒ q̄tuor eē corpora, ⁊ ſupponit ad ſenſum vnūq̄dqȝ illoꝝ ꝯſtare ſua ꝯiugatione. ſ. duplici q̄litate. ꝓbat aūt hec q̄ ſenſui ſubiacēt ꝯuenire rōni. ſ. quia ꝯiugationes nō poſſunt eſſe plures. Ꝓpterea dixit ꝙ iſtę q̄tuor ꝯiugationes ſm̄ rōnē ſequuntur ad q̄tuor ſenſibilia corpora, vt innuat, q̄ ſenſib⁹ ſubiacent, ꝯuenire ratiōi. In cōmētarꝗs ṽo ſequuti ſumus expōnes latinoꝝ, q̄ ſic ṽbis Ari^{lis} ꝯueniunt, ſicut celū terrę. Aduerte ꝙ Phi

An Ari^{les} ꝓbauit 4ª eē elnta.



I ſloponus ꝓbat aerē eſſe calidū plurībus rōnib⁹,p̊ ga eſt
leuis,mō leuitas daᷓ calido,qḋ ꝓbaᷓ,nā ignis calidus ⁊
ſiccus leuis eſt,⁊ nō rōne ſicci,alioquin terra eēt leuis.ḡ
rōne calidi.2° elīta ꝯtermina hñt aliquam ꝯueniētiam,
nō eni eſſent hūi approximata,niſi in aliquo ꝯuenirent.
Cū igiᷓ aer differat ab igne ꝑ humidū,opȝ vt cū eo ꝯue
niat,⁊ cū nō poſſit cum igne cōicare per frigidū ergo ꝑ
calidū.3° videmus ꝙ trāſmutatio ex aq̄ in aerē ſit ꝑ ca
lidū,nā aqua cū caleſit,euaporādo vertitur in aerē,vt
Ari^{les} dixit in metheoris.pȝ igiᷓ aerem eē calidum.

Text' anti. cōmē. 22. ❡ Oēs eni ⁊ qui ſimplicia corpora/elemēta
faciunt,hi qdē vnū,hi aūt duo,hi aūt tria,hi
aūt quatuor faciūt. Quicūqȝ igiᷓ vnū ſoluȝ
dicūt eē/deide deſitate ⁊ raritate alia gñant,
K his ꝯtingit duo facere pricipia/ ⁊ rarū ⁊ den
ſuȝ/aut calidū ⁊ frigidū.hec eni actiua,vnuȝ
autē ſupponiᷓ,quēadmoduȝ materia.

Dilucida' te.c.eiuſdē. ❡ Omnes eni ⁊ q ſimplicia corpora elīta fa
ciūt.hi qdē vnū. Alij aūt duo.alij tria.alij q̄
tuor faciūt. Quicūqȝ qdē igiᷓ vnū tm̄ eē aſ
ſerūt,deide cetera ꝯdēſatiōe ⁊ rarefactione
gñant,his euenit ꝓfiteri duo eē pricipia ⁊ ra
ruȝ ⁊ denſuȝ,aut calidū ⁊ frigidū. Sūt qdē
eni hec actiua. vnū tm̄ ſubijciᷓ,veluti mā.

Com. 22. ❡ Poſitiones antiquoꝝ de elītis nūc narrat.ſed vſ ad
hanc reȝ veniat. Auerroes ⁊ ceteri expoſitores Ari^{lem} ad
hoc deuenire dicūt,vt oſtēdat nō plura eē elīta q̄ȝ qua
L tuor. Aſtipulaᷓ aūt huic,ꝙ cū ꝯcluſerit elīta eſſe q̄tuor,
ſubſcribit poſitiones antiquoꝝ cuȝ vna ꝑticula q̄ reddit
cām apud grecos vt plurimuȝ,.d.pantes gar ꝟ eſt. Oēs
eni.vbi videᷓ apte reddere cām. Sed ſiue ad hoc deue
niat ad ſuū ꝑpoſi^{tum} cōfirmet,ſiue vt poſitiones antiquorū
ꝯfutet.certū eſt eū narrare pōnes veterū,⁊ illis ꝯdicere,
⁊ ga res facilis eſt,⁊ ſepiſſime enerrata,raptiȝ in his ſcri
bamus,ꝯtenti ſolū apta trāſlatiōe. De elītis itaqȝ aucto
res q̄tripartiti ſunt. Alij eni vnū elītū eē aiūt.⁊ illud fa
ciūt phyſicaꝝ reꝝ mām ⁊ ſubtū,qḋcūqȝ illḋ ſit.veꝝ ex
pte for' duo dicūt vt raꝝ ⁊ dēſuȝ,aut calidū ⁊ frigidum.
Illḋ vnū ſubtū eſt.ꝟ duo res ipſas formāt. Alij faciunt.
duo. Alij tria. Alij q̄tuor,nemo excessit numerū quater
nariū. Et hoc ga plura quatuor eſſe non poſſunt.

Recognes ❡ Duo accepit ⁊ ꝓbauit Ari^{les},⁊ ꝙ non ſunt plures qua
tuor qualitates,nec plures q̄tuor ꝯiugationib⁹,⁊ ꝙ non
ſunt plura quatuor elītis ſenſibilib⁹,ſm̄ Philoponum
M Ari^{les} nūc vult oſtēdere ꝑ auctoritatē phoꝝ,q de elī
tis opinati ſunt,ꝙ illas q̄litates induxerint/aut quaſdā/
aut oēs,⁊ ꝙ elīta etiā induxerint,naȝ lȝ nō ſint locuti eo
mō quo de illis Ari^{les} eſt loquut⁹,tñ numeꝝ q̄ternariū
nō excesserūt.ſ.nec in elītis,nec in qualitatib⁹.vñ dicit.
Oēs eni ⁊ qui ſimplicia corpora elīta faciunt,hi quidē
vnū,hi autē duo, hi aūt tria,hi aūt q̄tuor faciūt,⁊ ſic nu
merū quaternariū nō excesserūt. Deide oſtēdit quo mō
vſi ſunt elītis,⁊ q̄litatib⁹.⁊ dicit. Quicūqȝ igiᷓ vnuȝ ſo
lum dicūt eē,⁊ deide ex illo vno res gñant dēſitudine,⁊
raritudine,his ꝯtingit duo facere pn̄a formalia,⁊ rarū.ſ.
⁊ denſum,aut calidū ⁊ frigidū.ſ.calidꝫ ꝑ raro,frigidū
pro denſo,hec eni (vt inquit) actiua ſunt,vnum autem
ſupponitur,quemadmodum materia. Hec igitur p̄ma
opinio ſic elementis,⁊ qualitatibus vtebatur.

Tex. anti. cōmē. 23. ❡ Qui autem moꝝ duo faciunt/vt Parme
nides ignē ⁊ terram,media miſturas faciūt
horum,puta aerem ⁊ aquam. N

Dilucida' te.c.eiuſdē. ❡ At qui moꝝ duo aſſeuerarūt, quēadmodū
Parmenides igneȝ ⁊ terrā,hoꝝ media ma
teriam ꝓfitenᷓ vt aerem ⁊ aquam.

Com. 23. ❡ Parmenides ex pte formę ait eē duo.vȝ.ignē ⁊ terrā,
ex pte māę ponit media,q̄ receſſu ab extremis. migma/
hoc eſt miſtionē appellat. Et lȝ pluraliter ſcribaᷓ ſingu
lariter legi. Et ſic ex parte cōtrarij ponit extrema,ex pte
medij ponit aerem ⁊ aquā materiā. ❡ Animaduerte ꝙ
migma grece eſt coitus mulieris a viro,⁊ ſic migma pro
mā accepit,⁊ ita materiā tranſtuli.ga ſic ſonat.

Recognes ❡ Scḋo loco exponit q̄ūo elītis,⁊ qualitatib⁹ vtebatur
Parmenides.⁊ dicit. Qui autē moꝝ duo faciūt,vt Par
menides ignē ⁊ terrā,elīta inter hec collocata ⁊ media,
faciūt miſturas ex extremis vtpote aerē ⁊ aquā. ꝯrieta
tes vo (vt Philoponus inqt) induxerūt calidi ⁊ frigidi.
hoc ḡ pacto Parme.elītis,⁊ coꝝ ꝯrietatib⁹ vtebaᷓ.

Tex. anti. cōmē. 24. ❡ Siliᷓ aūt ⁊ qui tria dicūt/quemadmodum
Plato in diuiſiōib⁹,mediū eni miſturaȝ fa
cit. Et fere eadē dicūt,⁊ q duo, ⁊ qui tria di
O cunt. ꝑterq̄ȝ ꝙ hi quideȝ in duo diuidūt me
dium,hi autem vnuȝ ſolum faciunt.

Dilucida' te.c.eiuſdē. ❡ Siliᷓ autē ⁊ tria dicētes. quemadmodum
Plato in diuiſiōib⁹. Facit eni medium mi
ſtionē. ⁊ fere eadē volunt.niſi ꝙ hi qdē me
diū in duo icidūt.hi vo vnū ſolū faciunt.

Com. 24. ❡ Plato cū Parmenide tria p̄n̄a facit,magnū ⁊ paruū,⁊
vnū. Et facit mediū migma,ꝟ eſt miſtionē. Addit tamē
diſiam ꝙ Plato mediū facit vnū tm̄. Parmenides me
diuȝ vnū in duo incidit. ❡ Aduerte tamē ꝙ vnū Pla
to ponit ex parte formę. Magnum vo ⁊ paruuȝ ex par
te materię. Sed de poſitione Platonis nihil nunc,quo
niam Simplicius vult Platonem idem ſentire,cū Ari
ſtotele,de quo alr̄. Nunc tamen hoc accipias ꝙ Ariſto
P teles duo principia Platonis videtur ponere ex pte for
mę. Migma ex parte materię,niſi in tam breuibus ver
bis equiuocaſſet circa verbum migma.

Recognes ❡ Oſtendit quo pacto Plato vtebaᷓ elītis,q̄ſi alio mō
ab Ari^{le},⁊ ab oib⁹ alijs,(vt Philoponus exponit) ⁊ di
cit. Siliᷓ aūt ⁊ qui tria dicunt elīta,quēadmodū Plato
in diuiſionib⁹,eodē de elītis loquunᷓ,vt Parmenides,
ſaltē in pte,lȝ diſat,⁊ hoc exponit. Mediū eniȝ miſturaȝ
facit. Plato eni (vt Philoponus dicit) duo q̄daȝ ſuppo
nit p̄n̄a magnū ⁊ paruū. Aliud tertiū ſupponit,qḋ qdem
dixit eē miſturā ꝯrietatis,magni.vȝ.⁊ pui.vnde Plato
magnū ⁊ paruū vocauit formales diias,quas p̄mā ipſa
mā ſuſcipit.miſturā vo vocauit mām,⁊ ꝟ inquit,⁊ fere
eadē dicūt,Plato ⁊ Parme.⁊ q duo ⁊ qui tria dicunt,q
duo dicūt.ſ.Parme.q duo extrema poſuit terrā ⁊ ignē,
Q qui tria.ſ.Plato,q poſuit tria.ſ.magnuȝ ⁊ puuȝ,⁊ miſtu
rā. Dicit aūt Parme.poſuiſſe duo,ga media q̄ ponit nō
cōnumerauit īter elīta,Plato vo poſuit tria,ga mediū
inter elīta cōnumerauit.ꝓpterea dicit ꝑter qḋ ꝙ hi.ſ.
Parme.in duo diuidūt mediū.ſ.aerē ⁊ aquā. Plato ve
rū mediū facit,vnū.ſ.miſturā. Quō aūt Plato ponebat
mediū illud miſtū ex magno ⁊ paruo,qḋ eſt non leuis.
